Monumenta paedagogica Societatis Iesu / edidit, ex integro refecit novisque textibus auxit Ladislaus Lukács.

Romae : Apud "Monumenta Historica Soc. Iesu", 1965-[1992]

http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736

HathiTrust



www.hathitrust.org

Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives

http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

This work is protected by copyright law (which includes certain exceptions to the rights of the copyright holder that users may make, such as fair use where applicable under U.S. law), but made available under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives license. You must attribute this work in the manner specified by the author or licensor (but not in any way that suggests that they endorse you or your use of the work). Only verbatim copies of this work may be made, distributed, displayed, and performed, not derivative works based upon it. Copies that are made may only be used for non-commercial purposes. Please check the terms of the specific Creative Commons license as indicated at the item level. For details, see the full license deed at http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0



Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU
A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA
VOLUMEN 129

MONUMENTA PAEDAGOGICA SOCIETATIS IESU

V

RATIO ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM SOCIETATIS IESU

(1586 1591 1599)

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU
A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA
VOLUMEN 129

MONUMENTA PAEDAGOGICA SOCIETATIS IESU

NOVA EDITIO PENITUS RETRACTATA

V

RATIO ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM SOCIETATIS IESU

(1586 1591 1599)

ROMAE
INSTITUTUM HISTORICUM SOCIETATIS IESU
VIA DEI PENITENZIERI 20
1 9 8 6

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

MONUMENTA PAEDAGOGICA SOCIETATIS IESU

NOVA EDITIO PENITUS RETRACTATA

EDIDIT

LADISLAUS LUKÁCS S. I.

V

RATIO ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM SOCIETATIS IESU

(1586 1591 1599)

BX
3701
.M81
v. 129



ROMAE

INSTITUTUM HISTORICUM SOCIETATIS IESU

VIA DEI PENITENZIERI 20

1 9 8 6

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Indiana University
JUL 16 1986
Library

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU
vol. 129, 1986

4-11-87

© Institutum Historicum Societatis Iesu – Romae 1986
ISBN 88-7041-129-X

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

INDEX GENERALIS

Index operum impressorum XXIV
Notae compendiariae XXVI

INTRODUCTIO GENERALIS

Pars I — Ortus et progressus ordinis studiorum S.I. (1541-1580)

Caput 1 – De origine collegiorum et ministerii docendi in scholis publicis 1*
1. Instituuntur collegia pro scholasticis S.I. — 2. Inchoatur ministerium docendi — 3. Admittuntur collegia cum scholis publicis instituenda.

Caput 2 – Ordo et praxis studiorum annis 1541-1580 . . . . . 2*
A — Acta et constituta de studiis annis 1541-1556
a – De studiis scholasticorum S.I. — 1. «Fundación de collegio» – 2. Constitutiones Collegii Patavini – 3. Industriae et Constitutiones Collegiorum Patris Polanco (1547-1549) – 4. Studia scholasticorum in Constitutionibus generalibus.
b – De studiis in scholis publicis S.I. — 1. Statuta Universitatis Gandiensis (1549-1550) – 2. Constitutiones Collegii Messanensis (1548) – 3. «Modus Parisiensis» exemplar studiorum S.I. – 4. Collegium Romanum «mater» omnium Societatis collegiorum – 5. De studiis universitariis in Constitutionibus generalibus (1553-1556)
B — De vicissitudinibus studiorum annis 1557-1580 . . . . . 6*
1. Ratio studiorum Collegii Romani (1558) — 2. Ratio studiorum Borgiana (1565-1572) — 3. «Libertas opinandi» et «Delectus opinionum»

Pars II — Praeparatio Rationis studiorum (1581-1599)

Caput 1 – Eventa et constituta annis 1581-1582 . . . . . 10*
A — Ratio studiorum et congregatio generalis quarta (1581)
B — Consultationes et decretum de doctrina in Societate tenenda (1582)

Caput 2 – Ratio studiorum 1586 . . . . . 13*
A — Deputati patres conscribunt duos tractatus: «Delectus opinionum» et «Praxis et ordo studiorum»
B — Nonnulla circa libellum de Ratione studiorum anno 1586 typis impressum – 1. Raritas exemplariorum – 2. Intentio auctorum – 3. De fontibus – 4. Observationes provinciarum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Caput 3 - Ratio studiorum 1586/B (1587-1588)

A — Textus Rationis studiorum 1586 Romae retractatur 19*
B — Praeparatur novus tractatus «De delectu opinionum». 20*
C — Pars speculativa Rationis studiorum et S. Officium 23*

Caput 4 - Ratio studiorum 1591

A — Praeparantur et mittuntur regulae studiorum (1589-1590) 24*
B — Mittitur «Pars speculativa» Rationis studiorum (1592) 27*
C — Ratio studiorum in congregatione generali V (1593-1594) - 1. «Pars speculativa» — 2. «Praxis et ordo studiorum» 29*

Caput 5 - Ratio studiorum 1599 . . . . . 32*

INDEX MONUMENTORUM

Pars I

Ratio atque institutio studiorum
per sex patres ad id iussu R.P. Praepositi Generalis deputatos conscripta — 1586

Lectori salutem. 1
Acta congregationis, quae anno 1584, iussu admodum Reverendi Patris Praepositi Generalis, Claudii Aquaevivae, habita est de ratione studiorum instituenda . 2
De opinionum delectu in theologica facultate 6
De opinionum delectu pro Scripturae et controversiarum professoribus 14
De Scripturis canonicis earumque editionibus - De Ecclesia - De concilio et romano pontifice - De traditionibus - De doctorum auctoritate.
Commentariolus 18
Bulla Pii papae V et Gregorii XIII, qua Michaelis Baii, doctoris lovaniensis propositiones damnantur 34
Praxis et ordo studiorum. 41
De Scripturis. 43
De theologia scholastica 48
Cap. 1 - De tempore, quo scholasticae theologiae curriculum perficiendum sit
Cap. 2 - Quibus adiuvandi remediis duo professores, ut theologiam emetiantur quadriennio 52
Cap. 3 - De ratione ac modo praelegendi. 55
Cap. 4 - Catalogus quaestionum, quae a theologo tractandae non sunt; vel si tractantur, non tractandae, nisi certo quodam loco, nec in alio repetendae . 59
Cap. 5 - De repetitionibus 69
Cap. 6 - De disputationibus 71
Cap. 7 - De opinionum delectu, censura, retractatione 77
Cap. 8 - De privato studio scholasticorum 79
Cap. 9 - De vacationibus 79
Cap. 10 - De gradibus baccalaureatus, magisterii et doctoratus 80
De controversiis praelegendis 85
De casibus conscientiae 88
De lingua hebraea 93
De studio philosophiae 95
De mathematicis 109

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

De studiis humanitatis, hoc est, grammaticae, historiae, poeticae et rhetoricae . . 111
Cap. 1 – Separandane sint humaniorum et superiorum facultatum seminaria . 114
Cap. 2 – Humanitatis doctores quos et quales oporteat esse 115
Cap. 3 – Quantum referat optima nostros uti grammatica 120
Cap. 4 – An cum primis ferme latinae grammaticae elementis graecae etiam literae discendae sint 128
Cap. 5 – Quonam modo instituenda sint exercitationum genera, quibus latinae graecaeque literae perdisci solent 128
Cap. 6 – Quibus adiumentis adolescentum studia ad bonas artes capessendas excitari atque inflammari possint 133
Cap. 7 – Ratio promovendi pueros ex inferiore ad superiorem classem et promovendorum examen 138
Cap. 8 – De libris. 139
Cap. 9 – De vacationibus inferiorum classium 141
Cap. 10 – De tuenda puerorum disciplina ac pietate 141
Fines atque exercitationes scholarum grammaticae et humanitatis 143
Generalis distributio horarum toto anno 156

Appendix I

Sex capita, quae extra volumen de ratione studiorum ad provincias missa sunt . . 159
1. Ponere pro singulis scholis humanitatis paradigmata et exempla singulis scholis proportionata de modo explicandi praecepta et auctores ex captu discipulorum. – 2. De modo quotidianarum disputationum, parandi copiam verborum et rerum, repetendi studia finitis cursibus philosophiae et theologiae. – 3. De caeremonia et modo renovationis studiorum, distributionis praemiorum. – 4. De ritu et modo promovendi ad licentiam. – 5. De insignibus rectoralibus in universitate, immatriculatione, officio cancellarii, bidellorum, ministris iustitiae, gubernatore, carcere, mulctis, correctione, iuramentis. – 6. Praescribere leges communes scholae, et forte etiam particulares ex singulis facultatibus, de moribus praesertim.

Appendix II

Epistola Patris Generalis ad praepositos provinciarum de deputandis patribus pro Ratione studiorum examinanda (21 apr. 1586) 160

P a r s II

Ratio atque institutio studiorum S.I. anni 1586 — retractata (Rat. stud. 1586/B)

De Scripturis. 163
Cap. 1. De momento studii Scripturarum – Cap. 2. Incitamenta studiorum Scripturarum. – Cap. 3. Optima ratio explicandi Scripturas.

De scholastica theologia 163
Cap. 1. De tempore quo scholasticae theologiae curriculum perficiendum sit, et per quot professores – Cap. 2. Quibus adiuvandi remediis duo professores, ut theologiam emetiantur quadriennio – Cap. 3. De ratione et modo praelegendi – Cap. 4. Catalogus quaestionum, quae a theologo tractandae non sunt; vel si tractantur, non tractandae, nisi certo quodam loco, nec in alio repetendae – Cap. 5. De repetitionibus – Cap. 6. De disputationibus – Cap. 7. De opinionum delectu, censura, retractatione – Cap. 8. De privato studio scholasticorum – Cap. 9. De vacationibus.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De controversiis — De casibus conscientiae — De lingua hebraea — De philosophia — De mathematicis 175
De studiis humanitatis
Cap. 1. De studiis humanitatis, hoc est, gramaticae, historiae, poeticae et rhetoricae 178
Cap. 2. Humanitatis doctores quos et quales oporteat esse 181
Cap. 3. Quantum referat optima nostros uti grammatica, quaeve eiusmodi videatur 186
Cap. 4. An cum primis ferme latinae grammaticae elementis graecae etiam literae discendae sint. 188
Cap. 5. Termini ac fines cuiusque scholae in collegiis quinque classium, videlicet rhetoricae, humanitatis et trium grammaticae 189
Cap. 6. Harum scholarum quotidianae exercitationes 192
Cap. 7. Incitamenta studiorum 200
Cap. 8. Tempus cuiusque scholae penso circumscriptum 206
Cap. 9. Causae duplicandi professores vel ordines in classibus grammaticae . 208
Cap. 10. Promotio ad superiorem classem 210
Cap. 11. Quotidiana temporis ratio 216
Cap. 12. De collegiis pauciorum classium 220
Cap. 13. De libris 221
Cap. 14. De vacationibus inferiorum classium 223
Cap. 15. Pietas et disciplina morum 224

P a r s III

Ratio atque institutio studiorum 1591 [Pars prior - Regulae officiorum]

Regulae Praepositi Provincialis 231
2–5. De Scripturis. – 6–12. De scholastica theologia. – 13–22. De gradibus baccalaureatus, magisterii et doctoratus. – 23–25. De casibus conscientiae. – 26–30. De lingua hebraica. – 31–39. De philosophia. – 40. De philosophia morali. – 41–44. De mathematicis. – 45–53. Tempora scholasticarum exercitationum aut vacationum. – 54–56. De praefecto studiorum, eo praesertim qui facultatibus superioribus praeest.
De inferioribus studiis, hoc est grammaticae, humanitatis et rhetoricae 237
57–60. Ratio ac numerus classium et professorum. – 61. Qua utendum grammatica. – 62–71. Magistrorum delectus et institutio. – 72–79. Nullae exemptiones a docendi munere. – 80–83. Quomodo conservandi praeceptores. – 84. Incitamenta studiorum. – 85–92. Vacationes et dies festi. – 93–96. Quaedam alia scholarum adiumenta.
Regulae Rectoris 243
2–6. De Scripturis. – 7–15. De scholastica theologia. – 16–23. De casibus conscientiae. – 24–31. De philosophia. – 32–38. Linguae latinae usus. – 39–42. De praefecto studiorum, eo praesertim qui facultatibus superioribus praeest.
De inferioribus studiis, hoc est grammaticae, humanitatis et rhetoricae — 43–49. Quomodo conservandi sint professores. – 50–60. Quaedam alia scholarum adiumenta.
Regulae praefecti superiorum facultatum 249
1. Officium et finis. – 2–5. De Scripturis. – 6–22. De scholastica theologia. –

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

23–26. De opinionum delectu et censura. – 27–43. De philosophia. – 44–63. De gradibus. – 64. De casibus conscientiae. – 65–70. Divisio temporis et librorum.

Regulae praefecti studiorum inferiorum 256

1. Officium et finis. – 2–8. Quales quaerendi informandique professores. – 9–17. Quomodo professores, dum docent, adiuvandi. – 18–23. Novos auditores admittendi ratio. – 24–35. De divisione praemiorum (Leges). – 38–57. Auditorum examen et promotio ad superiorem classem. – 58–65. Pietas ac disciplina morum.

Regulae professoris Scripturarum 267

Regulae professoris scholasticae theologiae 269

1. Finis et officium. – 2–5. Professorum annorumque termini. – 6–10. Explicatio S. Thomae. – 11–17. Quaestionum pertractatio. – 18–22. De dictando. – 23–25. Censura doctrinae. – 26–39. Repetitiones. – 40–61. Disputationes.

Catalogus quaestionum, quae a theologiae professore tractandae non sunt, vel si tractantur, non tractandae, nisi certo loco, nec in alio repetendae 275

Regulae professoris casuum conscientiae 277

Regulae professoris linguae hebraeae. 278

Regulae professoris philosophiae 279

1. Finis et officium. – 2–4. Annorum ratio ac termini. – 5–11. Aristotelis textus explicatio. – 12–19. Quaestionum pertractatio. – 20–24. De dictando. – 25–37. Repetitiones. 38–58. Disputationes. – 59–67. Censura doctrinae.

Regulae professoris philosophiae moralis 284

Regulae professoris mathematicae 284

Regulae professoris tertiae classis grammaticae 286

1. Officium et finis. – 2–6. Grammaticae pars quae huic classi propria est. – 7–35. Quotidianae exercitationes. – 36–49. Incitamenta studiorum. – 50–54. Tempus huius scholae penso circumscriptum. – 55–62. Causae duplicandi professores vel ordines tertiae classis. – 63–67. Promotio ad superiorem classem. – 68–69. Quotidiana temporis ratio ac divisio. – 70–95. Pietas ac disciplina morum.

Regulae professoris secundae classis grammaticae 296

1. Officium et finis. – 2–4. Grammaticae pars quae secundae scholae propria est. – 5–28. Quotidianae exercitationes. – 29–43. Incitamenta studiorum. – 44–50. Quando duplicandi professores vel ordines secundae classis. – 51–55. Promotio ad superiorem classem. – 56–57. Quotidiana temporis ratio ac divisio. – 58. Pietas ac disciplina morum.

Regulae professoris primae classis grammaticae 299

1. Officium et finis. – 2. Grammaticae pars, quae primae scholae propria est. – 3–27. Quotidianae exercitationes. – 28–42. Incitamenta studiorum. – 43–45. Tempus primae classis penso circumscriptum. – 46–51. Quando duplicandi professores vel ordines primae classis. – 52–59. Promotio ad superiorem classem. – 60. Pietas ac disciplina morum.

Regulae professoris humanitatis. 303

1. Officium et finis. – 2. Termini ac fines huius scholae. – 3–28. Quotidianae exercitationes. – 29–51. Incitamenta studiorum. – 52–54. Promotio ad superiorem classem. – 55–56. Quotidiana temporis ratio ac divisio. – 57. Pietas ac disciplina morum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regulae professoris rhetoricae 308
1. Officium et finis. – 2–16. Quotidianae exercitationes. – 17–39. Incitamenta studiorum. – 40–47. Quotidiana temporis ratio ac divisio. – 48. Pietas ac disciplina morum.

De collegiis 4 3 2 1 classium 311

Communia collegiis, in quibus pauciores scholae, quam quinque sunt 312

Regulae scholasticorum Societatis 313

Ratio atque institutio studiorum S.I. – 1591: II — Pars speculativa 314

Epistola Patris Generalis (18 iulii 1592), qua missa est pars speculativa Rat. stud. 1591 314

Circa ordinem studiorum Societatis: Propositionum catalogi duo: alter definitarum ex Summa S. Thomae; liberarum alter 315

Regulae de opinionum delectu 316

Catalogus liberarum propositionum 317

De opinionum delectu pro Scripturae et controversiarum professoribus 326

Appendix Rationis studiorum 1591

1. Nonnulla, quae in libro studiorum habentur repraesentanda R.P. Generali pro studiis superioribus et inferioribus 330

2. Regulae Italis propriae 333

3. Regulae Gallis propriae 334

4. Regulae Lusitanis propriae 335

5. Regulae Germanis propriae . . . . .

6. Regulae Ultramontanis propriae 336

7. Appendix ad regulas professoris primae classis grammaticae [humanitatis et rhetoricae] 337

8. De explicatione orationis in classe rhetoricae 338

9. Paradigma ex initio Sextianae 341

10. De historiae explanatione in classe rhetoricae 349

Paradigma historiae 349

Pars IV — Ratio atque institutio studiorum S.I. — 1599

Introductio I. Domenichi, secretarii S.I. 357

Regulae Praepositi Provincialis 369

1. Finis studiorum Societatis. – 2. Praefectus studiorum generalis. – 3. Praefectus studiorum inferiorum et atrii. – 4. Professores quomodo comparandi. – 5. Sacrae Scripturae studium et magister. – 6. Auditores et tempus. – 7. Hebraeae linguae professor qualis. – 8. Auditores et studium. – 9. Theologiae cursus et magistri. – 10. Biennium ad theologiam repetendam. – 11. Promotio ad gradus. – 12. Casuum professor. – 13. Collatio casuum. – 14. Eadem collatio in collegiis primariis. – 15. Ab ea non eximendi. – 16. Philosophiae professores quales. – 17. Philosophiae cursus. – 18. Rhetoricae et humanitatis tempus. – 19. De examine logicorum: Virtutis ratio habenda - Examinis finis et modus - Qui casibus, qui philosophiae destinandi - Talenti ratio habenda, et quibus biennium theologiae concedendum -Triennium quibus - Quadriennium quibus - Examinandi qui extra Societatem studuerunt - Studiorum privilegium humilibus fiat - Qui in ipso cursu a studiis amovendi - Mediocritatis descriptio - De talentis quomodo iudicandum - Iudicium provinciali permissum. – 20. Mathematicae auditores et tempus. – 21. Scholae inferiores quot: Cur non permiscendae, nec multi-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

plicandae - Duo ordines in una classe - Altiores classes potius retinendae - Multiplicandae interdum scholae, non gradus - Ubi liceat multiplicare. – 22. Praestantes humanitatis magistri praeparandi. – 23. Grammatica Emmanuelis. – 24. Magistri perpetui. – 25. Ab ingressu parandi, nec removendi. – 26. A docendi munere non eximendi. – 27. Ex cursu ad theologiam eligendi. – 28. Magisterii tempus. – 29. Initium docendi a qua schola. – 30. Academia ad magistros instituendos. – 31. Confessarii non desint. – 32. Nec coadiutores. – 33. Reditus pro bibliotheca. – 34. Abstinendum a libris inhonestis. – 35. Constantia in scholarum horis et vacationibus. – 36. Vacatio. – 37. Vacatio generalis et hebdomadaria. – 38. Observatio libri studiorum. – 39. Varietas pro varietate regionum. – 40. Pietatis et morum praecipua cura.

Regulae Rectoris 369

1. Studiorum cura. – 2. Praefecti auctoritas. – 3. Literariis exercitationibus intersit. – 4. Praecidendae discipulis occupationes. – 5. Praesertim biennio repetentibus. – 6. Magistris qui substituendi. – 7. Linguarum academiae. – 8. Linguae latinae usus. – 9. Academia ad magistros instituendos. – 10. Rhetores nostri quomodo erudiendi. – 11. Quomodo exercendi. – 12. Externi ad rhetoricam hortandi. – 13. Tragoediae et comoediae. – 14. Praemia. – 15. Oratio in studiorum renovatione. – 16. Quae scriptiones in codicem referendae. – 17. Librorum distributio. – 18. Consultationes magistrorum. – 19. Hebdomadaria cessatio. – 20. Magistrorum fovenda alacritas. – 21. Exhortationes ad discipulos. – 22. Praefecti atrii regulae. – 23. Congregatio B. Virginis. – 24. Quaedam provinciali permissa.

Regulae Praefecti studiorum 374

1. Praefecti munus. – 2. Praefecti et cancellarii discrimen. – 3. Praefectus non dispenset. – 4. Liber de Ratione studiorum. – 5. Professores materias absolvant. – 6. Disputationes quomodo moderandae. – 7. De actibus theologicis. – 8. De actibus peculiaribus. – 9. De generalibus. – 10. Conclusiones imprimendae. – 11. Certum conclusionum tempus. – 12. De actibus externorum. – 13. Actibus qui praesideant. – 14. Conclusionum numerus. – 15. Respondens conclusionem confirmet. – 16. Disputationes menstruae et hebdomadariae. – 17. Audiendi et observandi praeceptores. – 18. Recognitio conclusionum. – 19. De actibus philosophicis. – 20. Examen nostrorum metaphysicorum. – 21. Alumnorum et convictorum. – 22. Publicum fit. – 23. Examinis tempus et forma. – 24. De tempore et forma actuum philosophicorum. – 25. Quibus actibus qui intersint. – 26. Qui ad argumentandum mittendi. – 27. Praescribenda studendi ratio. – 28. Recognoscenda, quae publice recitantur. – 29. Librorum delectus et copia. – 30. Qui libri quibus distribuendi.

Regulae communes omnibus professoribus superiorum facultatum 380

1. Finis. – 2. Orandum ante lectionem. – 3. Discipuli ad pietatem iuvandi. – 4. Praefecto obtemperandum. – 5. In refellendo modestia. – 6. Novitas opinionum fugienda. – 7. In alienis confutandis, suisque probandis brevitas. – 8. In auctoritatibus parcitas et fidelitas. – 9. De dictando. – 10. Discipuli quando ad auctores reiiciendi. – 11. Repetitiones in schola. – 12. Repetitiones domi. – 13. Repetitiones generales. – 14. Disputationes hebdomadariae. – 15. Disputationes menstruae. – 16. Argumenta qui resumant. – 17. Non disputent, nisi doctiores. – 18. Disputationis cura. – 19. Cum bidello agendum. – 20. Profectus studentium.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regulae Professoris Sacrae Scripturae 383

1. Praecipua sensus literalis cura. – 2. Et vulgatae editionis. – 3. Phrases Sacrae Scripturae observandae, et inter se conferendae. – 4. Hebraeus, graecusve textus. – 5. Aliis versionibus quomodo utendum. – 6. Pontificum et conciliorum expositiones tuendae. – 7. Patrum vestigiis insistendum. – 8. Fidei dogmata Sacris Literis confirmanda. – 9. Rabbinis auctoritas non concilianda. – 10. In rebus aut erroribus rabbinorum non laborandum. – 11. Non admodum punctis fidendum. – 12. Brevitatis studium. – 13. Quaestiones scholastico more non tractandae. – 14. Chronologiae et his similibus non immorandum. – 15. Nec allegoriis et moralibus. – 16. Nec controversiis. – 17. Novum et vetus testamentum alternis. – 18. Quotannis novus liber praelegendus. – 19. Repetitiones et lectiones domesticae. – 20. Praelectiones publicae.

Regulae professoris linguae hebraeae. 385

1. Interpretandi fidelitas. – 2. Vulgatae defensio. – 3. Grammatica sacro textui iungenda. – 4. Praecipua cura verborum. – 5. Linguae peregrinitas industria mollienda.

Regulae professoris scholasticae theologiae 386

1. Finis. – 2. S. Thomas sequendus. – 3. Cum qua exceptione. – 4. In dubiis utramvis partem sequi licet. – 5. Fidei et pietatis cura. – 6. Opiniones, quae catholicos offendunt, non asserendae. – 7. Quadriennio cursus absolvendus: Quaestionum divisio. – 8. Cuiusque anni quaestiones absolvendae. – 9. A quibus quaestionibus abstinendum: a Sacrae Scripturae propriis, a controversiis, a philosophicis, a casibus conscientiae. – 10. Eadem non iteranda. – 11. Articuli S. Thomae quomodo explicandi. – 12. Longiores tractatus non instituendi. – 13. Aut defendendus S. Thomas, aut quaestio omittenda. – 14. Disputationes menstruae.

Catalogus aliquot quaestionum ex Summa Sancti Thomae 389

Regulae professoris casuum conscientiae 395

1. Finis. – 2. Quaestionum distributio. – 3. A theologicis quatenus abstinendum. – 4. Quaestionum ratio et modus. – 5. Probabilis opinio opposita significanda. – 6. Hebdomadaria disputatio. – 7. Domesticae collationis forma. – 8. Privatum studium. – 9. Exponendae et disputandae sententiae. – 10. Extraordinaria collationum materia.

Regulae professoris philosophiae 397

1. Finis. – 2. Sequendus Aristoteles, sed quatenus. – 3. Auctores male de christiana fide meriti. – 4. Averroes. – 5. Nulli sectae adhaerendum. – 6. S. Thomas. – 7. Philosophiae cursus non minor triennio. – 8. Quando absolvendus. – 9. Quae primo anno tradenda vel omittenda. – 10. Quae secundo. – 11. Quae tertio. – 12. Textus Aristotelis maximi faciendus. – 13. Qui maxime textus, et quo modo interpretandi. – 14. Quaestionum delectus et ordo. – 15. Quaestiones textui interserendae. – 16. Repetitio in scholis. – 17. Disputationes menstruae. – 18. Summae tempore quatenus disputandum. – 19. Disputationes sollemnes. – 20. Formae ratio in disputando.

Regulae professoris philosophiae moralis 401

1. Officium. – 2. Tempus huius lectionis. – 3. Repetitio. – 4. Conclusiones.

Regulae professoris mathematicae 402

1. Qui authores, quo tempore, quibus explicandi. – 2. Problema. – 3. Repetitio.

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regulae praefecti studiorum inferiorum 403

1. Finis. – 2. Subordinatio generali praefecto. – 3. Declamationes a quo probandae. – 4. Magistri observandi et iuvandi. – 5. Una docendi ratio. – 6. Scholae visendae. – 7. Feriati dies et horum mutatio. – 8. Quinque scholarum gradus: Divisio grammaticae in tres libros – Infimae classis geminus ordo – Repetitionis utilitas – Collegium quinque classium – Quatuor – Trium – Duarum – Repetitio pensi in scholis duorum ordinum – Quae ibidem communia, quae propria. – 9. Novi discipuli. – 10. Eorum examen. – 11. Admissio. – 12. Qui non admittendi. – 13. Promotio. – 14. Ad examen scribendum. – 15. Examinis leges recitandae. – 16. Praefectus praesit. – 17. Compositiones tribuendae examinatoribus. – 18. Examinatores. – 19. Examinandorum numerus. – 20. Catalogi cognoscendi. – 21. Examinis ratio. – 22. Quando ferenda sententia. – 23. De dubiis. – 24. Silentio sententiae supprimendae. – 25. Inepti. – 26. Promulgatio. – 27. Librorum catalogus. – 28. Librorum copia. – 29. Locorum assignatio. – 30. Privati studii tempus. – 31. Immunitas nulla. – 32. Declamationes menstruae. – 33. Scholarum disputationes. – 34. Academiae. – 35. Praemia publica. – 36. Privata. – 37. Censor seu praetor. – 38. Corrector. – 39. Correctionem recusantes. – 40. A schola removendi. – 41. Coercendi. – 42. Reditus ad scholas nemini pateat. – 43. Atrii quies. – 44. Atrium et scholae lustrandae. – 45. Templum et missae. – 46. Confessio. – 47. Schola non evocandi. – 48. Discipulorum opera non utendum. – 49. Regulae palam collocandae. – 50. Vices praefecti generalis.

Scribendi ad examen leges 413

1. Scriptioni intersint. – 2. Scribendi tempus. – 3. Apparatus. – 4. Forma. – 5. Cavendum a consessoribus. – 6. Egressus e schola. – 7. Scriptionis traditio. – 8. Adscribendum nomen. – 9. Scriptionis absolutio. – 10. Tempus. – 11. Accessus ad examen.

Leges praemiorum 414

1. Praemiorum numerus. – 2. Scriptionum dies. – 3. Constitutae horae. – 4. Egressus et colloquium interdicitur. – 5. Tempus ut prorogandum. – 6. Scriptiones obsignandae. – 7. Tuto asservandae. – 8. Iudices. – 9. Iudicii forma. – 10. Nomina resignanda. – 11. Praemiorum apparatus. – 12. Distributio. – 13. Fraudum poena.

Regulae communes professoribus classium inferiorum 416

1. Finis. – 2. Oratio ante lectionem. – 3. Missa et concio. – 4. Doctrina christiana. – 5. Adhortatio. – 6. Colloquia spiritualia. – 7. Litaniae et devotio B. Virginis. – 8. Lectio spiritualis. – 9. Confessio. – 10. Orandum pro discipulis. – 11. Praefecto obtemperandum. – 12. Gradus cuiusque scholae. – 13. Graecae grammaticae divisio. – 14. Divisio temporis. – 15. Quatenus commutanda. – 16. Dies festus in sabbathum incidens. – 17. Die vacationis quae divisio. – 18. Latine loquendi usus. – 19. Memoriae exercitatio. – 20. Scriptiones afferendae. – 21. Corrigendae. – 22. Corrigendi ratio. – 23. Corrigendae quamplurimae. – 24. Exercitationes inter corrigendum. – 25. Repetitio. – 26. Repetitio die sabbathi. – 27. Praelectio. – 28. Praelectio historici et poetae. – 29. Praelectio praeceptorum. – 30. Scribendi argumentum. – 31. Concertatio. – 32. Extraordinariae exercitationes. – 33. Praelectio seu declamatio in schola. – 34. Concertatio cum proxima classe. – 35. Magistratus. – 36. Decuriones. – 37. Ad examen praeparatio. – 38. Catalogus. – 39. Disciplinae cura. – 40. Puniendi ratio. – 41. Assiduitas. – 42. Confessionum dies. – 43. Silentium et modestia. – 44. Egressus e schola. – 45. Aca-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

demiae. – 46. Agere cum discipulorum parentibus. – 47. Familiaritas et colloquia. – 48. Paedagogi. – 49. Nullus pro schola sumptus. – 50. Profectus studentium.

Regulae professoris rhetoricae 424

1. Gradus. – 2. Divisio temporis. – 3. Memoriae exercitatio. – 4. Scriptionis corrigendae ratio. – 5. Exercitationes inter corrigendum. – 6. Praelectio. – 7. Praeceptorum interpretatio. – 8. Oratoris interpretatio. – 9. Argumentum scribendae orationis. – 10. Carminis. – 11. Graeci thematis ratio. – 12. Concertatio. – 13. Graeca praelectio. – 14. Graeca grammatica. – 15. Praelectio die vacationis. – 16. Privata declamatio. – 17. Publica declamatio. – 18. Carmina affigenda. – 19. Privatae scenae. – 20. Nostrorum exercitatio.

Regulae professoris humanitatis 430

1. Gradus. – 2. Divisio temporis. – 3. Scriptionis corrigendae ratio. – 4. Exercitationes inter corrigendum. – 5. Praelectio. – 6. Argumentum scribendi. – 7. Concertatio. – 8. Ars metrica et rhetorica. – 9. Graeca praelectio. – 10. Concertatio.

Regulae professoris supremae classis grammaticae 434

1. Gradus. – 2. Divisio temporis. – 3. Scriptionis corrigendae ratio. – 4. Exercitationes dum scripta corrigit. – 5. Praelectio. – 6. Argumentum scribendi. – 7. Carmina. – 8. Graecum thema. – 9. Graeca praelectio. – 10. Concertatio.

Regulae professoris mediae classis grammaticae 437

1. Gradus. – 2. Divisio temporis. – 3. Scriptionis corrigendae ratio. – 4. Exercitationes inter corrigendum. – 5. Grammatica exigenda. – 6. Praelectio Ciceronis. – 7. Argumentum scribendi. – 8. Grammaticae praelectio. – 9. Graeca praelectio. – 10. Concertatio.

Regulae professoris infimae classis grammaticae 439

1. Gradus. – 2. Divisio temporis. – 3. Scriptionis corrigendae ratio. – 4. Exercitationes inter corrigendum. – 5. Grammatica exigenda. – 6. Praelectio Ciceronis. – 7. Argumentum scribendi. – 8. Grammaticae praelectio. – 9. Concertatio.

Regulae scholasticorum nostrae Societatis 442

1. Animi puritas et intentio. – 2. Solidarum virtutum cum studiis coniunctio. – 3. Ex superioris praescripto studendum. – 4. Diligentia. – 5. Disputationes publicae. – 6. Privatae. – 7. Modestia. – 8. Colloquia cum externis. – 9. Latinae linguae usus. – 10. Studii tempus. – 11. Privati studii ratio.

Institutio eorum qui per biennium privato studio theologiam repetunt. 443

1. Quae scholasticorum regulae illis communes. – 2. Collationi casuum et disputationibus intersint. – 3. Argumenta quando resument. – 4. Quaestiones omissae vel compendio tractatae. – 5. Studium praecipuarum quaestionum. – 6. Scribendae ex professo quaestiones. – 7. Privatae lectiones. – 8. Publicae. – 9. Actus. – 10. Suas opiniones qua ratione licet defendere. – 11. Eruditio. – 12. Concilia, controversiae, canones. – 13. Canonum studium. – 14. Naturae propensio attendenda.

Regulae adiutoris magistri sive bidelli 445

1. Magistro obtemperet. – 2. Agenda circa scholam. – 3. Discipuli opportune monendi. – 4. De conclusionibus. – 5. Horologium. – 6. Publici actus. – 7. Quod ad Superiorem deferendum.

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regulae externorum auditorum Societatis 446
1. Doctrina pietati iungenda. – 2. Quae cuiusque schola. – 3. Confessio et missa. – 4. Doctrina christiana. – 5. Arma in scholam non inferenda. – 6. A quibus abstinendum. – 7. Corrector ut adhibendus. – 8. Obedientia. – 9. Diligentia et assiduitas. – 10. Quies et silentium. – 11. Quae fugiendae consuetudines. – 12. A quibus libris abstinendum. – 13. Spectacula et scenae interdicantur. – 14. Pietas. – 15. Vitae exemplum.
Regulae academiae 448
1. Academia quid. – 2. Qui admittendi. – 3. Academici quales. – 4. Academiae moderatores. – 5. Quotuplex academiae. – 6. Assiduitas et exercitatio. – 7. Magistratus. – 8. Rector. – 9. Consiliarii. – 10. Secretarius. – 11. Consultationes. – 12. Regularum lectio.
Regulae praefecti academiae 449
1. Ad pietatem promovendi. – 2. Regularum observatio. – 3. Exercitatio. – 4. Nil sine superiore innovandum. – 5. Academiae tempus.
Regulae academiae theologorum et philosophorum. 450
1. Quae exercitationes. – 2. Repetitiones. – 3. Repetitionum forma. – 4. Disputationum forma. – 5. Conclusiones. – 6. Disputationibus quis praesideat. – 7. Praelectiones. – 8. Actus. – 9. Actuum celebritas. – 10. Introductio. – 11. Conclusiones recognoscendae.
Regulae praefecti academiae theologorum et philosophorum. 451
1. Exercitationum forma. – 2. Visitandae repetitiones. – 3. Qui magis exercendi. – 4. De socio.
Regulae academiae rhetorum et humanistarum 452
1. Academiae dies. – 2. Quae exercitationes moderatori habendae. – 3. Quae academicis. – 4. Publicae exercitationes. – 5. Praemia privata. – 6. Praemia publica. – 7. Festum B. Virginis dies.
Regulae academiae grammaticorum 453
1. Grammaticae exercitatio. – 2. Repetitio. – 3. Disputatio. – 4. Memoria. – 5. Praelectiones privatae. – 6. Publicae. – 7. Poenae literariae. – 8. Exercitationum varietas.
Epistola Patris Generalis ad praepositos provinciarum, qua mittitur libellus Rationis studiorum 1599 (29 III 1599) 454

ILLUSTRATIONES

Imago frontis libelli Rationis studiorum a. 1586 41
Imago frontis libelli Rationis studiorum a. 1591 229
Imago frontis libelli Rationis studiorum a. 1599 355
Specimen Regularum Provincialis manuscriptarum (Ratio studiorum 1591 A) . . 455

Index analyticus 455
Index personarum 467

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Contents of the Ratio studiorum Societatis Iesu 1599 *

Letter of transmission of the Ratio studiorum 1599 355

Rules for the Provincial 357

1. Purpose of the Studies of the Society. – 2. General Prefect of Studies. – 3. Prefect of Lower Studies, and of Discipline. – 4. Method of Selecting Professors. – 5. Course in Sacred Scripture, and the Teacher. – 6. Students and Time. – 7. Qualifications of the Professor of Hebrew. – 8. Students and the Subject. – 9. Course of Theology and the Master. – 10.Two Years for Reviewing Theology. – 11. Promotion to Higher Degrees. – 12. Professor of Cases of Conscience. – 13. Discussion of Cases. – 14. The Same Discussion in Principal Colleges. – 15. No Exemption from This. – 16. Requirements for Professors of Philosophy. – 17. The Course of Philosophy. – 18. Time for Rhetoric and Humanities. – 19. The Twofold Examination of Students of Philosophy: § 2. Account to be taken of virtue. – § 3.The purpose and manner of examination. – § 4. Assignment of students to cases and philosophy. – § 5. Account to be taken of talents, and who are to be granted a biennium in theology. – § 6. Who should be granted three years. – § 7. Who, four years. – § 8. The examination of those whostudied outside the Society. – § 9. The privileges of study to be granted to the humble. – § 10. Who are to be removed in the midst of their studies. – § 11. What is meant by mediocrity. – § 12. How talents are to be judged. – § 13. Provincial is to use his judgment. – 20. Students and the Time for Mathematics. – 21. Number of Lower Classes: § 2. Why they should not be combined or increased in number. – § 3. Two grades in one class. – § 4. Preference for retaining the higher classes. – § 5. Increasing the number of classes, but not grades. – § 6. When numbers may be increased. – 22. Preparation of Outstanding Teachers of Humanities. – 23. The Grammar of Emmanuel. – 24. Permanent Teachers. – 25. Those Intended Exclusively for Teaching. – 26. No Excuse from the Duty of Teaching. – 27. Choosing Some out of Course for Theology. – 28. Time for the Teaching Period. – 29. In What Class One Should Begin Teaching. – 30. Academy for Training Teachers. – 31. A number of Confessors. – 32. A Number of Laybrothers. – 33. Income for the Library. – 34. Prohibition of Improper Books. – 35. Regularity in Hours for Classes and in Vacations. – 36. Vacation. – 37. General Vacations. –38. Observation of the Rules. – 39. Adaptation to Locality. – 40. Special Care for Devotion and Morals.

Rules for the Rector 369

1. Concern for Studies. – 2. Authority of the Prefect. – 3. Presence at Literary Exercises. – 4. Forbidding Occupations of Pupils. – 5. Especially Those Reviewing theology. – 6. Substituting for Teachers. – 7. Academies of Languages. – 8. Use of Latin. – 9. Academy for the Preparation of Teachers. – 10. Training our Rhetoric Students. – 11. How They Are to Be Practiced. – 12. Encouraging Externs to Rhetoric. – 13. Tragedies and Comedies. – 14. Prizes. – 15. The Oration at the Beginning of Studies. – 16. Writings to Be Entered in the Recordbook. – 17. Distribution of Books. – 18. Conferences with Teachers. – 19. Weekly Vacation. – 20. Fostering the Zeal of the Teachers. – 21. Exhortation to

* From: E. A. FITZPATRICK S. I., *ST. Ignatius and the Ratio studiorum* (New York–London 1933).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

the Students. – 22. Rules for the Prefect of Discipline. – 23. Sodality of the Blessed Virgin. – 24. Consulting the Provincial.

Rules for the Prefect of Studies 374

1. Duty of the Prefect. – 2. Which Rules for the Prefect and Which for the Chancellor. – 3. No Omissions by the Prefect. – 4. Book of the Ratio. – 5. Professors to Cover Entire Material. – 6. How to Regulate Disputations. – 7. Theological Disputations. – 8. Particular Disputations. – 9. General Disputations. – 10. Publishing the Theses. – 11. Fixed Times for Disputations. – 12. Disputations of Externs. – 13. Chairman of Disputations. – 14. The Number of Theses. – 15. Proof of Theses. – 16. Monthly and Weekly Disputations. – 17. Hearing and Observing Theachers. – 18. Revision of Theses. – 19. Philosophical Disputations. – 20. The Examination of Students of Metaphysics. – 21. Examination for Boarding Students. – 22. Public Examination. – 23. The Time and Form of Examination. – 24. Time and Form of Philosophical Disputations. – 25. Attendance at the Disputations. – 26. Who Are to Be Chosen for Outside Disputations. – 27. Prescribing System of Studies. – 28. Revising Public Recitations. – 29. Choice and Supply of Books. – 30. What Books Are to Be Given to Students.

Common Rules for alll Professors of Higher Faculties 380

1. Purpose. – 2. Prayer befor Class. – 3. Helping Students to Devotion. – 4. Obedience to the Prefect. – 5. Moderation in Refuting. – 6. Avoiding New Opinions. – 7. Brevity in Refuting Others' Views and Proving his Own. – 8. Authorities to Be Quoted Infrequently, but Accurately. – 9. Dictation. – 10. Referring Students to Books. – 11. Repetitions in Class. – 12. Review at Home. – 13. General Repetitions. – 14. Weekly Disputations. – 15. Monthly Disputations. – 16. Supporting the Objections. – 17. Disputation Limited to the More Learned. – 18. Arrangement for the Disputation. – 19. Conference with his Beadle. – 20. Progress of the Students.

Rules for the Professor of Sacred Scripture 383

1. Special Attention to Literal Meaning. – 2. The Vulgate Edition. – 3. Observing and Comparing Phrases of Sacred Scripture. – 4. Hebrew and Greek Text. – 5. Use of Other Versions. – 6. Following Explanations of Popes and Councils. – 7. Following the Footsteps of the Fathers. – 8. Supporting the Dogma of Faith by Sacred Literature. – 9. Rabbinical Writings not to Be Recommended. – 10. No Concern for Facts or Errors of Rabbinical Writings. – 11. Not Trusting Completely to Punctuation. – 12. Brevity of Treatment. – 13. Not Treating the Questions in a Scholastic Manner. – 14. Spending Time on Chronology and Such Topics. – 15. Time for Allegories and Morals. – 16. No Controversies. – 17. Old and New Testaments in Alternate Years. – 18. A New Book Each Year. – 19. Reviews and Lectures at Home. – 20. Prelections.

Rules for the Professor of Hebrew Language 385

1. Fidelity of Interpretation. – 2. Defense of the Vulgate. – 3. Uniting Grammar with Sacred Text. – 4. Special Attention to Words. – 5. Lessening the Strangeness of the Language.

Rules of the Professor of Scholastic Theology 386

1. Duty. – 2. Following St. Thomas. – 3. With Some Exceptions. – 4. Choice of Opinions on Doubtful Questions. – 5. Regard for Faith and Devotion. – 6. Not

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

to Assert Views Which Offend Catholics. – 7. The Course to Be Finished in Four Years: Division of questions – 8. Completing the Questions of Each Year. – 9. What Questions to Omit: § 1. Those peculiar to sacred Scripture – § 2. Those peculiar to controversy – § 3. Those peculiar to philosophy – § 4. Cases of conscience. – 10. The Same Matter not to Be Repeated. – 11. How St. Thomas Is to Be Explained. – 12. Avoiding too Long Discourse. – 13. Defend St. Thomas or Omit the Question. – 14. Monthly Disputations.

Rules of the Professor of Cases of Conscience 395

1. Duty. – 2. Division of Subject–matter. – 3. How Much to Refrain from Theology. – 4. Arrangement and Method of Questions. – 5. Indicating Probable Opinion. – 6. Weekly Disputation. – 7. The Form of Domestic Conference. – 8. Private Study. – 9. Explaining and Defending Opinions. – 10. Unusual Material for Discussions.

Rules for the Professor of Philosophy 397

1. Purpose. – 2. How Far Aristotle Is to Be Followed. – 3. Authors Hostile to Christianity. – 4. Averroes. – 5. Philosophical Sects not to Be Followed. – 6. St. Thomas. – 7. The course of Philosophy not Less Than Three Years. – 8. When It is to Be Finished. – 9. What Is to Be Given or Omitted the First Year. 10. What Is to Be Given or Omitted the second Year. – 11. What Is to Be given or Omitted the Third Year. – 12. The Texts of Aristotle. – 13. Which texts are to Be Explained and How. – 14. The Choice and Order of Subjects. – 15. The Questions to Be Introduced into the Explantion of the Texts. – 16. Repetition in Class. – 17. Monthly Disputation. – 18. Disputations during the Study of Logic. – 19. Solemn Disputation. – 20. An Account of the Form of Disputation.

Rules of the Professor of Moral Philosophy 401

1. His Position. – 2. Time for this Lecture. – 3. Repetition. – 4. Theses.

Rules for the Professor of Mathematics 402

1. What Authors Are to Be Explained, and at What Time and to What Students. – 2. Problems. – 3. Repetition.

Rules for the Prefect of Lower Studies 403

1. Purpose. – 2. Subordination to the Prefect General. – 3. Approval of Declamtions. – 4. Overseeing and Helping the Masters. – 5. A single Plan of Teaching. – 6. Visiting the classes. – 7. Holidays and Changes of Hours. – 8. § 1. Five grades of classes – § 2. Division of grammar into three books – § 3. The double division of the lowest class – § 4. The advantage of repetition – § 5. The five college classes – § 6. Four – § 7. Three – § 8. Two – § 9. Review of the lesson in classes of two divisions – § 10. What is common to these schools, what special to each. – 9. New Pupils. – 10. Entrance Examinations. – 11. Admission. – 12. Who Must not Be admitted. – 13. Promotion. – 14. Written Examinations. – 15. Rules for Announcing Examinations. – 16. The Prefect to Preside. – 17. Assigning Compositions to the Examiners. – 18. Examiners. – 19. Number of Those to Be Examined. – 20. The Records of Study. – 21. Method of Examination. – 22. When the Decision Is Reached. – 23. Concerning the Doubtful Ones. – 24. Keeping the Decision Silent. – 25. The Unsuitable and Ignorant. – 26. Proclamation. – 27. List of Books. – 28. Supply of Books. – 29. The assignment of Places. – 30. Time for Private Study. – 31. No Exemptions. – 32. Formal Declamations. – 33. Disputations of Schools. – 34. Academies. –

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

35. Public Award. – 36. Private Awards. – 37. The Censor, or Praetor. – 38. The Corrector. – 39. The Case of Those Who Refuse Corrections. – 40. Removing From School. – 41. Punishment. – 42. No One to Be Permitted to Return to Class. – 43. Quiet in the Courtyard. – 44. Watching the Courtyard and Classes. – 45. The Chapel and the Mass. – 46. Confession. – 47. No One to Be Called from a Class. – 48. Work of the Pupils not to Be Used. – 49. Posting the Rules Openly. – 50. Duties of the Prefect General.

Rules for the Writing of Examinations 413

1. All Pupils to Be Present at the Writing. – 2. Time of Writing. – 3. Preparation. – 4. Form. – 5. Care Concerning Those Who Sit Together. – 6. Departure from the Class. – 7. Handing in the Writing. – 8. Affixing the Name. – 9. Leaving the Examination. – 10. Time. – 11. Arrival at the Examination.

Rules Governing Awards 414

1. Number of Awards. – 2. The Days for Written Contests. – 3. Appointed Hours. – 4. Leaving and Talking Prohibited. – 5. Prolonging the Time. – 6. Sealing the Papers. – 7. Keeping the Papers Safe. – 8. Judges. – 9. Form of the Decision. – 10. Unsealing the Names. – 11. Preparation for Presenting the Awards. – 12. Distribution. – 13. Penalty of Dishonesty.

Rules Common to the Professors of the Lower Classes 416

1. Purpose. – 2. Prayer befor the Lesson. – 3. Mass and Sermon. – 4. Christian Doctrine. – 5. Exhortation. – 6. Spiritual Conversations. – 7. Litany and Devotion to the Blessed Virgin. – 8. Spiritual Reading. – 9. Confession. – 10. Praying for the Pupils. – 11. Obeying the Prefect. – 12. Grade of Each Class. – 13. The Division of Greek Grammar. – 14. Division of Time. – 15. How Much It May Be Altered. – 16. A Holiday Falling on Saturday. – 17. What Shall Be the Division on a Holiday. – 18. The Practice of Speaking Latin. – 19. Exercise of Memory. – 20. Bringing in Papers. – 21. Correcting Written Work. – 22. Method of Correcting. – 23. Correcting as Many as Possible. – 24. Exercises. – 25. Repetition. – 26. Repetition on Saturday. – 27. Prelection. – 28. Prelection of History and Poetry. – 29. Prelection on the Precepts. – 30. Topic for Writing. – 31. Concertatio. – 32. Unusual Exercises. – 33. Prelection or Declamtion in Class. – 34. Concertatio with the Nearest Class. – 35. Officers. – 36. Decurions. – 37. Preparation for Examination. – 38. Record. – 39. Attention to Discipline. – 40. Method of Punishment. – 41. Industry. – 42. Day of Confession. – 43. Silence and Decorum. – 44. Leaving the Class. – 45. Academies. – 46. Speaking with the Parents of the Pupils. – 47. Familiarity and Conversation. – 48. Tutors. – 49. No Expense for the Class. – 50. Progress in Studies.

Rules for Professors of Rhetoric 424

1. Grade. – 2. Division of Time. – 3. Memory Exercise. – 4. Method of Correcting Written Work. – 5. Exercises in Class. – 6. Prelection. – 7. Explanation of the Precepts. – 8. Interpretation of an Orator. – 9. A Topic for the Writing of an Oration. – 10. A Topic for Poetry. – 11. The Greek Theme. – 12. Concertatio. – 13. Greek Prelection. – 14. Greek Grammar. 15. Prelection on the Weekly Holiday. – 16. Private Declamtion. – 17. Public Declamation. – 18. Affixing Poems. – 19. Private Drama. – 20. Exercises of our Own People.

Rules for the Professor of Humanities 430

1. Grade. – 2. Division of Time. – 3. Method of Correcting a Paper. – 4. Exercises

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

while Written Work Is being Corrected. - 5. Prelection. - 6. Subject for Written Work. - 7. Concertation. - 8. Metric and Rhetorical Art. - 9. Greek Prelection. - 10. Affixing Poems.

Rules of the Professor of Higher Grammar Classes 434

1. Grade. - 2. Division of Time. - 3. Method of Correcting a Paper. - 4. Exercises in Class. - 5. Prelection. - 6. Subjects for Written Work. - 7. Poems. - 8. Greek Theme. - 9. Greek Prelection. -10. Concertatio.

Rules of the Professor of Middle Grammar Classes 437

1. Grade. - 2. Division of Time. - 3. Method of Correcting a Paper. - 4. Exercise while Written Work Is Being Corrected. - 5. Requiring the Grammar. - 6. Prelection of Cicero. - 7. Subject for Written Work. - 8. Prelection of Grammar. - 9. Greek Prelection. - 10. Concertatio.

Rules of the Professor of Lower Grammar Classes 439

1. Grade. - 2. Division of Time. - 3. Method of Correcting a Paper. - 4. Exercises while Written Work Is being Corrected. 5. Requiring the Grammar. - 6. Prelection of Authors. - 7. Subject for Written Work. - 8. Prelection of Grammar. - 9. Concertatio.

Rules for the Scholastics of our Society 442

1. Purity of Mind and Intention. - 2. Joining Solid Virtues with Their Studies. - 3. Studying According to the Direction of the Superior. - 4. Diligence. - 5. Public Disputations. - 6. Private Disputations. - 7. Moderation. - 8. Speech with Outsiders. - 9. Use of the Latin Language. - 10. Time of Study. - 11. Method of Private Study.

Regulation of Those Who Review Theology in Two Years' Private Study 443

1. Rules for Scholastics which Govern Them. - 2. Presence at Discussions of Cases and at Disputations. - 3. Summation of Arguments. - 4. Quaestions Omitted or Briefly Treated. - 5. Study of Special Questions. - 6. Formal Writing of Questions. - 7. Private Lectures. - 8. Public Lectures. - 9. Divisions. - 10. How Each May Defend His Own Views. - 11. Erudition. - 12. Councils, Controversies, Canons. - 13. Study of Canons. - 14. Observing Natural Inclinations.

Rules for the Helper, or Beadle, of the Master 445

1. Obedience to the Master. - 2. Activity about the Classroom. - 3. Notifying Students in Time. - 4. Theses. - 5. Time. - 6. Public Disputations. - 7. What to Report to the Superior.

Rules for Externs of the Society. 446

1. Joining Doctrine to Piety. - 2. What Class for Each. - 3. Confession and Mass. - 4. Christian Doctrine. - 5. Arms not to Be Brought to Class. - 6. What They Are to Avoid. - 7. Position of the Corrector. 8. Obedience. - 9. Diligence and Industry. - 10. Quiet, Silence. - 11. What Habits Shall Be Avoided. - 12. What Books to Avoid. - 13. Avoiding Spectacles and Dramas. - 14. Piety. - 15. An Example of Life.

Rules for the Academy 448

1. Nature of the Academy. 2. Who Are to Be Admitted. 3. Nature of Members of the Academy. - 4. Moderator of the Academy. - 5. Number of Academies. - 6. Industry and Exercise. 7. Officers. 8. Rector. - 9. Consultors. - 10. Secretary. - 11. Consultations. 12. Reading the Rules.

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Rules for the Prefect of an Academy 449
1. Moving to Piety. – 2. Observation of the Rules. – 3. Exercises. – 4. No innovations without Consent of the Suprior. – 5. Time of the Academy.
Rules of the Academy of Theologians and Philosophers 450
1. The Exercises. – 2. Repetitions. – 3. Form of Repetition. – 4. Form of Disputation. – 5. Theses. – 6. The Presiding Officer at Disputation. – 7. Prelections. – 8. Acts. – 9. Advertising the Disputations. – 10. Introduction. – 11. Theses to Be Approved.
Rules for the Prefect of the Theological and Philosophical Academy 451
1. Form of Exercises. – 2. Inspecting the Repetitions. – 3. Who Should Take Most Part in the Exercises. – 4. The Assistant.
Rules of the Academy of Rhetoricians and Students of Humanities 452
1. The Day for the Academy. – 2. The Exercises to Be Held by the Moderator. – 3. By the Members. – 4. Public Exercises. – 5. Private Prizes. – 6. Public Prizes. – 7. Feast of the Blessed Virgin or Day of the Patron Saint.
Rules of the Academy of the Students of Grammar 453
1. Exercises in Grammar – 2. Repetition. – 3. Disputation. – 4. Memory. – 5. Private Prelections. – 6. Public Prelection. – 7. Literary Penalties. – 8. Variety of Exercises.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

INDEX OPERUM IMPRESSORUM

ASTRAIN, Antonio, S.I. — *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España* I-VII. Madrid 1902-1925.

BACHELET, M. M. le, S.I. — *Bellarmin avant son cardinalat 1542-1598*. Paris 1911.

Cat. Prov. Austr. = *Catalogi personarum et officiorum provinciae Austriae S.I.* I (1551-1600). Romae 1978 (= MHSI).

COEMANS, Auguste, S.I. — *Breves notitiae de instituto, historia, bibliographia Societatis*. Bruxellis 1937.

Conciliorum oecumenicorum decreta. Bologna 1973.

DENZINGER, H.–SCHÖNMETZER, S. — *Enchiridion symbolorum*. Barcinone 1973.

DÖLLINGER, I.–REUSCH, H. — *Geschichte der Moralstreitigkeiten* ... I-II. Nördlingen 1889.

DUHR, Bernhard, S.I. — *Geschichte der Jesuiten in den Ländern deutscher Zunge* I. Freiburg im Breisgau 1907.

Epp. Lainez = *Epistolae et acta Patris Iacobi Lainii secundi praepositi generalis S.I.* I-VIII 1535-1565. Matriti 1912-1917 (= MHSI).

Epp. Salm. = *Epistolae P. Alphonsi Salmeronis S.I.* I-II. Matriti 1906-1907 (= MHSI).

FARRELL, A. M., S.I. — *The Jesuit Code of Liberal Education. Development and Scope of the Ratio studiorum*. Milwaukee 1938.

GUIBERT, Joseph de, S.I. — *La spiritualité de la Compagnie de Jésus*. Romae 1953.

GULIK, G.–EUBEL, C. — *Hierarchia catholica medii aevi* III. Monasterii 1910.

Institutum Societatis Iesu I-III. Florentiae 1892-1893.

KROESS, A., S.I. — *Geschichte der böhmischen Provinz der Gesellschaft Jesu* I. Wien 1910.

LUKÁCS, Ladislaus, S.I. — *De origine collegiorum externorum deque controversiis circa eorum paupertatem obortis 1539-1608*. AHSI 29 (1960) 189-245; 30 (1961) 3-89.

MI *Const.* = *Monumenta Ignatiana*. Series tertia. *Constitutiones et Regulae S. I.* III: *Constitutiones S.I. Textus latinus*. Romae 1938 (= MHSI).

MI *Epp.* = *Monumenta Ignatiana*. Series prima. *Sancti Ignatii de Loyola epistolae et instructiones* I-XII. Matriti 1903-1911 (= MHSI).

MI *Font. narr.* = *Monumenta Ignatiana*. Series quarta. *Fontes narrativi de Sancto Ignatio de Loyola et de Societatis Iesu initiis* III *Narrationes scriptae ab anno 1574*. Romae 1960.

MP = *Monumenta paedagogica S. I.* Nova editio. I-IV (1540-1556 1557-1572 1573-1580). Romae 1965 1974 1981 (= MHSI).

Ouvr. pédag. — *Répertoire des ouvrages pédagogiques du XVIe siècle*. Paris 1886.

PACHTLER, G. Michael, S.I. — *Ratio studiorum et institutiones scholasticae S.I. per Germaniam olim vigentes* I-IV. Berlin 1887-1894 (= Monumenta Germaniae Paedagogica v. 2 5 9 16).

PASTOR, Ludwig von — *Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters* I-XVI. Freiburg im Br. 1891-1931.

PERIN, Iosephus — *Onomasticon totius latinitatis* I-II. Patavii 1913 1920.

Pol. Chron. = *Vita Ignatii Loiolae et rerum S.I. historia. Auctore Ioanne Alphonso de Polanco eiusdem Societatis sacerdote* I-VI. Matriti 1894 1898 (= MHSI).

Pol. Compl. = *Polanci Complementa. Epistolae et commentaria P. Ioannis Alphonsi de Polanco, e Societate Iesu* I-II. Matriti 1916 1917 (= MHSI).

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

POLGÁR, Ladislaus, S.I. — *Bibliographie der älteren, offiziellen Ausgabe des Instituts der Gesellschaft Jesu.* AHSI 33 (1964) 90-101.

RODRIGUES, Francisco, S.I. — *História da Companhia de Jesus na Assistencia de Portugal* I-IV. Porto 1931-1950.

SACCHINUS, Franciscus, S.I.— *Historiae Societatis Iesu pars quinta, sive Claudius.* Romae 1661.

SCADUTO, Mario, S.I. — *Catalogo dei gesuiti d'Italia 1540-1565.* Roma 1968 (= Subsidia ad historiam S. I. n. 7).

SOMMERVOGEL, Carlos, S.I. — *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus* I-X. Paris 1890-1909.

Synopsis historiae Societatis Iesu. Lovanii 1950.

VILLOSLADA, Ricardo, S.I. — *Storia del Collegio Romano dal suo inizio (1551) alla soppressione della Compagnia di Gesù (1773).* Roma 1954.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

NOTAE COMPENDIARIAE

a. = annus, anni etc.
a. corr. = ante correctionem
add. = addit. addidit, additum, etc.
adnot. = adnotatio
ARSI = Archivum Roma num Societatis Iesu
ARSI = Archivum Romanum Societatis Iesu
c., cc. = caput, capita etc.
cf. = confer, conferatur etc.
cod. = codex
corr. ex = correctum ex
del. = delevit, deletum etc.
ed. = edidit, editor etc.
ex comm. = ex commissione
f., ff. = folium, folia etc.
fasc. = fasciculus
ib. = *ibidem*
id. = idem
i. e. = id est
in marg. = in margine
lect. dub. = lectio dubia
MHSI = Monumenta Historica Societatis Iesu
MP = Monumenta Paedagogica Societatis Iesu
ms. = manuscriptum
m1, m2 etc. = manus prima, secunda etc.
n = numerus
om = omittitur, omisit, omissum etc.
p. = pagina
P., PP. = Pater, Patres etc.
p. corr. = post correctionem
prius = ante correctionem
R. = Reverendus
RA, RB, R 91, R 99 = Ratio studiorum a. 1586 A, 1586 B, 1591 1599
r = recto
rep. = repetit etc.
S. = Sanctus
sequ. = sequitur
S. I. = Societas Iesu
sup. = supra
sq., sqq. = sequens, sequentes
t1, t2 = textus primus, secundus etc.
tA, tB, tC, tD = textus Rationis stud. 1591 A B C D
t99 - t1616 = textus Rat. st. 1599 et eius anno 1616 textus retractatus
v. = vide
v = verso
vol. = volumen
[ ] = claudit ea quae nos ipsi introduximus in textu
] = lectio varians

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

INTRODUCTIO GENERALIS

PARS I

ORTUS ET PROGRESSUS ORDINIS STUDIORUM S. I. (1541-1580)

Caput 1

DE ORIGINE COLLEGIORUM ET MINISTERII DOCENDI IN SCHOLIS PUBLICIS[1]

1. *Instituuntur collegia pro scholasticis S.I.* — S. Ignatius et primi eius socii novum ordinem religiosum apostolicum, necessitatibus temporum maxime accommodatum fundare sibi proposuerunt; cuius membris admodum cordi esse oporteret fidei propagatio in terris infidelium, eiusque ubique terrarum contra haereses defensio.

Ad hunc finem prosequendum admittere voluerunt solum homines maturos, in scientia et pietate iam formatos. Brevi tamen experti sunt, huiusmodi homines invenire, esse perdifficile. Quare necessarium fuit, ut iuvenes quoque reciperentur, qui, aliorum ordinum religiosorum more, in collegiis Societatis, iuxta celebres universitates erigendis, collocarentur ad scientias necessarias acquirendas.

Haec tamen collegia haud parum differebant a collegiis aliorum ordinum. Etenim nec aggregata, nec incorporata erant universitatibus, sed prorsus independentia. Admittebantur ad ea solum studentes Societatis; neque erant in eis — quo maxime ab aliis discrepabant — studia generalia aut particularia. Domi enim non fiebant lectiones, sed ad eas audiendas scholastici ad universitates se conferebant[2].

Huiusmodi collegia anno 1544 erant iam septem: Parisiis, Conimbricae, Patavii, Lovanii, Coloniae, Valentiae et Compluti[3].

2. *Inchoatur ministerium docendi* — Haud multum autem post collegia huius generis valde sunt immutata. Imprimis primaevam ideam «domi nullas lectiones instituere», nostri cito relinquere coacti sunt. Lectiones enim in universitatibus erant nimis rarae, prolixae et sine ullis

---

[1] Cf. L. LUKÁCS S.I., *De origine collegiorum ... ;* in AHSI 29 (1960) 189-245.

[2] In hunc sensum est explicanda declaratio primorum patrum anno 1541 facta: «No estudios ni lectiones en la Compañía» MI *Const.* I 47.

[3] Cf. MP I 501 n. 85.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

exercitationibus scholasticis. Ne igitur nostrorum studia in longum protraherentur, paulatim aliqui patres de Societate domi aliquas disciplinas docere inceperunt[4].

Eodem fere tempore alia quaedam innovatio (fortasse adhuc maioris momenti) evenit in India. Goae enim anno 1542 episcopus petiit et obtinuit, ut duo socii nostri in seminario dioecesano pueros legere et scribere, necnon elementa linguae latinae docerent[5]. Ibi itaque primum Societas ministerium (volventibus annis adeo gloriosum) docendi pueros in scholis exercere coepit. Quod ministerium, licet expresse non nominetur in *Formula Instituti* (1541), optimo tamen iure continetur in eis, quae «opera charitatis» ibidem dicuntur[6]. Quare innovatio haec minime est deviatio quaedam a primaevo Instituti spiritu (sicut nonnulli postea timuerunt), sed extensio solummmodo apostolatus consideranda est.

3. *Admittuntur collegia cum scholis publicis instituenda* — Post innovationes Patavii et Goae factas nihil obstabat, quominus S. Ignatius fundationem collegii cum scholis publicis aperiendis Gandiae in Hispania, atque anno 1548 Messanae in Italia acceptaret. Haec fuerunt prima collegia, quae non solum in utilitatem scholasticorum Societatis, sed etiam externorum instituta sunt[7].

Momentum collegii messanensis extraordinarium est dicendum. Etenim non modo novus apotolatus, iuventutis institutio, ibi fructus insperatos tulit, sed etiam ordo studiorum ibi a P. Nadal, ad «modum parisiensem» constitutus et in universam Societatem inde diffusus est[8].

Caput 2

Ordo et Praxis studiorum annis 1541-1580

Cum S. Ignatius eiusque in gubernanda Societate primi successores haud parum in studia ordinanda contulerunt, priusquam historiam compositionis Rationiis studiorum enarrandam aggrediamur, recolenda nobis breviter videntur, quae a singulis Patris Acquaviva antecessoribus in hunc finem facta et constituta sunt. Hoc fiet imprimis recensendo documenta maioris momenti, quae viam ad Rationem studiorum straverunt.

A — Acta et constituta de studiis annis 1541-1556

a – *De studiis scholasticorum S.I.* — Ab eo tempore, quo a S. Ignatio statutum est, iuvenes quoque, doctrina necessaria instruendos, admittere, oportebat etiam decernere, qualem ordinem in suis studiis sequi tenerentur.

1. *«Fundación de collegio»* — Capita praecipua huius ordinis scholastici delineata sunt anno 1541 in documento *«Fundación de collegio»* inscripto[9]. In eius enim § 13 asseritur, finem studiorum in Societate esse supernaturalem, apostolicum et practicum; hoc est, instruere socios doctrina sacra, necessaria, ut fidem efficaciter propagare et defendere valeant. Deinde imprimis in humanioribus litteris iacienda sunt solida fundamenta; postea philosophia et theologia scholares sunt bene excolendi. Eorum insigniores etiam ad gradus academicos promoveri possunt, ut maiore cum auctoritate officio fungi queant. Demum, ordo studiorum immutari potest, tollendo adiungendove ea, quae iuxta temporum, locorum ac personarum necessitates in utilitatem

---

[4] Cf. *ib.* 517-18 n. 419.
[5] Cf. *ib.* p. 499 n. 47 et 502-03 n. 108.
[6] Cf. MI *Const.* 16 et 26; nec non *Const.* P. IV c. 12 litt. C; MP I 285.
[7] Cf. Lukács, *De origine collegiorum* ... p. 199-201 et 204-10.
[8] Cf. MP I 530 n. 125.
[9] Vide MI *Const.* I 48-65.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ecclesiae expedire iudicabuntur. Hae normae adeo sunt fundamentales, ut nihil mirum sit, si in omnibus fere de studiis ordinationibus futuris reperientur.

2. *Constitutiones Collegii Patavini* — Normae, de quibus sermo fuit, sapientissimae quidem sunt dicendae, nihilominus nimis ieiunae sunt; quod satis explicatur: documentum enim ad fundatores collegiorum inveniendos informandosque est conscriptum. Desiderata igitur est instructio distinctior de ordine et praxi studiorum, ad quam rectores collegiorum scholasticos dirigere possent. Huiusmodi scriptum iam anno 1545 promittitur a S. Ignatio in formula retractata fundandorum collegiorum[10]. Constat etiam, nonnullos scholasticos mense septembri anni 1546 Roma Patavium missos constitutiones collegiorum lingua italica exaratas et ad illius collegii usum adaptatas secum tulisse[11]. Quatuor partibus constant, quarum prima est de ordine studiorum. Huius sexta paragraphus attentione digna est. In ea enim de studiis peragendis multa particularia exhibentur; imprimis de exercitationibus scholasticis, collegiis parisiensibus adeo propriis et a S. Ignatio eiusque sociis valde aestimatis ac laudatis; quare etiam in Constitutiones generales fideliter transumentur.

3. *Industriae et Constitutiones Collegiorum Patris Polanco (1547-1550)* — Postquam S. Ignatius anno 1547 Patrem Polanco Patavio, ubi eodem anno studia terminaverat, Romam vocavit, ut sibi in constitutionibus generalibus conscribendis auxilio esset, hoc negotium expeditius progredi coepit. Industriorem, docilioremque adiutorem Legislator invenire non potuisset. Quia tamen confectio constitutionum generalium plus temporis postulabat, quam ut sperare liceret, brevi eas in provincias mitti posse, S. Ignatius Patri Polanco munus commisit, ut instructionem quamdam redigeret, qua interim scholasticorum institutio in spiritu et litteris regeretur[12].

Ad hunc finem P. Polanco composuit duo documenta. Prius passim vocatur *Industriae*[13]; alterum *Constitutiones Collegiorum*[14]. Ambo sunt magni valoris. Multae enim res, quas continent, translatae sunt in Constitutiones generales; ita ut earum adumbratio quaedam haberi possint. In utroque recensentur disciplinae, quibus praecipue scholastici studere debent[15]. Sed haud leviter innovatur circa admissionem ad studia. In documento *«Fundación ... »* mentio fiebat tantummodo scholasticorum, qui applicandi erant ad studia primum litteraria ac dein philosophica atque theologica. In *Industriis* contra scholastici iam dividuntur in duas classes: eorum, qui sperantur evasuri litterati, et eorum, qui secus; illi studebunt philosophiae et theologiae intensius, hi levius[16]. In *Constitutionibus Collegiorum* quoque discernuntur scholastici in conspicuos et mediocres; attamen his iam prorsus interdicitur studium philosophiae et theologiae[17]. Quae norma transiit quoque in *Constitutiones generales*[18].

4. *Studia scholasticorum in Constitutionibus generalibus* — Constitutiones collegiorum, a S. Ignatio promissae, a collegiorum moderatoribus adeo desideratae et a P. Polanco tam magna cura concinnatae, — contra omnium exspectationem — nunquam collegiis datae sunt. Cuius rei praecipua causa potuit esse, quia anno 1550 *Constitutionum generalium* textus antiquissimus

---

[10] Vide *ib.* 58-59 n. 9.

[11] Cf. MI *Font. narr.* III 738 n. 89.

[12] Cf. MI *Epp.* II 54-55.

[13] Ab auctore «Siguense 12 Industrias, con que se ha de ayudar la Compañia, para que meior proceda para su fin». Vide *Pol. Compl.* II 725-75, et MP I 28-37.

[14] Titulus completus et originalis: «Constitutiones que en los collegios de la Compañia de Jesú se deven observar para el bien proceder dellos a honor y gloria divina» MP I 37-45.

[15] Vide MP I 33-34 § 13-16; et *ib.* 38 § 12 41 § 11.

[16] Vide *ib.* 33 § 14 et 34 § 15.

[17] Vide *ib.* 38 § 2.

[18] Vide *Const.* P. IV c. 5 § 2 litt. D; MP I 219 221.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

iam conscriptus est, eumque S. Ignatius in animo habebat brevi promulgare. Alia ratio potuit esse nova species collegiorum, cum scholis publicis nempe institutorum. P. Polanco enim in conscribendis *Constitutionibus Collegiorum* non nisi collegia ad scholasticorum Societatis institutionem erecta prae oculis tenebat. Nova vero collegia, anno 1546 Gandiae et 1548 Messanae aperta, ob multitudinem discipulorum externorum alius generis constitutiones et regulas requirebant.

Industriae tamen et *Constitutiones Collegiorum* finem, propter quem auctor eas confecerat, abunde assecutae sunt, cum earum partes in *Constitutiones generales* transiisse pateat. In his enim res tractatae eaedem sunt; hoc est, de inveniendis pro Societate candidatis, de qualitatibus in eis requisitis, de eorum conservatione in salute spirituali et corporali, de institutione in spiritu et litteris, deque praeparatione eorum ad ministeria apostolica fructuose exercenda, de distributione eorum in vinea Domini absolutis studiis, et de gubernatione nec non conservatione Societatis.

b - *De studiis in scholis publicis S.I.*

Simul atque anno 1548 Messanae novum collegium cum scholis publicis inchoatum est, P. Nadal, collegii rector, instructionem quandam, seu constitutiones, quibus scholas moderari posset, petiit. Idem eodemque tempore postulavit etiam P. Oviedo, rector collegii gandiensis. Quibus S. Ignatius respondit, ut ipsi eas conscriberent et Romam ad approbandum mitterent.

1. *Statuta Universitatis Gandiensis (1549-1550)* — Cum P. Oviedo collaborarunt P. Araoz, praepositus provinciae Hispaniae, P. Mirón, rector collegii valentini, et P. Rojas, superior domus caesaraugustanae. Qui statuta quaedam concinnarunt[19], adhibentes praecipue constitutiones universitatis valentinae, ad modum parisiensem conscriptas. Sed eorum intentio non ad praxim et ordinem studiorum, sed fere exclusive ad modum examinandi et ad gradus academicos promovendi alumnos dirigebatur.

2. *Constitutiones Collegii Messanensis (1548)* — P. Nadal quoque Messanae manum statim labori admovit et opus eodem anno 1548 ad finem perduxit[20]. Qui in conscribendis constitutionibus solum scholas publicas earumque discipulos externos ob oculos habebat. Documentum duas habet partes. In priore tractantur principia et exercitationes ad pietatem adolescentium fovendam; in altera recensentur, licet breviter, omnia, quae scholarum ordinem et studiorum praxim spectant: de singulis classibus grammaticae et humaniorum litterarum, de lingua graeca et hebraea, de philosophia et mathematica, deque theologia scholastica et S. Scriptura, nec non de casibus coscientiae, de variis exercitationibus scholasticis, etc.; ita ut constitutiones messanenses vere quidam nucleus omnium posteriorum ordinum studiorum haberi possint; eo vel magis, quod harum influxus in formandam futuram *Rationem studiorum* extraordinarius fuit. Nam anno 1549 ipse P. Nadal eas ad usum novi collegii panormitani transcripsisse videtur[21]. Cumque earum notitia in Hispaniam usque pervenisset, P. Araoz easdem sibi transmitti petiit. S. Ignatius quoque, qui anno 1550 patres Romam ad *Constitutiones generales* examinandas convocaverat, constitutiones collegii messanensis eorum iudicio subiicere volebat, approbatasque ceteris Societatis collegiis tradere. Cum vero anno 1551 Societas Romae scholas publicas aperuit, S. Ignatius eas ad modum messanensem instituere voluit. Quare hunc ordinem et praxim describere et Romam mitti curavit[22]. Unde paulatim diffusus, modus messanensis thesaurus universae Societatis evasit. Collegium igitur messanense iure omnium Societatis collegiorum externorum prototypon haberi debet.

---

[19] Vide MP I 50-63.
[20] Vide *ib.* 17-28.
[21] Vide *Epp. Lainez* I 141.
[22] Vide MP I 93-106.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. *«Modus parisiensis» exemplar studiorum S.I.* — Hic nonnulla dicenda veniunt de «modo parisiensi». Laus enim est Patris Nadal hunc modum, a nostris adeo laudatum, Messanae ad finem Societatis applicasse et in praxim induxisse[23]. Modus Parisiensis opponitur Modo Italico. Hoc tempore Parisiis in vita universitatis praevalet corpus professorum, in Italia corpus studentium; illic lectiones fiunt in collegiis universitati aggregatis, hic in ipsa universitate; illic magna disciplina, hic magna libertas studentium; Parisiis iter scholasticum bene determinatum rigorose et a professore et a studentibus percurrendum, lectiones professoris frequentiores, quas sequuntur exercitationes scholasticae; distinctae classes constituuntur, in quibus collocantur discipuli secundum doctrinam; singulis classibus assignatur proprius magister et materia absolvenda; discipuli ad superiorem classem promoventur post rigorosum examen; necessitudo inter magistrum et discipulum est familiaris; et ille de profectu huius in doctrina est sollicitus. Hae sunt nonnullae modi parisiensis proprietates, propter quas Societas hunc italico praeferebat; adolescens enim hac ratione iter scholasticum celerius et fructuosius percurrit[24].

4. *Collegium Romanum «mater» omnium Societatis collegiorum* — Dum vicissitudines ordinandorum studiorum Societatis recensemus, non possumus reticere partem peculiarem, quam Collegium Romanum ab initio hac in re habebat. S. Ignatius enim illud considerabat universale quoddam Societatis seminarium magistrorum. «Ex hoc Collegio Romano - ut Patris Ledesma, primi eius praefecti studiorum verbis utar - oportet prodire tanquam ex primo fonte et origine magistros, et ex eo colonias deduci et mitti praeceptores, qui etiam in aliis collegiis doceant; et hic eos oportet ali et educari, qui ea, quae viderint in Collegio hoc nostro Romano observari optima, alibi imitentur et sequantur»[25]. Ideo instructiones vivente S. Ignatio datae sociis ad nova collegia aperienda missis, saepe repetunt, ut ad studia et scholas quod attinet, sequantur, tanquam exemplar, ordinem Collegii Romani; et simulac P. Polanco anno 1551 regulas rectoris Collegii Romani conscripsit[26], eae ad provincias missae sunt, earumque usus etiam in *Constitutionibus generalibus* commendatur[27].

5. *De studiis universitariis in Constitutionibus generalibus (1553-1556)* — Elevatio scholarum publicarum collegii gandiensis et messanensis ad gradum universitatis urgebat, ut S. Ignatius de quodam studiorum generalium seu universitatum ordine elaborando cogitaret. Iam in antiquissimo Constitutionum textu, annis 1547-50 confecto, in quartae partis prooemio promittitur, non solum de collegiis, sed etiam de universitatibus Societatis actum iri; attamen neque in priore, neque in secundo Constitutionum textu quidquam de his invenitur, et solum exeunte anno 1553 vel ineunte anno 1554 septem capita de universitatibus sunt conscripta, et vivente adhuc S. Ignatio post decem capita IV Partis Constitutionibus inserta. S. Fundator scilicet voluit ab experientia et a viris hac in re peritis edoceri, quam viam sequi expediret. Ideo statuebat, ut rectores collegiorum gandiensis et messanensis propria industria constitutiones quasdam conderent, eisque uterentur «hasta que se dé orden general de todas las universidades»[28]. Immo a rectore collegii gandiensis petiit, ut constitutiones universitatum valentinae, complutensis, salmaticensis et conimbricensis sibi compararet et Romam mitteret; voluit habere etiam constitutiones universitatum parisiensis, lovaniensis, coloniensis, bononiensis, nec non et patavinae; «y visto lo que otras universidades usan y pratican, y lo que al instituto y modo de proceder nostro convie-

---

[23] Iam in *Libello* quo civitas messanensis notum reddit, quod scholae publicae a patribus S.I. aperientur, declaratur de modo procedendi «sequitando il modo e ordine che s'usa in Pariggi; essendo il meglio che tenere si possa per facilmente e perfettamente diventare dotto» MP I 385.

[24] G. Postel est auctor celebris sententiae: Societatem, modum parisiensem eligens, illum «pio furto» surripuisse, et per sua collegia in totum terrarum orbem diffudisse; cf. MP I 617.

[25] Vide MP II 523.

[26] Vide MP I 64-93.

[27] Vide *Const.* P. IV c. 7 litt. C; MP I 267.

[28] MI *Epp.* II 268.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ne, se podrán hazer las constituciones generales, que sirvan a las universidades de la Compañía así como también a los collegios[29]»

Ad constitutiones universitatum componendas adhibita sunt praeterea etiam scripta quaedam Patris Olave et Patris Nadal, qui ambo in rebus studiorum versatissimi erant. Opus prioris inscribitur: «Ordine di legere et de li esercitii che si hanno a osservare nelle università dela Compagnia di Iesù»[30]. Patris Nadal vero scriptum titulum habet: «De studii generalis dispositione et ordine» (1552)[31]. S. Ignatius, postquam duos hos tractatus pretiosissimos legit, adiuvante Patre Polanco, capita de universitatibus composuit, in quibus agitur de scientiis tradendis, de ordine et modo eas tractandi, de libris adhibendis, de cursibus et gradibus academicis, de moribus auditorum fovendis, et de universitatum gubernatione. Licet in his capitibus omnia principalia et necessaria habeantur, attamen eorum natura potius iuridica secum fert, ut de praxi studiorum in eis pauca inveniantur. Sed in ipsis Constitutionibus promittitur tractatus quidam separatus, in quo de his abunde agetur[32].

B — De vicissitudinibus studiorum annis 1557-1580

1. *Ratio studiorum Collegii Romani (1558)* — S. Ignatii in gubernanda Societate successores non obliviscebantur promissionis de conscribendo ordine studiorum. Hoc munus spectabat imprimis ad Collegium Romanum, matrem et reginam omnium Societatis collegiorum. Eius professores, memores huius vocationis, iam anno 1557, superiorum voluntati obtemperantes, de suarum classium ordine et modo in eis procedendi sententiam suam scripto tradiderunt[33]. Eodem enim tempore nova quaedam ratio studiorum Collegii Romani praeparata est[34], quam nonnulli patres primae congregationis generalis (1558) ad usum suorum collegiorum descripserunt. Huius rationis studiorum memoria adeo oblivione deleta est, ut eius existentiam probare, textumque partium invenire haud facile fuerit. Quamvis haec quoque ratio adhuc satis brevis, immo in quibusdam partibus vix adumbrata sit, attamen futurarum rationum studiorum formam iam prae se fert. Praeter enim ordinem classium, sunt iam regulae praefecti studiorum, magistrorum et discipulorum.

P. Nadal, missus anno 1562 ad visitandas provincias assistentiae Germaniae, rationem studiorum Collegii Romani ad adiuncta earum regionum adaptavit[35]. Ordinem seu distinctionem classium amplius elaboravit, ad regulas autem praefecti studiorum complendas instructiones varias addidit. Secundum hunc ordinem regebantur scholae Societatis in septentrione usque ad annum 1570, quando Roma pervenit prima Ratio studiorum, iussu Patris Generalis praeparata, et in universa Societate eiusdem nomine promulgata.

2. *Ratio studiorum Borgiana (1565-1572)* — Annis 1563-1564 in Collegio Romano intensae consultationes factae sunt de ordinandis studiis. P. Ledesma, praefectus studiorum collegii, et praeses horum congressuum, de rebus ibi actis diligenter certiorem reddidit P. Generalem, et nonnulla de promovendis studiis proponebat. Praesertim urgebat, ut «Scribatur liber, in quo distincte et particulatim contineatur totus ordo studiorum, tum huius collegii tum caeterorum, in quibus est una, duae vel tres, vel plures grammaticae classes, aut aliarum facultatum; et hic ordo per singulas singilatim classes et facultates, et per singula personarum officia et rerum diversitatem, actuum, disputationum et aliorum omnium exercitiorum litterariorum distincte et

---

[29] Vide *ib.* 550 601.
[30] Vide MP I 163-83.
[31] Vide *ib.* 133-63.
[32] Vide *Const.* P. IV c. 13 litt. A; MP I 285 287.
[33] Vide MP II mon. 57-60 p. 423-33.
[34] Vide *ib.* 3-43.
[35] Vide *ib.* mon. 13-17 p. 85-133.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

particulatim [describatur]; et adhibito iuditio et sententia superiorum, ille statuatur servandus, immutandus omnino, nisi de summo patrum consilio, ut sit iam tandem certa aliqua regula, quam praefectus studiorum et magistri sequantur»[36].

P. Laínez, successor S. Ignatii, ineunte anno 1564 Tridento Romam reversus, praescripsit professoribus Collegii Romani, ut opus conscribendae rationis studiorum aggrederentur. Cui labori nec subitanea mors Patris Generalis (ianuario 1565), nec subsequens congregatio generalis moram ullam attulit; ita ut exeunte anno 1565 ea rationis studiorum pars, quae est de humanioribus litteris, iam confecta fuerit[37]. Haec deinde a commissione quadam retractata est, et ad finem anni 1569 missa est ad provincias[38]. Haec fuit prima, communis, universalis Ratio studiorum, Patris Borja, praepositi generalis iussu, eiusdemque auctoritate promulgata. Quapropter iure vocari potest Ratio studiorum Borgiana.

Huius Rationis momentum in hoc consistit, quod usque ad annum 1591, quando collegia receperunt Rationem studiorum intermediam Patris Acquaviva, applicata est. In hac quidem applicatione P. Generalis magnam superioribus localibus concessit libertatem. In introductione enim citantur Constitutionum verba: «Quaecunque hic observanda praecipiuntur, locis, temporibus et personis accommodari oportere; quamvis ad hunc ordinem accedere, quoad fieri possit, conveniat»[39].

Partes eius sunt: regulae praefecti studiorum, praeceptorum, scholasticorum S.I. et externorum, et correctoris seu bidelli. Has diversorum officiorum regulas sequitur pars amplior, quae non ad formam regularum, sed tractatus est conscripta. In eo declarantur singularum classium gradus, disciplinae docendae, exercitationes variae, examina et eorum ordo. Licet haec Ratio iam formam perfectam ordinis studiorum prae se ferat, attamen P. Ledesma, qui textum examinandum recepit, iudicabat illum insufficientem; praecipit enim quid, quo, quando, quibus est agendum in scholis, sed non explicat: *quomodo* haec omnia praestanda sint. Magistrorum vero hoc imprimis interest: «Arbitror enim, non esse satis in universum et generatim ordinem et rationem studiorum perscribere; sed particulatim oportere per singulas classes et singula earum exercitationum genera modum et rationem optimam magistro servandam explicare»[40]. Defectui huic a P. Ledesma notato ne auctores quidem Rationis studiorum anni 1599 satis occurrent.

Romae eodem tempore non solum ratio de humanioribus litteris confecta est, sed etiam de philosophia (*De artium liberalium studiis*)[41], quae saltem ad nonnullas provincias quoque perlata est[42]. Nullum vero vestigium invenimus, provincias accepisse etiam partem theologicam (*De sacrae theologiae studiis*»[43]. Constat solum, in Collegio Romano, experimenti gratia, illam introductam esse.

3. *«Libertas opinandi» et «Delectus opinionum»* — Quamquam anno 1571 haud multum abfuit, quin Rationis Borgianae etiam ea pars, quae est de scholastica theologia, mitti posset in provincias, vivo tamen S. Francisco Borja, id non evenit, cum ille anno proximo e vivis cesserit. Quare nil mirum, si anno 1573, in congregatione generali provinciae postularint, ut haec pars tanti momenti tandem perficeretur et promulgaretur. Exemplo sint verba congregationis provinciae romanae: «Quia experientia notum est, quantum conferat uniformitatem, quoad fieri pro varietate provintiarum queat, per omnia servare in tradenda philosophia et theologia maxime, ac in modo

---

[36] Vide *ib.* 484 n. 1; et *ib.* p. 466-67: *Ordo studiorum.*
[37] Vide MP II mon. 20-25 p. 188-218.
[38] Textum retractatum vide *ib.* mon. 26-31 p. 218-53.
[39] *Const.* P. IV c. 13 litt. A; MP I 287.
[40] Vide MP II 687.
[41] Vide *ib.* mon. 32 p. 253-65.
[42] Cf. *ib.* 184.
[43] Haec pars inscribitur: «De sacrae theologiae studiis»; textum vide *ib.* mon. 33 p. 265-87.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

docendi per omnes classes in collegiis nostrae Societatis, petitur a congregatione generali, ut statuatur formula aliqua communis, vel modus hic Romae mature excogitatus, si placuerit, aliorum sententiis auditis, perficiatur et approbetur». Quibus novus P. Generalis, E. Mercurianus respondit: «Quod attinet ad uniformitatem et modum tradendae philosophiae ac theologiae, iam diligentius de tota re tractatum est hic Romae; sed ea, quae hic perpensa sunt, ad provincias mittenda sunt prius, ut earum sententiis auditis, cum non eadem ubique conveniant, respondeant, si quid habeant; ac denique ratio studiorum certior Societati praescribatur»[44].

Aliquid prorsus novum iudicanda est voluntas Patris Generalis, ut priusquam in re adeo complexa et difficili aliquid certi et definitivi statueretur, sententia totius Societatis exploraretur. Attamen, dum P. Mercurianus Societati praefuit, neque haec consultatio Societatis facta est, nec pars Rationis Borgianae de scholastica theologia missa. Anno enim 1579, paulo ante obitum, ad postulatum congregationis provinciae peruanae respondebat: «Presto con la divina gracia se embierán»[45]. Causa (nisi unica, certe praecipua) huius diuturnae dilationis est, in Collegio Romano eo tempore iterum de opinandi libertate controversias graves ortas esse[46].

Haec quaestio sub Patre Laínez, praeposito generali, primum in Collegio Romano, deinde etiam alibi agitari coepit. Ob defectum enim certi auctoris praescripti quilibet professor philosophiae suas opiniones profitebatur. Quod tamen in grave discrimen vocabat unitatem doctrinae in Societate tenendae. Hoc periculum congregatio provinciae romanae anno 1568 aperte denuntiabat: «Ignorantiae et morborum causa illa potissima est, quod in cursu artium liberalium certi interpretes non explicantur, sed ex proprio iudicio magistri adolescentes et inexperti omnia confingunt»[47].

Duo principia inter se pugnabant: orthodoxia doctrinae et libertas opinandi professoribus concedenda. Controversiae autem hinc ortae unioni animorum haud parum nocere poterant. Quare haud semel a nostris postulatum fuit, ne novae opiniones a professoribus sine superiorum permissu introducerentur[48]. Timor praeterea et aversio nonnullorum ab omni genere innovationis contentionem animorum adhuc augebat[49].

Primus, qui in Collegio Romano propter opinionem circa praedestinationem a collegis carpebatur, fuit P. Toledo. Qui tamen cum anno 1561 ad P. Laínez, praepositum generalem, Tridenti commorantem, recurrisset, minime ab eo coactus est, ut sententiam censuratam retractaret. Cum enim de quaestione opinabili ageretur et nihil esset ab Ecclesia in contrarium definitum, P. Generalis respondit: «No se deben en la Compañía tomar estas opiniones particulares (como las que corren sobre esta materia de predestinatión) tan fixamente, que por atarse a ellas se rompa o debilite la charidad y se dé scandalo»[50].

Alter professor, qui ibidem eodemque tempore a ceteris, praesertim a P. Ledesma et A. Gagliardi, ob doctrinam averroisticam in philosophia severe reprehendebatur, fuit P. Benedictus Perera[51]. Etiam in provincia Germaniae superioris de orthodoxa doctrina vehementes controversiae exortae sunt, Imprimis P. Pisa, hispanus accusabatur novarum opinionum esse studiosum[52]. P. Hoffaeus, praepositus provinciae, de mandato Patris Generalis, anno 1577 amplam instructionem conscribere debuit de opinionibus tenendis, ut pacem inter socios turbatam

---

[44] Vide MP IV 220-21 § 10.

[45] *Congr. 93* 243*v*.

[46] Cf. VILLOSLADA *Storia* ... 77-80.

[47] Vide MP III 24.

[48] Vide MP II 477 490 498 667.

[49] In scripto quodam Patris Mirón, assistentis Lusitaniae, «Ritus et traditiones» inscripto, haec mira assertio legitur: «Novitas in theologia est res pessima» *Instit. 186/c* p. 281. Quod esset mors omnis progressus in scientiis sacris.

[50] Vide *Epp. Lainez* VII 54.

[51] Vide MP II 476-78 487-88 499 502-03.

[52] Vide MP IV 646-48.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

restauraret[53]. In eadem provincia alius quidam eximius professor, Gregorius de Valencia, de Germania in fide catholica iuvanda adeo bene meritus, denunciabatur, quod opiniones non orthodoxas profiteretur, et P. Hoffaeus eum apud P. Generalem defendere debuit[54]. Ne P. Suárez quidem, alia theologorum Societatis columna, effugere potuit, quominus de innovationis crimine accusaretur. Qui anno 1579 ad P. Generalem scribens contendit ab hac culpa se purgare, demonstrans se opiniones communes sequei, et solum in methodo aliquantum ab aliis recedere[55].

P. Hoffaeus, considerans, quam sit molestum professoribus munere fungi propter fervorem propugnatorum uniformitatis doctrinae, anno 1578 proposuit Patri Generali «ut in rebus speculativis, in quibus opinari licet citra periculum fidei ac citra scandalum, honesta libertas professoribus relinquatur, ne si illorum ingenia nimium emungimus, sanguinem eliciamus»[56]. P. Generalis in responso solum «intra modum» approbat paternam benevolentiam Patris Hoffaei: «Videri sibi non usque adeo coangustanda ingenia, sed permittendum campum ad sese exercendum; id nos etiam probamus, sed intra modum; id est, ne cum multas vias latas, spaciosas habeamus, in quibus satis excurrere et sudare etiam possunt, in semitas abstrusas et invias sese concludant, unde non facile explicari possint»[57].

P. Nadal rectam viam hac in quaestione invenisse dicendus est. Is professoribus lusitanis hanc normam sapientem reliquit, ut de opinionibus probabilibus inter se discuterent, in lectionibus autem publicis sequerentur «in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam», prout in Constitutionibus Societatis praescribitur[58].

Cum collisio inter securitatem doctrinae et libertatem opinandi periculosior sit in theologia, quia hoc in casu vera fides in discrimen vocatur, P. Ledesma nihil intentatum reliquit, ut haec libertas restringeretur[59]. Primus fuit in Societate, qui ad hunc finem catalogum conscripsit quaestionum, quas professores profiteri tenerentur. «Defendent — scribit ad P. Generalem anno 1564 — ex iis, quae ad fidem attinent, has opiniones, quas alia separata papyro seorsim offerimus, et oppugnabunt contrarias»[60]. P. Borja, praepositus generalis prompto animo suam fecit Patris Ledesma sententiam de quaestionibus praescribendis, et anno 1565 promulgavit decretum: «Quaedam, quae docenda et defendenda sunt in philosophia et theologia» inscriptum[61]. Hoc primum huius generis documentum in Societate, quod P. Ledesma, eius inspirator et auctor, semper, etiam post Patris Borja mortem, summa contentione defendebat. Testimonio huius rei sit e. gr. eius tractatus de opinionibus in Societate prohibendis conscriptus, et anno 1574 Patri Mercuriano, novo praeposito generali, in forma epistolae et quasi ad modum testamenti relictus[62]. In quo auctor multis argumentis probare intendit, quod «non solum in genere prohibendum sit, ne quis doceat contra fidem aut minus consentanea fidei etc., sed etiam in particulari prohibendae sint aliquae opiniones, et praescribenda ea, quae videantur ad sanam doctrinam conservandam conducibilia et necessaria»; et ut «hae opiniones, quae sunt prohibitae aut praeceptae a R.P. Generali Borja, et in patrum congregatione magistris denuntiatae, ac per alias Societatis provincias missae, sint refiniendae et, ut fit, magistris proponendae». Anno subsequente P. Ledesma diem supremum obiit. Sed in defendenda doctrina orthodoxa dignum successorem accepit in Patre Tucci, auctore catalogorum opinionum defendendarum et liberarum; qua de re tamen inferius plura dicemus.

---

[53] Vide *ib.* 703-12.
[54] Vide *ib.* 712 et 745.
[55] Vide *ib.* 809-11.
[56] Vide *ib.* 746-47.
[57] Vide *ib.* 747.
[58] Vide MP I 221 et III 78.
[59] Vide MP II 496-503.
[60] Vide *ib.* 488 § 5.
[61] Vide MP III 496-503.
[62] Vide MP IV 196-204.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

PARS II

PRAEPARATIO RATIONIS STUDIORUM (1581-1599)

Caput I

EVENTA ET CONSTITUTA ANNIS 1581-1582

A — Ratio studiorum et congregatio generalis quarta (1581)

Patre Mercuriano praeposito generali defuncto, congregationes provinciarum promissam Rationem studiorum instantius petierunt. Totius Societatis desiderium videtur exprimere postulatum congregationis Poloniae: «Videbatur congregationi rogandum esse, ut inter alias curas, etiam huius meminisse velit, ut tandem aliquando ex Urbe prodeat certa aliqua studiorum ratio, quantum possibile erit, toti Societati communis»[1]. Mentione dignum est etiam postulatum provinciae neapolitanae: «Cupit congregatio provincialis, ut decernat congregatio generalis, quid circa opiniones tam philosophicas, quam theologicas, quas determinavit R.P. Fr. Borgia, in posterum sit a nostris tenendum»[2]. Quae postulatio manifeste demonstrat, quaestionem de libertate opinandi professorum et de opinionum delectu minime fuisse sopitam, sed ab eligendo praeposito generali viriliter fore aggrediendam.

In ipsa congregatione generali commissio quaedam peculiaris «ad conficiendam formulam studiorum» constituta est[3]. Quae tamen, licet ex duodecim magnae eruditionis et experientiae sociis composita esset, ob multitudinem tamen difficultatum circa studia occurrentium, et ob brevitatem temporis pauca facere potuit. Itaque partim intelligitur, cur prorsus ignoremus, quidnam hi patres fecerint.

B — Consultationes et decretum de doctrina in Societate tenenda (1582)

Pater Acquaviva*, novus praepositus generalis, quaestionem studiorum ordinandorum inter primissimas resolvendas reputavit. Hoc propositum clare patet in responso ad postulatum provinciae neapolitanae dato: «Iam paratur – scribit – tota ratio studiorum, in qua praescribetur, quid circa eas opiniones tenendum sit. Interim tamen brevi mittetur instructio provincialibus, quae praxim circa doctrinae et opinionum unitatem ac soliditatem doceat»[4]. Res prorsus

---

* Claudius Acquaviva S.I., de praeparanda et promulganda Ratione studiorum optime meritus, natus est anno 1543 Adriae (Atri) in Bruttiis (Abruzzi). Perusiae studuit iuri canonico et civili; anno 1563 Romae fit cubicularius Pii papae IV, deinde V; Anno 1567 ingressus est Societatem; studiis absolutis legit cursum philosophiae in Collegio Romano; anno 1574 ordinatus est sacerdos; anno 1575 nominatus est rector Seminarii Romani, sed anno proximo iam mittitur Neapolim, ut illam provinciam gubernet; anno 1579 praeficitur provinciae romanae; et die 19 februarii anni 1581, a congregatione generali IV electus est praepositus generalis Societatis; quo munere per 35 annos functus est. Obiit Romae die 31 ian. 1615; cf. *Dizion. Biogr. Ital.* I (1960) 168-78; DE GUIBERT, *La spiritualité* ... 219-70; SOMMERVOGEL I 480-91.

[1] *Congr. 95*, f. 15*r*.

[2] *Ibidem*, f. 31*r*.

[3] Cf. decr. 31 congr. gen. IV; *Institutum S.I.* II 254.

[4] *Congr. 95*, f. 31*r*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nova dicenda est prima pars declarationis. Opinio enim peritorum communis fuit, ab anno 1581 ad annum usque 1583, quando commissio quaedam a P. Generali constituta est, circa ordinem studiorum constituendum nihil factum fuisse. Quae declaratio comprobatur etiam verbis epistolae Patris Generalis, qua mense septembri anni 1582 instructionem de doctrina in Societate a professoribus tenenda misit: «Quoniam ordo studiorum, etsi post congregationem generalem recognosci coepit, nondum tamen absolvi potuit»[5].

Praeterea notum est, P. Generalem Patri Deça, hispano, magnae auctoritatis professori theologiae[6] (qui ut elector suae provinciae in congregatione generali fuit membrum commissionis studiorum ordinandorum) imposuisse, ut reversus in provinciam, videret, quomodo res circa doctrinam professorum se haberent. Qui relationem suam his verbis exordiebatur: «Nunca pensé que de tanta importantia era lo que preguntándome ay V.P. acerca de la doctrina de los nuestros, dixe, como ví después que llegué a España, y más después que llegué a este collegio. Donde al tiempo que partí para Roma, no parece que se esperava otra cosa, si no que yo bolviesse las espaldas, para que se las boviessen a S. Thomás los que aquí enseñan»[7]. Ut huic malo remedium efficax apponeretur, proponebat: «Yo no veo otro remedio, si no atarnos a la doctrina de S. Thomás en todo». Ut hanc opinionem singularem acceptabilem redderet, conscripsit tractatum quemdam, rogans P. Generalem, ut illum nonnullis eruditis ad iudicandum traderet[8]. Quod et factum est. P. Generalis enim die 22 nov. 1582 respondebat illi: «Yo ví y hizé ver a los padres assistentes y a otros el papel que V.R. me embió con una de 17 de avril, y contentó mucho; y por el orden que en aquella materia se ha dado, avrá visto quánto me he approvechado de su lucubración; aunque por agora no convenia apretar más de lo que se ha hecho, por no venir a algun estremo»[9].

Unus eorum, qui Romae scriptum Patris Deça examinandum acceperunt, fuit P. Bellarmino. In censura[10] hunc in modum de proposito iudicabat: «Ut solum excipiatur ex sententiis S. Thomae illa una de conceptione B. Virginis, caeterae vero omnes defendendae suscipiantur, videtur mihi partim minus bonum, partim etiam nimis difficile, ne dicam impossibile, partim denique non necessarium». Quod cum abunde probaverit, concludit: «In eam sententiam descendo, ut S. Thomas recipiatur tamquam ordinarius et communis auctor, sed ita tamen, ut aliquot sententiae excipiantur»[11].

Eodem anno 1582 P. Acquaviva nonnullas quaestiones discutiendas proposuit Collegii Romani professoribus circa doctrinam tenendam in Societate[12]. Prima interrogatio fuit: «Essentne propositiones aliquae speciatim prohibendae seu praecipiendae, an satis esset generales aliquas regulas tradere, quae, quae universim prohibenda vel praecipienda comprehendant». P. Ledesma – ut vidimus – anno 1574 priorem solutionem ardenter urgebat[13]; patres autem Collegii Romani nunc alteram proposuerunt; nonnulli autem aliquas opiniones definiendas censuerunt ad evitanda scandala; deinde duas regulas statuendas esse arbitrarunt. Priore praecipiatur, ut a S. Thoma non recedant nostri professores, nisi raro et ob graves rationes, quae contrarium persuadeant; altera vero statuatur ut, si pro quadam opinione non habeantur graves auctores,

---

[5] *Instit. 40*, f. 86*r*.

[6] De A. Deça S. I. (1530-1589), hispano cf. MP IV 527 535-36 615.

[7] *Tolet. 37/a*, f. 144*r*-45*v*.

[8] Tractatus non est conservatus, nam auctor petiit, ut postquam examinatus fuisset, destrueretur.

[9] *Tolet. 1*, f. 158*r*.

[10] *Stud. 3*, f. 448*r*-49*v*.

[11] *Ibidem*, f. 449*v*.

[12] Consultatione conclusa, redegerunt documentum: «Quae doctores Collegii Romani responderunt circa rationem docendi theologiam ad vitandas novas opiniones et quaestiones» inscriptum; ARSI, *Fondo Ges. 656/A*, f. 3-10. — In documento apparent nomina patrum, qui interfuerunt: PP. Maselli, rector, Bellarmino, Capeci, Gambacorta, Menu, Parra, Perera, Suarez, Terzo, Tucci.

[13] Vide supra, p. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

consulendus sit superior, qui rationibus perpensis possit eam permittere vel inhibere.

Ad tam gravem quaestionem solvendam P. Acquaviva etiam Patrem Salmerón (qui Neapoli commorabatur) interrogare voluit ob eius eximiam in re theologica auctoritatem. Quare in epistola diei 18 aug. 1582 ad eum scribebat: «Perché da diverse parti vengo avisato di molti inconvenienti che nascono circa la dottrina, pare che non convenga differire molto il rimedio. Io ho trattato con questi teologi qui di Roma, i quali dicono diverse cose. Il restringersi a dottrina particolare non è senza inconvenienti. Si desidera, per essere cosa di tanta importanza, il parere di V. R., acciò possiamo fare quella risolutione che sia a maggior gloria del Signore; et mi sarà molto caro haverne quanto prima risposta da lei»[14].

P. Salmerón die primo septembri respondendo[15] quaestionem solvendam ita formulavit: «Quaenam sit studiorum tum in philosophicis tum in theologicis a nostris ratio tenenda atque observanda». Existimabat imprimis, Societati minime expedire, ut certum aliquem doctorem tamquam ducem eligeret, et in verba eius et sententias iurarent omnes. S. Thomas certe ita inter theologos eminet, ut merito a P. Ignatio constitutum sit, ut nostri eum in schola praelegerent. Sed «si aliquando contingeret, ut aliquis ex nostris Dei munere mitteretur, qui doctrinam theologicam nova quadam ratione et praestantiori via scripto traderet, ut aliquando futurum expectabat bonae memoriae B. Ignatius, non esset illi resistendum, sed res referenda ad P. Generalem». Praeterea censet, non esse ullum catalogum propositionum professoribus praescribendum, «quoniam cum id aliquando iam factum sit, non tamen satis feliciter successit»[16]. Conandum tamen est, ut nostri professores iis, quae S. Scriptura et Ecclesia docet «tanquam cancellis quibusdam constringantur et arctentur.

Ultimus, a quo P. Generalis de doctrina in Societate tenenda sententiam petiit, fuit P. Maldonado[17]; qui ut elector provinciae Franciae congregationi generali quartae interfuerat, eaque conclusa, Romae retentus fuerat, ut - censemus - formulae studiorum conscribendae praefectus. Qui rem a P. Generali propositam iudicat «tanti momenti esse, ut non possit nec debeat tam brevi tempore concludi»; interea nonnulli colligant rationes omnes in utramque partem; alii notent sententias minus probabiles; diu expendant, priusquam statuatur «quae probabiliter quidem, sed minus quam contrariae; quae ne probabiliter quidem defendi queant»; et concludit: «Interim modum aliquem ponendum existimo novis opinionibus, missis per omnes provincias paucis illis regulis, de quibus his diebus agebatur».

P. Acquaviva opinionem Patris Maldonado, quaestionem de doctrina in Societate statuenda tam brevi tempore concludi non posse, acceptavit; sicut secutus est etiam consilium eiusdem, ut dum nonnulli deputati patres parando ordini studiorum superiorum incumbebant, ipse de eadem re nonnullas regulas observandas promulgaret. Nam reapse mense septembri anni 1582 emisit decretum, seu sex regulas de modo sequendi S. Thomae doctrinam[18]. Intentio Patris Generalis in hoc decreto promulgando clare exponitur in epistola eius die 21 nov. 1583 ad praepositum provinciae peruanae scripta: «Aunque después de la congregación general luego se comencó a poner mano en la orden que a de aver en los studios de la Compañía, pero aún no se ha podido acabar, mas se acabará presto; y porque juzgamos importa mucho al servicio divino y conservación de la Compañía, que en ella no se enseñe sino doctrina útil y sólida, hanos parecido, mientras a este orden se pone la última mano, advertir en este medio a los nuestros de algunas cosas que van aparte; y deseo que V.R. las tenga por muy encomendadas, y las ponga luego

---

[14] Vide *Epp. Salm.* II 715-16.

[15] *Stud. 3*, f. 30*r*-31*v*; *Epp. Salm.* II 709-15.

[16] Alludit ad decretum Patris Borja, anno 1565 promulgatum; v. supra, p. 9.

[17] De I. Maldonado S.I. (1533-1583), hispano cf. MP IV 186 adn. 1. Textus eius opinionis de doctrina in Societate tenenda reperitur in *Stud. 3*, f. 447*r-v*.

[18] Textum vide in *Instit. 40*, f. 85*v*-86*r*; et apud PACHTLER II 12-14.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

en execución, y así los superiores como los lectores de theología y philosophía todos tengan consigo una copia desta orden que se embía»[19].

Patrem Maldonado quod spectat, nobis persuademus, illum Romae retentum fuisse post congregationem generalem non ut in Collegio Romano theologiam profiteretur - nam ad hoc munus eodem tempore Romam vocatus est P. Fr. Suárez - verum ut operi conscribendi ordinis studiorum praeficeretur. Cum tamen ille ineunte anno 1583 morte praematura e vita ereptus esset, in munere designato ei successit P. Tucci; qui iuxta elenchum professorum anno scholastico 1581-82 in Collegio Romano professor fuerat theologiae, sed ab hoc tempore eius nomen non apparet inter professores; profecto, quia totus conficiendo ordini studiorum incumbere debuit.

Caput 2

RATIO STUDIORUM 1586

A — Deputati patres conscribunt duos tractatus: «*Delectus opinionum*» et «*Praxis et ordo studiorum*» (1583-1586)

Primis anni 1583 mensibus P. Generalis decrevit ad conficiendum ordinem studiorum commissionem peculiarem constituere. Itaque ex variis provinciis nonnullos patres in scientiis peritos Romam evocavit[20] «ut unam formulam studiorumque rationem conficerent, quae in rebus speculativis uniformitatem, soliditatem utilitatemque doctrinae stabiliret; et in practicis modum praescriberet tractandi scientias et facultates omnes cum eo fructu et emolumento, quod Institutum nostrum sibi proponit»[21].

Patres vocati iam autumni tempore anni 1583 Romam pervenerunt[22], et postquam die 8 dec. a Summo Pontifice recepti et benedicti fuerant, initium fecerunt laboribus. Imprimis spino-

---

[19] *Mon. Per.* III 288.

[20] Ex provincia Austriae vocatus est Petrus Busaeus. Ut quam primum Romam mitteretur, P. Generalis hanc epistolam, die 24 aug. 1583 Patri Provinciali dabat: «Decretum est a nobis, quod iamdudum et multorum desiderium et ipsa rei necessitas exigebat, ordinem studiorum, qui deinceps in Societate servari debeat, constituere; idque ita mature ac considerate, ut nullam in posterum, quantum fieri possit, mutationem ac varietatem admittat. Qua etiam de causa, etsi quidam hic patres nostro iussu in ea elaborarunt, visum est adhuc necessarium aliquos ad hoc negotium idoneos variis e provinciis Romam convocare, tum ut multorum iudiciis concurrentibus omnia maiori luce fiant, tum ut plena notitia existat consuetudinum et ingeniorum cuiusque regionis, eorumque quae debet ratio habeatur» *Austr.* 1 I 151.

[21] Ex epistola Patris Generalis (21 apr. 1586) ad praepositos provinciales, qua Ratio studiorum mittebatur; quam epistolam v. inferius, p. 160-62.

[22] Praepositus provinciae Austriae die 30 sept. 1583 significabat Patri Generali: «Mitto Patrem Petrum Busaeum citra dilationem, sicut R.P.V. literis 24 aug. datis mandaverat» *Germ. 161*, f. 252*r*. Constat etiam Patrem Busaeum mense octobri a. 1584 Roma discessisse, ut in provinciam suam rediret. Nam praepositus provinciae Austriae die 16 oct. 1584 scribit Patri Generali: «Cum gaudio cognovimus P. Busaeum nuper isthinc discessisse, ut ad nos redeat» *Germ. 163*, f. 241*v*. Quare mendum censendum est illud «eodem anno 1584» quod tradunt *Acta congregationis*, scilicet patres vocatos fuisse anno 1584, laborem inchoasse mense decembri eiusdem anni, et illum terminasse mense augusto anni sequentis. Ceterum, quod patres convocati sint anno 1583, patet ex subsequentibus verbis *Actorum*, quibus asseritur, Patrem Generalem non potuisse legere tractatus deputatorum nisi exeunte anno 1585, cum antea fuisset «impeditus primum patrum procuratorum et congregatione et negotiis expediendis; deinde adventu iaponiorum principum moraque diuturna in Urbe propter obitum Gregorii pont. max.» Iam vero haec eventa ultima parte anni 1584 et prima 1585 acciderunt; non potuit autem congregatio novembris 1584 impedire examen operis, quod tantum augusto 1585 perfectum fuisset.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sa quaestio de opinionum delectu fuit tractanda. Quare omnes et singulas *Summae* S. Thomae quaestiones examini subiecerunt; addiderunt et alias de S. Scriptura ac de Ecclesia et traditione, quae a S. Thoma non tractatae, tamen cum haereticis controversiarum materiam suppeditabant. Qua methodo, serietate nec non assiduitate haec omnia perfecerint, memoriae traditum est in *Actis congregationis* ... [23]. Fructus huius immensi laboris fuit tractatus: *Delectus opinionum* dictus, id est propositiones ex Summa S. Thomae collectae, quas deputati patres definiendas vel liberas professoribus relinquendas censuerunt. Textus huius tractatus nobis non innotuit; nonnulla tamen cognosci possunt ex *Iudicio* professorum Collegii Romani, quibus P. Generalis tractatum examinandum tradidit. Hic tamen non fuit *Delectus opinionum*, qui postea in Ratione studiorum anni 1586 locum obtinuit[24], sed anterior quidam, in quo propositiones definitae et liberae numero fuerunt 597[25]; in *Delectu opinionum* autem, qui in Ratione studiorum 1586 typis expressus est, numerus propositionum est multo inferior: 126. Praeterea auctores *Delectus opinionum 597* in recensendis opinionibus iuxta capita quaedam procedunt, prout de theologia, de simplicitate Dei, de praedestinatione, etc.; quae partitio in Ratione studiorum 1586 omissa est. Tractatui adiunctus est etiam *Commentarius* quidam, in quo auctores rationem reddebant, cur singulae propositiones inter praescriptas vel liberas insertae fuissent. Etiam huius *Commentarii* mentionem faciunt professores in *Iudicio*[26].

Quod fuit severissimum, ita ut professores tractatum omnino reiecerint; cuius finis propositus – soliditas doctrinae et animorum unio – minime tali catalogo 597 propositionum obtinetur. Multa definire rem iudicant «inutilem, plurima allatura incommoda et detrimenta tum doctrinae, tum paci et concordiae Societatis; eiusque praxim fore difficillimam vel potius impossibilem[27]. Selectionem opinionum faciendam esse putant secundum haec principia: non esse definiendas opiniones, quae nullam habent connexionem cum religione et pietate, nec versantur in materia gravi, neque sunt opiniones aut omnium aut certe maioris partis praestantium theologorum. Has normas ante oculos tenentes, nonnullas opiniones in tractatu deputatorum patrum falsas esse declarant, alias improbabiles, ut prohibendae potius, quam praescribendae esse videantur; tum multae sunt de fide vel certissimae adeo, ut nulla ratio appareat, cur in hunc catalogum relatae sint; haud paucae etiam obscurae et ambiguae videntur; multaeque liberae relinquuntur, quae graviores sunt multis aliis definitis; nulla ergo est ratio, cur hae potius, quam aliae liberae esse debeant. Mentione digna est etiam adnotatio Patris Bellarmino in margine textus exarata: «Sententiae, quas adversari S. Thomae in toto hoc delectu opinionum arbitramur, sunt numero 77»[28]. Improbant demum professores, quod, licet *Delectus opinionum 597* totam theologiam comprehendat, attamen non efficiat «unum doctrinale corpus», sed «sit potius dissoluta quaedam et confusa opinionum congeries». Patres Collegii Romani ex 597 propositionibus recensuerunt solum 130, i. e. selectas ex prima parte *Summae*. Iudicium enim de hac parte prorsus negativum sufficiens arbitrabantur, ut P. Generalis intelligere posset, quid de toto tractatu sentirent.

P. Acquaviva professoribus examinandum commisit non solum tractatum de *Delectu opinionum*, hoc est partem speculativam Rationis studiorum, sed alium quoque: *Praxis et ordo*

---

[23] Vide inferius, p. 4-5.

[24] Vide inferius, p. 6-17.

[25] Quod propositiones fuerint 597, asserunt professores Collegii Romani in censura, quae inscribitur «Iudicium theologorum Collegii Romani S.I. de censura ac delectu opinionum patrum a R.A.P.N. Generali deputatorum». Duo huius exempla conservantur: 1. *Stud. 3*, f. 55*r*-90*r*; 2. ARSI, *Fondo Ges. 656/A*, f. 23*r*-58*v*.

[26] Vide e. gr. *Fondo Ges. 656/A* , f. 28*v*.

[27] Vide *ib.*, f. 24*v*.

[28] Vide *ib.*, f. 23*r-v*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

studiorum inscriptum. Etiam de eo habemus iudicium professorum[29]; in quo tamen nulla eiusmodi gravis animadversio continetur, quae novam et profundam textus revisionem requireret.

Licet documenta patrum deputatorum post augustum anni 1584 parata et P. Generali tradita fuissent, *Iudicium* vero professorum exeunte anno 1584 vel ineunte anno 1585, ille non potuit, nisi ad finem anni 1585 ea examinare, prout asserunt *Acta congregationis*. Examine autem instituto, statuit, ut textus *Praxis et ordo studiorum* daretur typographo, pars autem speculativa revideretur, saltem ex parte; ulteriorem enim eius et profundiorem retractationem remittendam esse duxit ad aliud tempus, quando etiam ex provinciis iudicia et animadversiones pervenissent[30].

Tres deputati patres, Tucci, Azor et Gonzales, qui Romae retenti sunt, 130 propositiones ex prima *Summae* parte selectas et a professoribus Collegii Romani iudicatas retractarunt ita sollicite, ut haec pars potuerit locum suum proprium, ante *Praxis et ordo studiorum* in libro Rationis studiorum imprimendo obtinere. Dum haec sub prelo erant, patres deputati una cum professoribus Collegii Romani perrexerunt revidere propositiones ex reliquis *Summae* partibus selectas; sed hae non potuerunt, nisi ad calcem libri adiungi. Ita prima Societatis Ratio studiorum mense aprili anni 1586 promulgari et ad provincias mitti potuit.

B — Nonnulla circa libellum de Ratione studiorum a. 1586 typis impressum

Non habemus necesse de partibus loqui, quibus libellus constat, cum in Indice generali sufficienter recenseantur. Potius agendum est de quibusdam eius adiunctis; et primo de exemplaribus, quorum raritas nonnullis merito admirationem parit.

1. Imprimis statuendum est, non multa iam ab initio fuisse exemplaria; etenim libellus typis excusus est manuscripti instar, et «non aliam ob causam, nisi ob maiorem commoditatem, quo celerius copia esset plurium exemplarium» in provinciis[31]. Exemplaria non receperunt collegia et scholae provinciarum, ut in eis ad tempus probaretur, sed commissiones in quacunque provincia constituendae, ut libellum examinarent et iudicarent. Anno autem 1586 Societas divisa erat in viginti provincias. Si ad singulas missa sunt quinque exemplaria, sufficiebant exemplaria centum, maxime 120. Quorum certe paucissima cognoscuntur. Nobis innotuerunt haec:

Romae: ARSI, *Instit.* I 142. — Bibl. Ap. Vat., R. G. Scienze soc. V (2 exempl.) — *Ibidem*, Rossiana 6230. — Bibl. Naz. Vitt. Emm. 41 5 E 10 et 41 5 E 14. — Bibl. Univ. Gregorianae. — Bibl. Casanat. L XI 116.

Mediolani: Bibl. Ambrosiana (2 exempl.) — Londini, British Museum G 11702. — Dublini, Bibl. Coll. Dubl. Univ. Nat. Hibern. — Berolini, K. Bibliothek, Nr. C i 3150. — Treviris, Stadtbibl. J VI 66. —Universim 14.

Massiliae in Gallia, Bibliothèque de la Ville possidet rem notabilem; exemplum scilicet manuscriptum Rationis studiorum 1586[32]. Primo et rapido facto examine visum est nobis agi de manuscripto dato typographo. Quam nostram persuasionem aluit P. Denifle, qui asserit, manuscriptum olim fuisse in bibliotheca Collegii Romani, deinde in Bibl. Naz. Vitt. Emm., demum a quodam bibliopola vili pretio bibliothecae massiliensi venumdatum. Postquam vero textum manuscriptum cum typis expresso diligenter contulimus, et compluria menda omissionesque deteximus, concludendum nobis fuit, manuscriptum non esse illud, quod typographus accepit.

---

[29] «Censura patrum Collegii Romani circa ea, quae a patribus deputatis de ordine ac ratione studiorum praescripta sunt» *Stud. 3*, f. 35*r*-54*v*.

[30] Vide epistolam Patris Generalis, diei 21 apr. 1586; infra, p. 160.

[31] Vide inferius, p. 160.

[32] Cf. *Catalogue Général des Manuscrits des bibliothèques publiques de France* - Départements - t. XV - Marseille (Paris, 1892) p. 293 n. 1018. - Cf. etiam H. DENIFLE O.P., *Zur Ratio studiorum S.I. a. 1586;* in: Historisches Jahrbuch X (1889) 70-71.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Fortasse, quando deputati patres mense augusto anni 1584 Rationem studiorum perfecerunt, praeter manuscriptum typographo tradendum, aliud quoque pro P. Generali pararunt, hoc nempe nostrum, calligraphice exaratum. Nam textus manu descriptus libello typis iam excuso, rationabiliter supponi non potest.

Quaestionem de paucitate exemplarium superstitum Sommervogel[33] solvit asserens omnia exemplaria destructa fuisse, quod Sixtus papa V novam eius correctamque editionem fieri praecepisset. Hoc mera fabula est dicenda, quam nullum documentum historicum fulcitur. Immo fuit Sixtus, qui sua auctoritate interposita libellum ab inquisitione hispanica interceptum Societati restituit[34].

Solutio igitur quaestionis est alia et multo simplicior. Iam provincia Aquitaniae in iudicio de Ratione studiorum 1586 petiit a P. Generali, ut «ubi tota ratio studiorum constituta fuerit, iubeat provincialibus omnia exemplaria huius libri comburere»[35]; et P. Generalem eiusdem fuisse sententiae, demonstrat eius epistola, qua Rationem studiorum 1599 ad provincias misit; in qua inter alia legitur: «Doppo che V. R. haverà questo libro, che di qua avanti si haverà da pratticare, raccolga tutti libri antichi de Ratione studiorum, che altre volte habbiamo mandati alle provincie, e tutti li bruggi, perché non haveranno più da servire; et ci avvisi poi d'haverlo fatto»[36].

2. *Intentio auctorum* — Intentionem generalem P. Acquaviva manifeste declarat in epistola, diei 24 aug. 1583, ad praepositum provinciae Austriae data: «Decretum est a nobis, quod iam dudum et multorum desiderium, et ipsa rei necessitas exigebat, ordinem studiorum, qui deinceps in Societate servari debeat, constituere; idque ita mature ac considerate, ut nullam in posterum, quantum fieri possit, mutationem ac varietatem admittat»[37]. Tamquam principium generale quoque constitutum est: «Nihil firmiter definire prius, quam omnium provinciarum doctores nostri quid de tota re arbitrentur, exponant»[38]; ita «ut quod in communem comparatur usum, communi quoque iudicio comprobetur»[39]. Patres deputati sperabant «ut tum ex eorum iudiciis, tum ex variis scriptis ac monitis, quae ex iisdem provinciis antea collecta fuerant, earum omnium quasi sensus certius posset intelligi»[40]. Hac enim ratione expectari potuit, ut «variarum gentium auditis collatisque moribus ac studiis, id communi consilio statueretur, quod locis, quoad eius fieri posset, congrueret universis»[41]. Maximam autem attentionem tribuebant patres deputati doctrinae Societatis statuendae; etenim «semper visum est optimum factu, si tam docendi varietas, quam opinandi libertas certis legibus vinciretur»[42].

Non solum autem intentio auctorum Rationis studiorum, sed etiam natura operis consideranda est, ut rectum de eo iudicium proferri possit[43]. Quae revelatur in *Actis congregationis* his verbis: «De omni studiorum ratione, quae ad eam rem maxime facere arbitrati sunt, disseruere sex deputati patres»[44]. Itaque fructus eorum laboris sunt dissertationes, tractatus, non vero regulae seu statuta iuridica vel instructiones didacticae de disciplinis tradendis. In tractatibus

---

[33] Vide SOMMERVOGEL I 487.

[34] Cf. ASTRAIN, *Historia* ... III 315 ss. et FARRELL, *Code of liberal education* 230-32.

[35] *Stud. 3*, f. 382*v*.

[36] Vide infra, p. 454.

[37] *Austr. 1* I 151.

[38] Vide inferius, p. 1 (Lectori salutem).

[39] Ex *Actis congregationis* ... ; infra, p. 5.

[40] Ex epistola Patris Generalis (24 apr. 1586); infra, p. 160.

[41] Ex *Actis congregationis* ... ; infra, p. 4.

[42] *Ibidem*, p. 3.

[43] Quod non egerunt Astrain nec Farrell, qui conqueruntur Rationem non esse codicem quendam iuridicum, definitivum, universalem, devincentem, sed congeriem tractatuum de diversis materiis scholasticis. Cf. ASTRAIN, *Historia* IV 4-6; FARRELL, *Code* ... 228. Desiderant scilicet in hac Ratione studiorum 1586 ea, quae solum in retractata et definitiva eius forma intendebant auctores praestare.

[44] Vide inferius, p. 1 (Lectori salutem).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

proponuntur ea, quae de studiis consideranda sunt a commissionibus in provinciis constituendis. Materia tractanda proponitur tripartita: theologia, philosophia et humaniores litterae. Argumenta singula ita tractantur, ut «quaecumque ad unum aliquod rerum caput emendandum aut illustrandum pertinere existimabatur, in unum ea locum collata sunt, quo magis in promptu, ac sub unum pene aspectum tota res haberetur ab iis, a quibus haec omnia recognoscenda sunt. Postquam vero recognita fuerint, dissecandum est hoc tamquam corpus universum in sua quaedam membra, hoc est in multiplices regulas; quarum aliae auditoribus, aliae professoribus, aliae studiorum praefectis, aliae rectoribus, aliae praepositis provincialibus, aliae aliis assignandae sunt»[45]. Clarius loqui non potuissent patres deputati de propositis et intentionibus.

3. *De fontibus* — Prima Ratio studiorum est fructus imprimis antiquarum experientiarum et traditionum. Non erat nec munus, nec intentio auctorum prorsus novum quid conficere. Ipsi ample enumerant fontes, unde materiam hauriebant. In *Actis congregationis* enim legitur: «In constituenda certa ratione ac methodo, quae scientiae et facultates singulae tractarentur» imprimis «relegebantur quartae partis constitutiones, studioque ad nutum illis parendi sedulo expendebantur; canones similiter congregationum, regulae et statuta scholarum, consuetudines praeterea, moresque Collegii Romani, quae liber manu scriptus simul omnia complectebatur»[46]. Attentio autem eorum non solum in Collegium Romanum dirigebatur, sed etiam in aliorum, tum Societatis, tum externorum maioris auctoritatis collegiorum et universitatum: «Recitabantur - legitur ibidem - patrum nostrorum in hunc usum conservatae deliberationes, sive Romae, sive extra in nobilioribus Societatis collegiis varia temporum occasione institutae; percensebantur epistolae et consulta legesque universitatum, et diversi generis alia, partim superioribus annis, partim nuperrime ad Reverendum Patrem Nostrum Generalem ex plerisque cum italis et hispanis, tum etiam Galliae, Germaniae, Poloniae provinciis transmissa». De usu fontium ibidem haec traduntur: «Ex his antiqua plurima retinebantur, recentioraque attexebantur, abrogabantur nonnulla. Si qua dubitationem adferebant, singuli provinciae suae privatas vel communes institutiones, usum et exempla scholarum, mores et eventa in medium proferebant, commoda et incommoda demonstrabant. Quibus tot tamque variis auxiliis ad disquisitionem iudicationemque adhibitis, multarum pervestigata sunt remedia difficultatum, iactaque mutuae inter nos consensionis fundamenta, cum fixum ac ratum id apud se haberent, nihil esse posse vel ad scholarum conservationem promotionemque utilius, vel ad gratiam comparatamque existimationem retinendam accommodatius, quam uniusmodi omnes normam praescriptionemque in excolendis ingeniis gubernandisque scholasticis muneribus tenere ac sequi». Maior pars fontium superius enumeratorum invenitur in voluminibus I-IV Mon. Paed. edita, eorumque nexum cum Ratione studiorum conficienda superius breviter illustravimus. Certe patres deputati diligenter collegerunt, examinarunt et selegerunt omnia meliora, quae in longum protracta traditio et copiosa experientia de studiorum ordine et ratione illis offerebat.

4. *Observationes provinciarum* — De commissionibus in provinciis constituendis et de modo procedendi in examine Rationis studiorum precisa instructio data est in epistola Patris Generalis, diei 21 aprilis 1586[47]. Quod vero ad futurum attinebat, P. Generalis sperabat, ut adnotata a provinciis exeunte anno 1586 Romam remitti possent; per annum dein 1587 illa considerarentur, et iuxta ea tota materia retractaretur et in regulas officiorum transformaretur, ita ut nova Ratio exeunte eodem anno 1587, occasione congregationis procuratorum, pa-

---

[45] Vide inferius, p. 41 (Praxis et ordo studiorum).
[46] Vide infra, p. 4.
[47] Vide inferius, p. 160.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tribus Romae praesentibus distribui posset[48]. Res tamen omnino aliter successit.

Libellus Rationis studiorum mitti incepit exeunte mense aprili 1586. Quinque provinciae: Castellana, Belgica, Aragoniae, Baetica et Germania Superior mense iunio illum receperunt, provincia Austriae et Mediolanensis mense iulio, Poloniae augusto et Franciae mense septembri; provincia Aquitaniae mense octobri illum nondum acceperat, et provincia Campaniae non nisi mense ianuario anni 1587, quo tempore nempe maior pars observationum aliarum provinciarum iam Romam pervenerant.

Fasciculorum, qui animadversiones continent, titulos una cum indicatione, ubi textus inveniantur, hic exscribere iuvat:

1. «Iudicium theologorum Collegii Romani S. I. de censura ac delectu opinionum patrum a R.do Adm. P.N. Generali deputatorum» *Stud. 3*, f. 55-90, et ARSI, *Fondo Ges. 656/A*, f. 23*r*-58*v*.

«Censura patrum Collegii Romani circa ea, quae a patribus deputatis de ordine ac ratione studiorum praescripta sunt» *Stud. 3*, f. 375*r*-93*v*.

2. «Quae animadversa sunt in priorem partem libri de ordine studiorum circa studium theologiae et philosophiae in provincia Aquitaniae» *Stud. 3*, f. 35*r*-53*v*.

3. «De ratione et institutione studiorum ex provincia Aragoniae» *Stud. 2*, f. 207*r*-53*v*.

4. «Observationes circa Rationem studiorum provinciae Austriae» *Stud. 3*, f. 266*r*-82*v*.

5. «Quae patres provinciae baeticae in collegio cordubensi circa Rationem studiorum a Rev. Adm. P. Generali ad eos missam animadvertenda duxerunt» *Stud. 2*, f. 270*r*-82*v*.

«Aliqua quae patres hispalensis collegii advertunt circa Rationis studiorum librum» *Stud 2*, f. 284*r*-91*v*.

6. «Iudicium congregationis deputatorum in provincia Franciae ad recognoscendam studiorum rationem ab Adm. R.P.N. Generali, Claudio Aquaviva ex Urbe anno 1586 transmissa» *Stud. 3*, f. 331*r*-65*v*.

I. Bleusius, N. Clerus, I.B. Gonzales, I. Salesius - Breve iudicium de Ratione studiorum. *Stud. 3*,, f. 372*r*-73*r*, 366*r*-69*r*, 373*v*, 370*r*-71*v*.

7. «Observationes circa Rationem studiorum ex provincia Superioris Germaniae» *Stud. 3*, f. 194*r*-241*r*.

8. «Acta congregationis iussu R.P. Provincialis Duaci habitae ad examinandam studiorum rationem nuper a R.P.N. Generali ex Urbe missam» *Stud. 2*, f. 115*r*-16*v*.

9. India Orientalis - De ratione studiorum. *Stud. 2*, f. 333*r*-37*v*.

10. «Censura in methodum studiorum missam Roma examinandam, collecta a patribus congregatis in provincia lugdunensi» *Stud. 3*, f. 394*r*-99*v*.

Iudicium P. Ioannis Balmesii de Ratione studiorum. *Stud. 2*, f. 181*r*-84*v*.

11. «Observationes provinciae Lusitaniae in librum de Ratione studiorum» *Stud. 2*, f. 294*r*-308*v*.

«Haec visa sunt patribus eborensibus animadvertenda circa methodum explicandi partes D. Thomae a patribus conimbricensibus confectam» *Stud. 2*, f. 309*r*-15*v*.

«Haec observata sunt a P. Ferdinando Peresio circa librum de Ratione studiorum; quae

---

[48] «Cupimus enim ita rem instituere, ut patres procuratores, qui ad primam congregationem venient, studiorum ordinem omnino absolutum ac stabilitum secum referant» Vide inferius, p. 161. Paulo post, anno scilicet 1587 P. Generalis iam deposuit spem tam cito rem concludendi. Patri enim Maggio, visitatori Galliae, die 18 oct. 1587 in hunc modum scribebat: «Quod autem instat, ut ordo studiorum per procuratores mittatur, tam cito quidem non poterit, quia cum imponenda sit ultima manus, omni adhibita diligentia non ita maturare licuit, ut hoc tempore expeditus esset; maxime cum novam methodum confici oportuit, quae - ut spero - probabitur; melius autem putavimus aliquanto amplius prorogare, ut res exactior et perfectior prodiret. Nec tamen multo longior erit mora. Affirmant enim hi patres, sperare se ad annum novum ineuntem finem operi imposituros» *Epist. I* II, f. 312*v*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quia sero ad patres deputatos perlata fuere, separatim, prout ab eo scripta sunt, mittuntur» *Stud. 3*, f. 297-303.

12. «Acta congregationis quinque patrum, in provincia mediolanensi delectorum, ad examen Rationis studiorum Romae confectae per sex patres iussu Patris nostri Generalis» *Stud. 3*, f. 105*r*-55*v*.

13. «Quae observata sunt a patribus neapolitanae provinciae circa librum de Ratione studiorum» *Stud. 3*, f. 93*r*-104*v*.

14. «De ratione atque institutione studiorum per sex patres deputatos Romae anno 1585 conscripta, iudicium congregationis Poloniae mandato R.P.N. ad eundem finem celebratae Vilnae anno 1586 mensibus octobre, novembre et decembre, et ianuario sequente» *Stud. 2*, f. 127*r*71*v*.

L. Fauntenus, A. Pisanus, I. Leopolitanus – Censurae in librum de Ratione studiorum. *Stud. 2*, , f. 172*r*-79*v*; Stud. 3, f. 283*r*-90*v* et 291*r*-96*v*.

15. «De Rationis studiorum Roma misso libello rhenanorum patrum iudicium» *Stud. 3*, f. 242*r*-61*v*.

16. «Sardiniae iuditium circa Rationem studiorum» *Stud. 2*, f. 254*r*-67*v*.

17. «Quae visa sunt patribus deputatis in provincia siciliensi in recensione libelli de studiis» *Stud. 2*, f. 27*r*-39*v*.

D. Tapia S. I. – «Animadversiones seu considerationes super librum de Ratione studiorum ab uno ex patribus deputatis in provincia siciliensi» *Stud. 2*, f. 40*r*-54*v*.

F. Marinus S. I. – «Particularis censura in nonnullas patrum deputatorum propositiones» *Stud. 2*, f. 55*r*-100*v*.

18. «Quae de Ratione studiorum visa sunt patribus toletanae provinciae» Matriti, Bibl. Acad. de la Hist., Mss. de Jesuitas 11-11-4/ 75, f. 1-27.

A. de Sandoval - Fr. de Suarez - I. de Florencia – «De delectu opinionum in theologia» *Ibidem*, f. 70-80.

Fr. Suarez - I. Florencia – «In caput de Praxi studiorum» *Ibidem*.

«Apuntamentos de los padres Juan Legaz y Burgos sobre el libro de Ratione studiorum humaniorum literarum» *Ibidem*.

A. Escudero - C. Collantes – De doctrina in Societate sequenda. *Ibidem*.

I. Mariana S.I. – Opinio de libro Rationis studiorum. *Gall. 62*, f. 19-21.

19. «Observationes provinciae Venetae in librum studiorum» *Stud. 3*, f. 156*r*-77*v*.

Desideratur solum censura provinciae Castellanae; quae tamen nunquam scripta fuerat, quia – ut iam notavimus – inquisitio hispanica exemplaria libelli de Ratione studiorum sibi dari iubens impedivit, quominus a patribus examinetur.

C a p u t 3

RATIO STUDIORUM 1586/B (1587-1588)

A — Textus Rationis studiorum 1586 Romae retractatur

Maior pars fasciculorum, qui observationes provinciarum continebant, ante exeuntem annum 1586 Romam pervenerunt, et tres ex deputatis patribus: Tucci, Azor et Gonzales, qui Romae retenti erant, haec scripta statim examinare coeperunt. Horum fere 30 fasciculorum attenta lectio et examen unum fere integrum annum sibi vindicarunt, prout P. Tucci scribebat Pa-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tri Generali[49]. Perfecto vero examine, praepararunt novum Rationis studiorum textum. Ita orta est Ratio studiorum 1586/B[50]; quae tamen nunquam typis impressa, nec ad provincias ut manuscriptum missa est. Erat enim tantum textus praecedens emendatus, iam igitur inserviens ad veram Rationem studiorum, regulis constantem, concinnandam. Hanc ob rationem ad nostra usque tempora ignota latuit. Continetur in binis libellis compactis[51]. In priore recondita sunt, quae studia superiora, in altero quae inferiora spectant. In capite folii primi legitur titulus: De Scripturis. Archivarius quidam Societatis antiquae videns hunc titulum, omni ulteriore investigatione omissa, putansque totum opus agere de S. Scriptura, illud hoc titulo in catalogum retulit. Attentius vero examinantes libellos, animadvertimus in illis contineri non solum tractatum memoratum, sed omnes alios de aliis disciplinis, quos habet Ratio studiorum 1586. Textus autem eorum adeo differunt, ut secundus recte textus retractatus haberi possit. Non pari quidem ubique mensura: tractatus de studiis superioribus minorem, studia vero inferiora multo maiori immutationi obnoxia fuerunt. In hac parte capita prorsus nova inserta, alia vero omissa sunt. Ad hunc finem conferri possunt, ope *Indicis generalis*, capita studiorum inferiorum textuum 1586/A et 1586/B. Ad hanc immutationem haud levem alludit et causam etiam adiungit P. Generalis die 18 oct. 1587 ad P. Maggio scribens: «Quod autem instat, ut ordo studiorum per procuratores mittatur, tam cito quidem non poterit ... cum *novam methodum* confici oportuit»[52]. Ordo materiae in Ratione studiorum 86/B immutatus remansit, deest autem tractatus *Delectus opinionum* et *Commentariolus* in illum.

In tractatu de Scripturis auctores retractationis post partem introductoriam de momento studii Scripturarum, prorsus novum caput inseruerunt: «*Incitamenta studiorum Scripturarum*»; quorum septem enumerantur et explicantur. In tractatu de theologia scholastica ex decem capitulis primum: «*De tempore, quo scholasticae theologiae curriculum perficiendum sit et per quot professores*», et tertium: «*De ratione et modo praelegendi* admodum renovata sunt; cetera vero fere nihil.

In parte *De humanioribus litteris* omissum est primum capitulum: «*Separandaene sint humaniorum et superiorum facultatum seminaria*»; prorsus nova sunt: cap. 5 «*Termini ac fines ...* », cap. 6 «*Harum scholarum quotidianae exercitationes*», cap. 8 «*Tempus cuiusque scholae penso circumscriptum*», cap. 9 «*Causae duplicandi professores vel ordines in classibus grammaticae*», cap. 12 «*De collegiis pauciorum classium*».

B — Praeparatur novus tractatus «*De delectu opinionum*»

Observationes provinciarum circa Rationem studiorum iam Romam pervenire coeperant, cum P. Generalis, occasionem arripiens congregationis procuratorum anno exeunte 1587 Romae celebrandae, desideravit, ut congregationes provinciarum, quae illi praeire debebant, responderent ad quaestionem, num congregatio generalis convocanda esset ad Rationem studiorum confirmandam. Fere omnes provinciae responderunt, hanc causam non esse sufficientem, ut convocaretur. Motiva semper eadem occurrunt in responsionibus provinciarum. E. gr. patres congregationis romanae ita responderunt: «Secunda ratio posset esse, ut ordo studiorum auctoritate totius congregationis generalis magis confirmetur ac stabiliatur. At haec non tanti momenti est, ut propter hoc nunc debeant tam multi cum tanto incommodo ex suis sedibus exciri.

---

[49] Vide eius epistolam, diei 6 sept. 1588, ad P. Generalem; *Stud. 3*, f. 419*r*.

[50] *Haec denominatio non est historica, sed a nobis adhibita, ut a prima, typis impressa Ratione studiorum distingui possit.*

[51] In ARSI, *Stud. 1/d* et *1/e*.

[52] *Franc. 1* II, f. 312*v*. - Novam methodum adhibere coegit deputatos patres imprimis grammaticae latinae Patris Álvares Romae novum in ordinem reductio; de qua re cf. infra, p. 122-23 et adn. 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Adde, quod hoc negotium longius tempus requirit, quam ut tempore congregationis generalis recte confici possit; et propterea expedit ordinem studiorum, qui a patribus deputatis conficietur, primo in rem et in usum deduci, ut ipsa experientia ostendat, si quae insint incommoda; ac tunc melius et commodius generalis aliqua congregatio supremam ei manum imponet»[53]. Quod et factum est annis 1593-94 in congregatione generali V, ut inferius patebit.

Iam ex iis, quae superius de tractatu *Delectus opinionum* exposuimus, quomodo a patribus deputatis praeparatus, a professoribus Collegii Romani reiectus, deinde cursim refectus et in libello Rationis studiorum promulgatus esset, evidenter colligitur, illum, postquam ex provinciis remissus fuisset, funditus fuisse revidendum et reficiendum. Quam necessitatem adeo adversa provinciarum de illo iudicia adhuc manifestiorem reddiderunt.

Historiam retractationis ipse auctor princeps, P. Tucci optime et abundanter explicuit. Anno 1588 Tusculum se contulerat, ut in solitudine novum tractatum conficeret; die autem 6 sept. extensam relationem ad Patrem Acquaviva misit, quam hic exscribere convenit, quia summi momenti notitias ad historiam huius negotii confert:

«Mando donque a Sua Paternitá prima le Regole et la Formula col suo Commentario; nel quale si dechiarano le Regole, et si rende conto della Formula. Et con la revista, che questi dì l'ho dato, l'ho ancho locupletato con satisfare a tutte le principali oppositioni delle provincie, acció si conosca che sen'è fatto conto, et procurato d'accommodare in modo la Formula che resti più pratticabile che prima non pareva.

Mando di più la metà di tutta l'opra, già revista, che è il Catalogo di tutte le propositioni libere col suo Commentario. Et per dire qualche cosa prima delle Propositioni, dopo del Commentario: Circa le Propositioni s'è atteso a ridurne molte a meglior forma; parte per farle più chiare che con togliere alcune equivocationi, si satisfa a molti dubii delle provincie; parte per aggiongervi o levarvi alchune limitationi, che con gran raggione alchune provincie o richiedono o confutano. Et così le cose si riduchono a maggior consenso.

In quanto poi al Commentario, io non posso promettere più, se non che sarà come una lettura ordinaria che sogliono fare li nostri professori di theologia; né credo che altro s'aspettava, poiché non ha d'uscire se non sotto nome d'un particolare. Benché forse in doe cose è alquanto megliore; prima nel numero, qualità et fedeltà dell'allegationi così di padri come di scholastici; nelle quali s'è fatta grande diligenza per essere stato tra noi da principio commune parere che questa opra s'ha d'havere qualche autorità, [418*v*] si ha d'havere piutosto per esser fondata in buoni authori, che in molti discorsi. Et per maggior sodezza et fedeltà s'allegano li dottori ad verbum per se; perché habbiamo osservato tanto nei scritti di nostri et forastieri, come ancho nei libri di scholastici moderni, che con pocha fedeltà s'allegano li dottori. Il che tanto importa che alle volte qualche opinione che è commune, è battezzata per singolare, et e converso. Perció s'allegano se non tutte le parole delli authori, come da principio s'era cominciato, se n'allegano pur tante, quante bastano per intendere la mente loro, et non più; parte ancho per avanzar tempo a quelli padri che l'hanno da revedere, perché se le basterà vedere il luogho citato solamente, passino innanzi, né accaderà leggere tutta l'allegatione ad verbum. Ma se vorranno pure vedere l'istesse parole di dottori, l'haranno innanzi gli occhi senza cerchare molti libri. Anzi se si doverà stampare l'opra, et parerà lungha, facilmente si può scortare con tagliare l'allegationi ad verbum, che così si ridurrà a mancho della decimaquinta parte.

La seconda cosa, nella quale questo Commentario forse parerà megliore d'una lettura ordinaria, è qualche buon discorso fatto in alchune questioni; che si bene nelle communi et ordinarie difficoltà si passa con brevità, et con maggior alle volte, che in una lettura ordinaria per esser cose o chiare o pocho importanti; pur in certe questioni principali, che sono le chiavi di molte

[53] *Congr. 43*, f. 5*r-v*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et molte materie, nelle quali si sa, quanto tra nostri c'è da dire; et sopre le quali tanto noi nella congregatione nostra habbiamo passato molti contrasti, quanto le provincie hanno fatto più gagliarda contradittione, ha bisognato fermare un pocho il piede et valersi di tutti quei buoni fondamenti o principali oppositioni che ci somministrano non solo li libri di dottori, ma ancho le gagliarde dispute, che o nella nostra congregatione son state fatte, o ci venghono scritte dalle provincie, acciò raccogliendo da tutte le parti il meglio, resti più spianata la difficoltà; tanto più che habbiamo provato che alle volte si ben'molti c'accordiamo nella conclusione, pur una obiettione che fa gran difficoltà a me, l'altro non la stima; et quella che esso stima molto, a me non mi fa forza niuna; et così un fondamento, che a me mi convince, all'altro non lo muove niente, et e converso. Per satisfare donque a tutti, non parve fuor di proposito in certe questioni principali raccogliere tutte le rag-[419*r*]gioni che paiono di notabile momento; nelle quali pure se parerà qualche eccesso, non ci vuol altra faticha che cancellarne alchune ... Attenderò adesso a finire di revedere l'altra parte delle Propositioni definite ... »[54].

Textus primae partis huius tractatus refecti conservatur Romae, in Arch. di Stato, Ms. 326; partes eius sunt: Regulae octo (p. 1-5) - Commentarius in has regulas (5-11) - In regulas 3 4 5 Commentarius plenior (11-98) - Commentarius in regulas 6 7 et 8 (98-108). Secunda vero pars his membris constabat: Catalogi propositionum liberarum et definitarum; Commentarii in has propositiones; de Delectu opinionum in propositiones pro Scripturae et controversiarum professoribus. Textus huius secundae partis solum ex parte cognoscuntur. Non inveniuntur e. gr. textus Catalogorum liberarum et definitarum propositionum. Parva solum eorum pars potest erui ex Commentariis in eos confectis. Sed Commentariorum quoque textus est admodum mancus. Prostant textus Commentariorum in propositiones liberas et definitas ex prima parte Summae S. Thomae selectas; desunt autem textus Commentariorum in I-II II-II et III P. Summae. Textus Commentarii in liberas propositiones ex I Parte Summae invenitur Romae, in Arch. Univ. Greg., F.C., cod. 1795 (2) 404 pp. - Commentarius in definitas propositiones ex I Parte Summae *ibidem*, cod. 1434 (2) 479 pp. - De opinionum delectu pro Scripturae et Controversiarum professoribus: *ibidem*, cod. 1434 (1) 498 pp.

Methodus procedendi in conscribendo novo tractatu revelatur ab auctore in scripto quodam, quod inscribitur: «Praefatio in duos propositionum catalogos», quod reperitur in Commentario in propositiones liberas ex I Parte Summae[55]. «Plerisque propositionibus – inquit – suum quoddam *Scholion*, quo explicentur, adscriptum esse, ne earum brevitas, quae in id genus catalogis alioquin commendabilis est, afferat nostris causas ambigendi, quid in illis revera liberum, quid non liberum relictum fuerit. Quare distincte ac dilucide, quoad eius fieri poterit, haec tota res explananda est, ne quis existimet aut quae non liceant, sibi licere, aut non licere, quae liceant»; deinde «praeter Scholia, suus etiam unicuique propositioni adiectus est Commentarius, quo (ne temere ac pro arbitratu, quae his catalogis habentur, tradita videantur) rerum omnium, quae hic statuuntur, firmamenta breviter exponuntur, transcriptis etiam doctorum sententiis ad verbum». Ad postremum: «Inter Scholia et Commentarios illud interest, quod illa cum propositionibus, quas explicant, una eademque obligandi vi atque authoritate pollent; hi vero, quoniam non ad statuendum, sed ad probandum pertinent, non totius Societatis deliberatione, sed unius fere doctoris ingenio elaborati sunt, non ut nostris afferrent obligationem, sed satis probabilem testificationem, ea quae hic sive praecipiuntur, sive conceduntur, aut vere, aut admodum verosimiliter posse defendi; et tam bonis auctoribus ac rationibus niti, ut hoc opinionum delectu ac censura vim ingeniis illatam esse iure nullus affirmet»[56].

P. Generalis recipiens a P. Tucci exeunte anno 1588 novum tractatum *Delectus opinio-*

---

[54] *Stud. 3*, f. 418*r*-19*r*.
[55] Romae, Arch. Univ. Greg., F. C., cod. 1795 (2) p. 1.
[56] *Ibidem*, p. 3.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

num, voluit illum ostendere patribus Collegii Romani, ut examinarent[57]. Attamen P. Tucci id superfluum iudicabat. In hunc sensum scribebat Tusculo P. Generali die 14 dec. 1588: «Non vedo grande utilità, poiché fuor del Commentario, che dovendo uscire in nome d'uno, basta sia rivisto da doi; tutto il resto, che contiene la Formula et il Catalogo delle propositioni, non è opera mia, né adesso comincia a comparire, ma già è stata essaminata da tutte le provincie et approvata dalla maggior parte. Hora che doi o tre di più, che saranno deputati, consentiant seu dissentiant, quota est accessio et quantum habitura ponderis apud provincias»[58]. Quare proponebat: «Tutto è che una volta s'introduchi con autorità, usu mollescet ... Perché se da nuovo si ha da rifanghare il tutto, pregho V. P., mi liberi dall'intrichi che son da essere per l'esperienza della nostra congregatione»[59]. Ad hanc conclusionem pervenit P. Tucci, licet paucis diebus ante P. Generalis promitteret ei: «Voglio io stesso parlar prima a questi padri, et esporli l'animo mio et importanza del negotio»[60]. P. Generalis, opinione contraria Patris Tucci posthabita, tractatum revidendum commisit patribus Collegii Romani.

Occasione huius examinis integra scripturarum series confecta est. Imprimis:

«Iudicium trium patrum Collegii Romani de forma servanda in delectu opinionum» *Stud. 2*, f. 1*r*-4*v*. Ad quod *Iudicium* respondebat P. Tucci binis tractatibus: «Responsio brevis ad ea, quae Collegii patres censuisse dicuntur circa Rationem studiorum» *Stud. 2*, f. 11*r*-18*v*; et aliud: «Annotationes in censuram trium patrum Collegii Romani» *Stud. 2*, f. 7*r*-10*v*. Reversus P. Bellarmino mense nov. 1590 ex Gallia, accepit et ipse tractatum novum, ut sententiam de illo proferret. Eius censura est in ARSI, *Fondo Ges. 656/A*, p. 41-44. Iudicium suum hunc in modum concepit: «Censeo igitur non esse definiendas propositiones extra S. Thomam, nisi paucissimas, easque solum ratione securitatis». Aliquantum prius, fortasse anno 1589 vel 1590, sententiam dixit «de forma servanda in delectu opinionum» etiam aliquis nobis ignotus, qui potuit esse unus ex Collegii Romani professoribus, qui anno 1589 examinabant tractatum Patris Tucci. Eius breve scriptum reperitur in cod. *Stud. 3*, f. 451*r*-52*v*. Etiam hic censor contrarium se esse declarat, ut catalogi propositionum exarentur: «Non iudicarem operae pretium esse, aliquas D. Thomae opiniones sigillatim enumerare». Quae hucusque de tractatu *Delectus opinionum* diximus, demonstrant illum secundam fortunam minime sortitum fuisse; sed nec in futuro meliorem habebit; eius sors postremo in congregatione generali V (decembri 1593) decernetur. Interim iter quoddam haud facile in curia romana S. Pontificis percurrere debebit.

C — Pars speculativa Rationis studiorum et S. Officium

Pars speculativa Rationis studiorum, a P. Tucci prorsus refecta, exeunte anno 1589 vel ineunte 1590 data est etiam Sixto papae V, fortasse eam ob causam, ut nova quaedam collisio cum inquisitione hispanica evitaretur. Res tamen infecta remansit ob Pontificis e vita decessum. Paulo autem postea praesentata est etiam Gregorio papae XIV, a quo transmissa est cardinalibus S. Officii; eorum nomine deinde quidam qualificator congregationis illam examinavit. Conservatur Romae eius censura[61], quae duabus partibus constat: prior est Pars speculativa a Societate Iesu oblata; altera est ipsa censura. Prior continet Prooemium quoddam Patris Generalis (f. 1-2); sequuntur «Catalogus liberarum propositionum ... » (f. 3-19), et quaedam «Animadversio» (f. 19*v*-20*r*), necnon «De opinionum delectu pro Scripturae et Controversiarum professore» (f. 20*v*-26*v*). Non fuerunt itaque exhibiti S. Officio amplissimi tractatus

---

[57] Vide epistolam Patris Generalis (10 dec. 1588); *Rom. 13* II 274.
[58] Vide *Stud. 3*, f. 420*r*.
[59] Vide *Ibidem*, f. 420v.
[60] Ex epistola Patris Generalis (10 dec. 1588); *Rom. 13* II 275*v*.
[61] Romae, Bibl. Casanat., cod. 1550 (*prius* D IV 21 (791).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Commentarii in regulas, nec tractatus in Catalogos propositionum. Mirum quid autem videtur, quod etiam regulae de opinionum delectu desint.

Censura qualificatoris incipit interrogatione quadam: «Quaeritur a patribus Societatis, an expediat concedere libellum quarundam propositionum ex doctrina S. Thomae, ut scholares Societatis contineantur intra certos limites doctrinae scholasticae, praesertim S. Thomae, quam ex constitutione instituti eorum profitentur; neque liberum sit cuique, tam scholaribus, quam eorum praeceptoribus, ut hactenus commissum est, spatiari per latissimos campos doctorum (quod non sine maximo detrimento factum cernitur), ita ut de caetero nullus maneat ambigendi locus, sed omnes certo sciant, quam doctrinam tenere et profiteri debeant». Et qualificator respondet: «Nullam esse necessitatem imprimendi hunc libellum, vel alio modo invulgandi nec quo ad libellum, nec quo ad propositiones in eo expressas et contentas; tum quia libellus, continens definitas propositiones, alias vero liberas et probabiles una cum animadversionibus quibusdam in doctrinam S. Thomae, videtur tacita censura et gravi sigillare eam doctrinam alioqui piam et omni iure receptam et approbatam in singulis scholis et academiis. Quare non est mutilanda et, ut dici solet, ad macellum ducenda». Et concludit: «Quare haec novitas restringendi doctrinam Sancti Thomae in fasciculum periculosa est et timenda, et gravissimis viris non levem iniicit scrupulum». Dein subiungit: «Et quia fuit in animo aliquorum, quod libellus transmitteretur ad universitates, quarum calculo subiiceretur, an imprimendus esset, nec ne, et ab eis diligenter examinaretur; hoc mihi durum videtur, quia hoc modo usus fuit Lutherus, qui scripta sua transmisit ad universitates, ut maiorem vim acquirerent, et librum suum Leoni X nuncupavit, ut hoc velamine praetexeret suam pertinaciam. Expediret meo consilio profiteri doctrinam S. Thomae non concisam, non mutilatam, sed integram; et si in ea doctrina aliqua sunt vel probabilia vel minus communia, vel forte ab Ecclesia hoc tempore non approbata, ad doctores pertinebit scholares suos admonere, quae tenenda et quae reiicienda». Etiam hac vice aegritudo et mors subsequens Pontificis obstitit, ut negotium concludi posset, et Pars speculativa Rationis studiorum non nisi exeunte anno 1591 inalterata restituta est Societati[62]. In decreto S. Officii legitur: Rev.mi Cardinales «iudicarunt dictum libellum, qualem patres ipsi Societatis exhibuerunt, esse eisdem restituendum; confidentes praedictum R.P. Generalem et Societatis illius patres pro ipsorum instituto publicae utilitatis iuvandae ac promovendae curaturos diligenter, ut ipsorum lectores et scholarum moderatores ubique in sana doctrina unanimes perseverent»[63].

Caput 4

RATIO STUDIORUM 1591

A — Praeparantur et mittuntur regulae studiorum (1589-1591)

Lectis sedulo et examinatis attente animadversionibus provinciarum, patres deputati primo retractarunt textum Rationis studiorum 1586 A, ita ut orta sit Ratio studiorum 86/B. Deinde inceperunt praeparare regulas officiorum scholasticorum, prout iam ab initiis statutum erat. In Ratione enim studiorum 86 A patres deputati ita scribebant: «Postquam vero [haec omnia] recognita fuerint, dissecandum est hoc tanquam corpus universum in sua quaedam membra, hoc est, in multiplices regulas; quarum aliae rectoribus, aliae praepositis provincialibus, aliae aliis assignandae sunt»; et ibidem paulo inferius: «Postea vero sua singulis hinc [ex textu scilicet

[62] Cf. Bacheler p. 49*.
[63] Romae, Bibl. Angelica, Fondo antico, ms. 866, f. 298, v. Bacheler p. 49*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Rationis 86/B] excerpenda ac partienda sunt munia, et tanquam propriae quaedam leges aut commonitiones iis, ad quos pertinent, dividendae»[64].

Haec regularum praeparatio evenit partim anno 1589 et toto anno 1590. Nam in responso Patris Generalis, die 12 aug. 1590 Patri Tucci dato, memorantur iam regulae professoris theologiae, quas revidere oportet: «Nelle lettioni – scribebat – di theologia scholastica ci pare che restò in libertà delli provinciali il porre duo o tre theologi lettori, et così si sodisfarà a tutti; et però conforme a questa diversità si doveranno anco accommodare le regole per due lettori et anco per tre»[65]. In alia Patris Generalis epistola, diei 16 sept. 1590, ad eundem patrem mentio fit regularum professoris S. Scripturae, quas recepit et dabit patribus assistentibus, ut revideant; et adiungit: «Staremo aspettando di mano in mano quel che resta»[66]. Item constat, die primo decembri eiusdem anni recepisse P. Generalem regulas magistrorum inferiorum classium[67]; et demum die 12 ian. 1591 P. Generalis cum satisfactione nuntiare potuit: «Si è ricevuto il resto delle regole, et ci siamo consolati che il tutto si sia finito»[68].

Dum P. Tucci et socii praeparabant regulas scholarum, P. Generalis eas examinare fecit a tribus patribus assistentibus. Quod eruitur ex eius epistola, diei 12 aug. 1590, ad Patrem Tucci data: «Si mandano a V. R. le censure che hanno fatto tre padri assistenti circa l'ordine de' studii; ma non si sono confrontate insieme per abbreviare il tempo. Se V. R. troverà qualche contradittione o difficoltà tra di loro, la potrà notare et mandarcela; che daremo l'ultima risolutione»[69]. Patres assistentes non solum regulas officiorum, hoc est, quae sunt Rationis studiorum 1591, acceperunt examinandas, sed etiam Rationes studiorum 1586/A et B; illa vocatur ab eis «Liber excusus», haec vero «Ratio studiorum practica». Attamen non habuerunt prae manibus textum regularum, qui postea in lucem datus est, sed quendam anteriorem, qui deinde a P. Tucci et Azor denuo correctus, tandem incipi potuit typis imprimi, et ineunte autumno anni 1591 ad provincias mitti[70].

Novus libellus est eiusdem magnitudinis ac Ratio studiorum 1586/A; titulus autem est abbreviatus: «*Ratio atque institutio studiorum*»[71]. Etiam huius paucissima restant exemplaria[72]; causa eadem est, quam superius indicavimus, scilicet iussus Patris Generalis, ut omnium anteriorum Rationum studiorum exemplaria, postquam ultima et definitiva anno 1599 ad provincias pervenerat, comburerentur. Enumeramus ea, quae nobis innotuerunt:

— Romae: ARSI, *Instit. III* 17 (Ad calcem libelli impressi additus est textus manuscriptus: *Pars speculativa Rationis studiorum*, quae anno 1592 missa est ad provincias).
- Bibliotheca Universitatis Gregorianae, Ris. 100 F 1; et ibidem Ris. 100 f 2.
- Bibliotheca Nazionale Vitt. Em. II, 41 5 E 33; et ibidem 41 5 E 13.
- Bibliotheca Apostolica Vaticana, R. G. Storia 4678.

— Lovanii: Bibliotheca Collegii Maximi S.I.
— Cracoviae: Bibliotheca Jagellonica[73].

---

[64] Vide inferius, p. 41.
[65] *Rom. 13* II, f. 344*v*.
[66] *Ibidem*, f. 348*v*.
[67] *Ibidem*, f. 357*v* et *Rom 127*, f. 165*v*.
[68] *Ibidem*, f. 357*v*.
[69] *Ibidem*, f. 344*v*. - Textus censurae patrum assistentium reperitur in cod. *Stud. 2*, f. 364*r*-74*v*.
[70] «Libro de ratione studiorum si mandò alli provinciali di Napoli, Sicilia, Milano, Venezia a d'agosto 1591» *Rom. 127*, f. 165*v*.
[71] Vide SOMMERVOGEL I 477-78.
[72] Pachtler sciebat anno 1591 novam Rationem studiorum editam fuisse; sed quia nullum eius exemplum invenire potuerat, putabat eam non fuisse aliam, quam Rationis studiorum 1586 novam editionem, ut provinciae Hispaniae quoque, qui anno 1586 omnibus exemplis – ut ipse putabat – ab Inquisitione privatae fuerant, eam habere possent. Cf. PACHTLER II 19.
[73] Secundum Farrell (op. cit. p. 308 adn. 3) habentur exemplum Rationis studiorum 1591 in London Library, et in Cambridge Univ. Library (Lord Acton's collection).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Libellus non unam novitatem lectori exhibet. Prima et potior spectat formam ipsam res praesentandi. Ratio studiorum 1586 A et B constabant - ut diximus - tractatibus de variis disciplinis; Ratio autem 1591 regulis officiorum scholasticorum. Aliis verbis: in illa auctores omnia, quae de quadam disciplina, e. gr. S. Scriptura, dicere, explicare, proponere et statuere desiderabant, collecta exhibent in eodem loco, seu tractatu; in Ratione vero 1591 regulae quae spectant hanc disciplinam, sunt distributae (ideoque quaerendae) inter regulas praepositi provincialis, rectoris, praefecti studiorum superiorum et professoris S. Scripturae. Idem dicendum est de aliis disciplinis.

Alia maior diversitas est absentia tractatus *Delectus opinionum*. Hic enim magnopere refectus, facto titulo *Pars speculativa*, anno 1592 separatim et solum manuscriptus missus est ad provincias. Praeterea incassum quaeruntur regulae professoris Controversiarum; paucae, quae hanc disciplinam tractant, reperiuntur partim in regulis professoris theologiae scholasticae et S. Scripturae, partim inter regulas «Ultramontanis proprias».

Libello enim, post variorum officiorum regulas (quae 332 paginas occupant), adiunguntur variae *Appendices* typis impressae[74]; quae continent partim regulas variarum nationum proprias, partim vero Paradigmata lectionum humaniorum litterarum. Origo regularum peculiarum haec fuit: Provinciae examinantes Rationem studiorum 1586, nonnulla proponebant, quae in illis regionibus circa studia modificanda essent; haec Romae insertae sunt in Rat. stud. 1586/B; unde postea extracta, missa sunt ut appendices Rationis 1591. Circa vero originem Paradigmatum lectionum, haec dici possunt: In primo «sex capitum, quae extra volumen de Ratione studiorum ad provincias missa sunt» anno 1586, petebatur: «Ponere pro singulis scholis humanitatis paradigmata et exempla singulis scholis proportionata de modo explicandi praecepta et auctores ex captu discipulorum»[75]. Nonnullae provinciae huic petitioni satisfecerunt. Ex huiusmodi scriptis provinciarum Germaniae Superioris, Aragoniae, Poloniae, Lugdunensis et Austriae patres deputati Romae concinnarunt documentum, quod inscribitur : «Paradigmata seu modus docendi in scholis humanitatis et rhetoricae»[76]. Huiusmodi paradigmata promittuntur deinde in Ratione studiorum 1586/B: «Qualis autorum explicatio huic [rhetoricae] classi conveniat, cum vix paucis perstringi queat, proprio seorsim paradigmate demonstratur; a quo magister quam minimum potest, recedat»[77]. Quae promissio in regulis professoris rhetoricae Rat. 1591 ad verbum repetita[78], et in Appendicibus deinde in rem deducta est[79]. Adiunctae sunt libello tamquam fasciculi separati, typis expressi, et cum numeratione partim propria. Inveniuntur solum in tribus ex supra enumeratis exemplaribus. Maxime completae habentur in exemplari Romae, Bibl. Naz. Vitt. Em. (41 5 E 33); parum vero incompletae in exemplaribus Bibl. Coll. Max. Lovan. S.I.[80] et Bibl. Univ. Greg. (Ris. 100 F 2). Hae Appendices in Ratione studiorum 1599 omissae sunt.

Licet Ratio studiorum 1591 formam definitivam et praeceptivam assecuta esset, et in omnibus Societatis collegiis in praxim inducendam, attamen P. Generalis constituit, ut triennalem probationem experientiae subiret, quae doceret, quid expediret emendare. Hoc propositum perspicue enunciatur in praefatione: «Quaecunque vero observata fuerint - legitur - post tres circiter annos Patri Generali perscribantur, ut, postquam eius iussu ab iis, a quibus oportuerit, omnia denuo recognita atque excussa fuerint, perpetua demum stabilitate firmentur[81].

---

[74] Eorum elenchum completum videre est in *Indice generali*; textum autem infra, p. 330-354.
[75] Vide infra, p. 159.
[76] Textus reperitur in cod. *Stud. 2*, f. 101r-04v.
[77] Vide inferius, p. 198.
[78] Vide inferius, p. 308.
[79] Vide inferius, p. 341-49 et 349-54.
[80] Cf. SOMMERVOGEL I 487-88.
[81] Vide infra, p. 230.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ratio studiorum adeo desiderata, tandem advenerat. Quomodo in collegiis recepta fuit? Sicut praevideri poterat, consensus et gaudium non fuit universale. P. Hoffaeus (qui anno 1591 Roma in provinciam reversus erat) hoc animadvertens, fideliter certiorem reddebat Patrem Generalem: «Quod ad ordinem seu rationem studiorum attinet, etsi non libenter scribo quicquam de meorum superiorum gubernatione, dissimulare tamen non possum, quin hoc referam propter bonum huius provinciae commune, fore ut, nisi R.da P. V. maiores stimulos nostris admoveat, res non optimum successum habitura sit. Assueti veteribus usibus, illis, a quibus nova haec ratio dissentit, ita adhaerescimus, ut difficultatibus superandis nullam fere operam posituri videamur; et iam solis speculationibus potius, quam experientiis, quid tenendum, quid dissimulandum aut reiiciendum sit, exploremus. Excitet illos P. V. (communi tamen scripto, ne ego huius autor fuisse videar), ut omnes difficultates superent, et si quid consultare velint, solum de modo superandi consultent, nec quicquam contra ordinem illum faciant, nisi praecedente longa experientia, de qua suo tempore de consensu praeceptorum et consultorum in Urbem referant. Sciat P. V. multos hic esse, quibus nova illa ratio summopere placet, et vehementer displicet alios usque adeo abhorrere a superandis difficultatibus; sed haec ego prolixius»[82]. In provincia Austriae P. Generalis auctoritate intervenire et P. Provinciali iubere debuit, ut eorum motus, qui opinionem diffundebant, non esse ubique eadem lex introducenda, frenaret: «Caveat - scribit - R. V., ne insolescat rumor quidam, qui dicitur istic serpere inter aliquos, fieri non posse, ut eadem ratio ubique servetur. Qui quidem plane coercendi sunt, et severe, ni desistant. Quod facturus confido, ac reipsa experturos, falsam esse opinionem, cum in aliis plerisque provinciis iam suscepta et in usum adducta sit magna cum alacritate et cum fructu. Quod ut idem in ista brevi accidat, R. V.ae munus erit rem urgere, omnesque difficultates pervincere; quas reipsa comperiet leviores esse, quam existimentur»[83].

B — Mittitur Pars speculativa Rationis studiorum (1592)

Restituta exeunte anno 1591 Ratione speculativa a S. Officio, et praeparatis numero sufficienti (saltem viginti) exemplaribus manuscriptis, mense iulio anni 1592 ea mitti potuit in provincias[84]. Partes, quas continebat, erant: Epistola introductoria Patris Generalis, Regulae de Delectu opinionum, Catalogus definitarum propositionum, et Delectus opinionum pro Scripturae et Conroversiarum professoribus, Catalogus liberarum propositionum. Omissi sunt itaque etiam in hac forma definitiva Commentarii amplissimi Patris Tucci. Regulae iterum sunt numero 6, sicut in ordinatione Patris Generalis anno 1582 de doctrina in Societate tenenda (sed quoad textum et sensum satis immutatae), cum in Ratione studiorum 1586 numerarentur 11. Auctus est praeterea numerus propositionum in utroque catalogo: in hac sunt 87 et 67, in illa 78

---

[82] Epistola diei 10 dec. 1591; *Germ. 169*, f. 372*v*.

[83] Epistola Patris Generalis, diei 29 aug. 1592; *Austr. 1* II 624.

[84] En elenchus exemplarium manuscriptorum «Partis speculativae»:

1. *Instit. 40*, f. 124*v*-31*r* 131*v*-33*v* et 136 (*prius* 198-217); textus completus, sed ordo foliorum turbatus.
2. *Instit. 41*, f. 75*r*-87*r* (*prius* 111-35). Eadem observatio valet ac de *t1*, quandoquidem *t2* est prioris transumptum.
3. ARSI, *Fondo Ges. 656/A*, f. 11*r*-20*v* (*prius* 21-40).
4. *Instit. III* 17 (Pars speculativa adiuncta Rationi studiorum 1591).
5. Romae, Arch. Univ. Greg., Ms. 302, f. 336*r*-61*v*.
6. *Ibidem, F. C. 1434*, f. 498 ss.; sed solum pars V (De opinionum delectu pro Scripturae et Controversiarum professoribus.
7. Romae, Biblioth. Casanat., ms. 1550 (*prius* D IV 21 (791); desunt regulae. - Textus Partis speculativae ediderunt: PACHTLER III 21-46; at annum ei assignans non 1592, sed perperam 1613. - 2. DÖLLINGER-REUSCH I 225-44.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et 49. Catalogum liberarum propositionum ad calcem positum praecedit praefatio quaedam, quae causam aperit tam insuetae collocationis; in qua non sine quadam admiratione legitur: «iustis de causis non visum est nobis in illo ordine propositionum inserere catalogum liberarum; volumus tamen, ut eam rectores, praefecti studiorum et lectores apud se habeant, ut sciant sibi sequendum S. Thomam; vel si quando aliam sententiam tueri voluerint, in iis tantum esse posse libertatem»[85]. «Iustae causae» intelliguntur, considerata qualificatoris S. Officii censura. Sicut etiam ob easdem «iustas causas» non fuit typis impressa Pars speculativa Rationis studiorum.

Cum pars de Praxi et ordine Rationis studiorum 1591 promulgata esset a P. Generali, ut in omnibus Societatis scholis severo experimento subiceretur per tres circiter annos, pars speculativa contra minime, sed statim definitivam vim obligandi obtinuit. Quod clare enuntiatur in Patris Generalis decreto, quod illam praecedit: «Hanc itaque formulam, tot doctorum examine ac diiudicatione elaboratam, qua possumus et sedulitate et autoritate nostris omnibus, qui litterarum studiis vacant, gravissime commendamus»[86].

C — Ratio studiorum in congregatione generali V (1593-1594)

1. *Pars speculativa* — Dum anno scholastico 1592-93 in collegiis Societatis Ratio studiorum 1591 probabatur, Romae et in provinciis quoque praeparabatur convocanda extraordinaria congregatio generalis, quae etiam ad Rationis studiorum historiam haud pauca contulit. Eius convocatio imposita est Societati a Clemente papa VIII, a quo eam obtinuerant perturbatores[87], seu socii novis rebus in Hispania studentes.

In actibus congregationum provinciarum, quae generalem praecesserunt, haud raro sermo occurrit de ordine studiorum. Fere semper repetitur, quo ad substantiam, id quod congregationis romanae patres hunc in modum concipiebant: «Ut liber studiorum, tum quoad opinionum delectum, tum quoad praxim recognoscatur, ut aliquid stabiliatur»[88].

Nihil igitur mirum, quod in congregatione generali (die 21 dec. 1592 indicta, et die 3 nov. 1593 inchoata) inter duodecim commissiones constitutas habeatur etiam «pro Ratione studiorum recognoscenda»; cuius praeses R. Bellarmino, eo tempore rector Collegii Romani, membra autem I. Tyrius, scotus, assistens Germaniae, B. Castori, praep. prov. Lugd., L. Richeome, praep. prov. Aquit., B. Rossignoli, praep. prov. Mediol., I. Chastellier, praep. prov. Franc., M. Marcos, I. Correa, B. Oliverius et A. Saphorius[89].

Commissio initio laboris accepit a commissione de «detrimentis» dicta monitum: «Libertas in docendis et sequendis opinionibus, ex quibus multae sunt scandalosae et temerariae in fide aut moribus, valde iam invaluit, ita ut timendum sit, ni nostri remedio aliquo praecipuo coerceantur, eos accusandos aliquando apud Tribunalia inquisitionis, quod iam non semel est factum, et timendum valde maiora mala fore eventura»[90]. Quod iudicium severum confirmatur iis, quae in scripto Patris Ribadeneyra, congregationi oblato leguntur: «Quoniam tempora sunt periculosa, et ingenia quorundam nostrorum libera, et adversarii, qui nos oppugnant, multi, expendat congregatio, num expediat, quae in Constitutionibus generatim praescripta sunt, novo ac praecipuo quodam decreto magis astringere, et praecipere, ut nostri, saltem in Hispania doctrinam theologicam D. Thomae in omnibus (una aut altera opinione excepta) mordicus teneant ac tueantur; qui secus fecerit, et opiniones novas et a communi doctrina aberrantes docuerit, se-

---

[85] Vide infra, p. 320.
[86] Vide infra, p. 315.
[87] De «perturbatoribus» sociis in Hispania multa traduntur ab ASTRAIN, *Historia* III 402-605.
[88] *Instit. 117* I, f. 216*r*.
[89] Cf. *Congr. 20/b*, f. 295*v*.
[90] Cf. *Ibidem*, f. 323*r*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vere puniatur»; et proponebat, ut P. Generalis in unaquaque provincia designaret duos aut tres patres «penes quos eiusmodi opinionum iudicium sit»; hoc frenum «continebit nostros in officio, et superiores Societatis magnis molestiis liberabuntur, quibus saepenumero afficiuntur propter huiusmodi opiniones»[91].

Commissio «post accuratam discussionem et multorum dierum collationem» die 16 dec. 1593 obtulit congregationi scriptum: «Relatio deputatorum pro studiis» continens iudicium «circa partem speculativam et delectum opinionum»[92]. Ita incipit: «Deputati pro recognoscendo libro studiorum primo loco tractandum esse censuerunt de delectu opinionum, deinde de praxi et ordine studiorum». Constat septem paragraphis, quibus continentur principia a commissione posita ad doctrinam statuendam. Quas sequuntur quinque regulae de delectu opinionum pro theologis, et itidem quinque pro philosophis. Congregatio generalis iudicium commissionis probavit. «Et, primo loco, unanimi omnium consensu statuit: doctrinam S. Thomae in theologia scholastica, tamquam solidiorem, securiorem, magis approbatam et consentaneam nostris Constitutionibus, sequendam esse a professoribus nostris. Deinde, congregatio regulas quasdam ab iisdem deputatis confectas pro delectu opinionum, tam in rebus theologicis, quam philosophicis, in libro de Ratione studiorum recensendas esse decrevit, ut a nostris professoribus exacte servarentur»[93]. Approbata est etiam deputatorum Relatio, hoc est «praeludia seu fundamenta, quae a deputatis pro studiis conscripta fuerant ad maiorem intelligentiam regularum», et «decretum fuit, ut diligentius recognita et correcta ab iisdem deputatis, inserantur in actis congregationis; ita tamen, ut non evulgentur in manus omnium, sicut regulae, sed tantum usui sint superioribus ad maiorem lucem habendam, et ad cognoscendum sensum congregationis, quem habuit in instituendis illis regulis, et ad illarum praxim exercendam»[94]. Textus itaque recognitus et correctus est, approbatus a congregatione[95], et ut «Praefatio ad regulas de delectu opinionum» insertus in actis congregationis. Iam paragraphi quatuor sunt; quarum secunda et tertia in Ratione studiorum anni 1599 factae sunt regula secunda et tertia professoris theologiae scholasticae, quarta vero locum obtinuit in nona praepositi provincialis[96].

Immutationem profundam, quam Pars speculativa in congregatione generali subibat, canon 9 eiusdem concise exprimit: «Sequantur nostri doctores in scholastica theologia doctrinam D. Thomae, iuxta praxim in libro de Ratione ponendam et a P. Praeposito Generali explicandam. Neque deinceps ad cathedras theologicas promoveantur, nisi qui D. Thomae doctrinae bene affecti fuerint; ab ea vero alieni, a docendi munere repellantur»[97]. Itaque post tot annorum consultationes, disputationes et statuta, post tot catalogos amplissimos propositionum definitarum et liberarum cum commentariolis et commentariis similiter peramplis, doctrinam Societatis in theologia et philosophia profitendam posthac regulabit paucarum linearum canon 9 congregationis generalis V, necnon nonnullae regulae ac praefatio (seu Instructio) in eas. In hunc sensum data sunt responsa ad postulata provinciarum de parte speculativa Rationis studiorum. Congregationi provinciae romanae hunc in modum scribebat P. Generalis: «Quod partem speculativam de delectu opinionum attinet, prospectum est canone nono, et missa est instructio»[98]. Idem responsum datum est provinciis Poloniae, Germaniae Superioris, belgicae et neapolitanae[99]. Instructio, de qua loquitur P. Generalis, continetur in decr. 56 congregationis generalis,

---

[91] *Ibidem*, f. 571.
[92] Textus habetur in cod. *Congr. 20/b*, f. 395*r*-98*v*; est autographum Patris Bellarmino.
[93] *Institutum S.I.* II 272-73.; regulas videsis *ibid.*, p. 273-74.
[94] *Ibidem*, p. 274.
[95] Vide decr. 56; *ibidem*, p. 281.
[96] Vide inferius, p. 358 et 386.
[97] *Institutum S.I.* II 547.
[98] *Instit. 117* I, f. 216*a*.
[99] Vide *Congr. 95*, f. 257*v* 266*r* 273*r* 299*v*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ubi tamen vocatur Praefatio[100]. Anno 1594 P. Ximenes, secretarius Societatis, ex mandato Patris Generalis transmisit praepositis provincialibus extracta ex actibus congregationis generalis, quae respiciunt doctrinam Societatis; quae fuerunt: Praefatio ad regulas de delectu opinionum a deputatis in congregatione generali confectas; Regulae pro delectu opinionum pro theologis; et ... pro philosophis»[101]. Sed neque hac firma et solemni ordinatione congregationis solutae sunt radicitus quaestiones multiplices circa uniformitatem solidae doctrinae in Societate tenendae. Nonnullis annis post ipsi Patri Acquaviva iterum interveniendum fuit, ut diversi generis deviationes eliminaret[102].

2. *Praxis et ordo studiorum* — Quando congregatio generalis V die 3 nov. 1593 inchoata est, «*Praxim et ordinem studiorum*» iam a duobus annis scholae Societatis experiendo probabant. Superius breviter indicavimus, Rationem studiorum 1591 non ubique et non omnino satisfecisse. Acta congregationum provincialium anno 1593 celebratarum hoc ulterius et eloquenter manifestant. Collegia enim in applicando novo ordine studiorum diversas difficultates invenerunt. De hac re in actis congregationis provinciae neapolitanae legitur: «Cum in libro studiorum a R.P.N. ad provincias misso, aliquot iam sumus in hac provincia difficultates experti, et in dies experimur; quae quidem non facile superari posse videntur; congregationi generali proponendum videbatur, ut aliquibus patribus id muneris demandaret, qui illas in unum collectas recognoscerent, et difficultatibus obviam irent»[103]. In provincia toletana tribus professoribus theologiae (Blasio Rengifo, Francisco Suárez et Gabrieli Vasquez) impositum fuit, ut ea, quae in ratione et praxi studiorum praescripta fuerant, discuterent. Prima eorum animadversio fuit: «Que en cuanto a la práctica que se prescribía observar en los estudios mayores, no era conveniente a la Compañía, ni en particular a las provincias de España, así por la grande multitud de reglas, en que se descendíia a cosas muy menudas, como porque no era posible dar una forma universal a todas las naciones y provincias, consideradas las diversas costumbres, complexiones, inclinaciones, necesidades y otras cosas, que se deben entender en ellas»[104]. Ob eandem difficultatem querebantur patres congregationis belgicae: «Quamvis leges, – aiunt acta – praescripta et directiones libelli de ratione studiorum vehementer probentur, et valde utilia futura sperentur, quia tamen non nulla sunt, quae in universitatibus duabus belgicis ob earum leges et receptas consuetudines, ac alias locorum nostrorum privatas rationes, vix in praxim deduci poterunt; placeat S. Paternitati in iis, quae proponentur a R.P. Provinciali et deputatis eius sociis, paterne providere»[105]. Demum etiam a congregatione Poloniae postulatum est: «Similiter petitur, ut aliqui docti et bene in studiis versati patres ex congregatis (variarum nationum ac diversi ab illis, qui rationem studiorum confecerunt) deputentur ad revidendum totum hunc novum studiorum ordinem, ut sic quantum fieri potest et omnium provinciarum et nationum ratio habeatur, et omnia ad brevitatem redigantur»[106].

In ipsa congregatione generali patres congregati, sermonem inter se miscentes, etiam de difficultatibus et agendis circa studia inter se quaerebant. Ita P. Generalis, omnibus animadversionibus et desideriis consideratis, ordinavit provincialibus, «ut de provinciarum suarum difficultatibus inter se» communicarent, «quo statui tandem id possit, quod singulis fuerit accommoda-

---

[100] *Institutum S.I.* II 281-82.

[101] Cf. PACHTLER I 79-83; qui typis mandavit exemplum, quod praepositus provinciae rhenanae accepit.

[102] Cf. eius ordinationes de uniformitate solidae doctrinae in Societate tenenda, annis 1611 et 1613 datas; PACHTLER III 12-14 et 15-20. – Fr. Piccolomini, praepositus generalis, anno 1651 promulgavit scriptum: «Ordinatio pro studiis superioribus» (v. *Institutum S.I.* III 235-49) cum catalogis propositionum, quae a nostris docendae et quae non sunt docenda.

[103] Vide *Congr. 95*, f. 299*v*.

[104] Bilbao, Univ. Deusto, Arch. Suar. 304/32.

[105] Vide *Congr. 95*, f. 274*r*.

[106] Vide *ibidem*, f. 257*r*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tius»[107]. Fructus harum conversationum sunt documenta, in quibus continentur desiderata et proposita singularum regionum et responsa Patris Generalis. En elenchus documentorum:

1. «Quae visa sunt proponenda ut immutarentur in libro studiorum pro natione italica» *Stud. 3*, f. 453-62. — «Responsio ad petitiones deputatorum pro Italia circa librum studiorum» *Ibidem*, f. 463-66. Aliud exemplum petitionum una cum responsis invenitur in *Rom. 1*, f. 213-20.

2. «Quaedam de libro studiorum a quatuor provinciis Germaniae notata» *Stud. 3*, f. 467-68. — «Responsa ad ea, quae quatuor provinciae Germaniae de libro studiorum notarunt» *Ibidem*, f. 469-70; et «Responsa ad ea, quae quatuor provinciae Germaniae proposuerunt circa rationem studiorum» *Ibidem*, f. 313-14.

3. «Quae observata sunt a patribus trium provinciarum Galliae circa praxim libri de ratione studiorum» *Stud. 2*, f. 198-99.

4. «Quae patribus hispanis visa sunt non posse in tota Hispania servari circa institutionem studiorum» *Stud. 3*, f. 553-68. — «Ad deputatorum pro Hispania petitiones circa studia responsio» *Stud. 3*, f. 582-84. Alia exempla in codice *Gall. 62*, f. 24-30; et Madrid, Arch. Hist. Nacion. Serrano 115 Legajo 884/57 p. 1-12.

Conservatur epistola Patris Domenichi, secretarii Societatis, diei 21 dec. 1595, Patri Carolo Reggio, praeposito provinciae romanae data, qua concessiones de studiis a P. Generali concessas transmittebat, quam hic exscribere convenit:

«Essendosi reviste, molti mesi sono, le cose che si notarono sopra il libro de' studii dalle provincie d'Italia intorno alli studii superiori, si fecero le risolutioni, ch'adesso si mandano, acciò si metta in essecutione quel tanto che nel libro s'ordina con quella moderatione ch' in queste risposte si permette. E si sariano mandate molto prima, se non si fusse sperato di mandar anche le risposte sopra li dubii e dimande, che dalle medesime provincie furono fatte intorno alli studii inferiori. Ma perché vediamo che quelli, a quali è stato commesso questo negotio, non possono così presto metter in ordine quel che bisogna, ci siamo risoluti di mandar queste, acciò tratanto s'esseguisca quello che tocca alli studii maggiori; sperando che si potranno appresso mandare quelle che mancano, e che si farà anche accomodar il libro conforme alle risolutioni che si son fatte, doppo d'haver visto quanto dalle provincie sarà stato rappresentato. Con questa occasione non lascerò di raccomandar caldamente a V. R. l'intiera et essatta osservanza del libro de studii, acciò si veda il frutto d'un'opra, che con tanta fatica s'è fatta dalla Compagnia»[108].

In Hispania etiam post congregationem generalem habita est quaedam consultatio de ordine studiorum. Cuius historia breviter enarratur in exordio scripti hac occasione compositi: «Cum Pater Garcias Alarcón castellanae ac toletanae provinciae visitator sex graves ac doctos patres castellanae provinciae convenire iussisset, ut librum de ratione studiorum attente perspicerent, et quid de illo patres Hispaniae Romam detulerant, quidque P. N. Generalis responderat, inter se conferrent, suamque in utroque dicerent, ipsi omnibus pensatis haec responderunt: 1. Universe et generatim loquendo videtur nec fieri posse, nec expedire quidem, universam Societatem in tot particularibus rebus, quot in his regulis praescribuntur, convenire et conformari. Pro varietate namque ac diversitate et regionum atque ingeniorum, quae ipsa ferunt consuetudinum etiam ac studiorum, quae in dictis regionibus ac provinciis efflorescunt ac vigent, diversitas etiam magna ut inter nostros sit quoad facultates, quas praecipue colere debeant et rationem in illis progrediendi necesse est. - 2. Nec solum necessarium erit hispanos in multis ab aliis nationibus differre, sed etiam in ipsamet Hispania unam provinciam ab alia, imo in eadem provincia unum collegium ab alio, quod pendeant ab universitatibus, quae ibidem sunt, cum quibus convenire et conformari debent, ut Societatis studia ac literarum exercitationes magis eluceant ac externis magis probentur»[109].

---

[107] Vide *ibidem*, f. 274.
[108] *Rom. 1*, f. 212*r*.
[109] *Stud. 2*, f. 205*r*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Perspectis omnibus in applicando ordine studiorum diversis regionibus a P. Generali concessis (postquam sine successu uniformitatem, quoad eius fieri posset, maximam universae Societati imponere tentaverat), concludi potest, Societatem hac in re post tot deliberationes, demum reversam esse ad principium in Constitutionibus de ordine studiorum a S. Ignatio prolatum: «De statutis lectionum horis, ordine ac modo, et exercitationibus tam compositionum (quas a magistris emendari oportet), quam disputationum in omnibus facultatibus, et pronuntiandi publice orationes et carmina, speciatim in quodam tractatu, per Generalem Praepositum approbato, agetur seorsum, ad quem haec constitutio nos remittit; id dumtaxat monendo, *illa locis, temporibus et personis accommodari oportere;* quamvis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conveniat»[110]. Cum quibus verbis mirum in modum concordat responsum Patris Acquaviva ad petitionem congregationis Germaniae Superioris datum: «De practica [ordinis studiorum] contulerunt inter se provinciales, ut viderent, quid cuique provinciae sit accommodatius. Danda tamen est opera, ut quam minimum fieri poterit, a praescripta ratione discedatur»[111].

Caput V

Ratio Studiorum 1599

Congregatio generalis V finem imposuit laboribus, qui partem speculativam studiorum spectabant. Multa tamen adhuc restabant facienda de regulis studiorum; sicut declarabat P. Secretarius in epistola anni 1595, paulo ante memorata, se non posse mittere concessiones a P. Generali factas provinciis circa studia inferiora, quandoquidem «quelli a quali è stato commesso questo negotio, non possono così presto mettere in ordine quel che bisognava»[112]. Qua de re P. Generalis aliquid novi revelat in responso congregationi provinciae romanae dato, cuius partem priorem supra retulimus. Postulatum enim erat: «Ut liber studiorum, tum quoad opinionum delectum, tum quoad praxim recognoscatur»; et responsum est: «Factum est, et quod ad partem speculativam de delectu opinionum attinet, prospectum est canone nono, et missa est instructio; ea vero quae ad partem practicam spectant, commissa sunt aliquibus patribus Italiae»[113].

Qui fuerunt hi patres post congregationem generalem ad hoc munus noviter deputati? Non fuit P. Tucci, qui eo tempore viribus iam consumptis, graviter decumbebat, et mense ian. 1597 mortuus est. Unus eorum certe fuit P. Brunelli, qui aliquot iam annos Patrem Tucci in rebus humaniorum litterarum ordinandis adiuvabat. Conservatur Romae, in Bibliotheca Universitatis Gregorianae exemplar Rationis studiorum 1591 eius manibus tritum et ubique notis, correctionibus instructum[114], quibus ipse viam praeparabat ad revisionem regularum. Alter vero pater fuit Philippus Rinaldi[115], qui plurima adversaria regularum iterum iterumque retractatarum exaravit. Tertius potuit esse Horatius Torsellini[116], qui annis 1591-95 munus rectoris collegii lauretani obibat, sed anno 1596 Romam revocatus, muneribus solum confessarii et praefecti tonorum functus est in Collegio Romano usque ad mortem (1599)[117]. Quod patres nominatos

---

[110] MP I 285 287.

[111] Vide *Congr. 95*, f. 268*v*.

[112] *Rom. 1*, f. 212*r*.

[113] *Instit. 117* I 216*r*.

[114] *Riserv.* 100 F 1.

[115] Philippus Rinaldi S.I., natus Florentiae mense febr. 1565, Societatem ingressus est die 4 oct. 1581; post cursum philosophiae magistrum egit classis humanitatis in Collegio Romano; ibidem fuit magister rhetoricae annis 1590 et 1596-97; eodem anno 1597 assumptus est a P. Generali, ut in praeparanda ratione studiorum cum PP. Brunelli et Torsellini collaboraret. Vitam clausit Viterbii die 21 iulii 1622 (cf. *Rom. 53*, ff. 80*r* 105*r* 143*v* 186*r-v* 212*v* 220*r* 254*r* 262*v* 285*v*; Sommervogel VI 1858.

[116] Cf. MP IV 1-4 16-18 209-13 658.

[117] Cf. *Rom. 53*, f. 223 228*v* 262 272*r*; *Rom. 79*, f. 2.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

reapse iuvabat, testimonio quoque Patris Brunelli confirmatur; qui die 17 dec. 1598 Patri Rinaldi de argumento quodam, quod rem ordinis studiorum disputatam spectabat, tribus vicibus memorat Patrem Torsellini[118].

Labor retractationis regularum duravit tres annos (1595-1598), ac genuit plures series regularum. Tempore prima est textus Patris Brunelli, valde imcompletus tamen, quia continet solum regulas professorum disciplinarum inferiorum, seu litterarum (rhetoricae, humanitatis, primae, secundae et tertiae classis grammaticae): adhuc proxime accedit ad textum Rationis studiorum 1591. In margine dextro foliorum P. Brunelli compendiose exaravit summam rerum in regulis contentarum; in margine vero sinistro P. Rinaldi adnotavit multa, quae ulteriorem retractationem spectabant; e. gr.: videtur superfluum – fiat regula communis – transferatur – brevius – videtur nimis minuta – paulo temperatius etc.

Post hunc textum nonnulli alii conscripti sunt; ex quibus iuxta ordinem temporis quatuor familias seu series constituimus, quatuor litteris maiusculis signatas; ita ut habeantur textus: Rationis studiorum 91/A B C et D, suo quisque gaudens fasciculo[119]. Textus 91/A proximus est textui Rationis 1591; textus vero D fere concordat iam cum textu Rationis 1599. Hi textus typis a nobis non mandantur, sed eorum omnes alicuius momenti variationes in apparatu critico recensentur. Ut autem melius videatur intensus et profundus patrum deputatorum labor in retractando textu A, unum folium regularum provincialis luce depingi curavimus. Valor textuum A-D in eo consistit, quod eorum ope reconstrui potest iter, quo Ratio 1591 ad formam 1599 pervenit.

Quod usque ad annum 1598 regularum retractatio protracta sit, liquido constat ex fasciculo integre a Patre Rinaldi exarato, qui inscribitur: «Ultima revisio et castigatio libri de Ratione studiorum, Tusculi mense maio 1598»; huius primum documentum est: «Quae in revisione libri de Ratione studiorum cum patribus assistentibus visa sunt melius considerari debere aut R.do P.N. Generali proponi»; quod sequitur : «Quae in revisione libri de Ratione studiorum cum patribus assistentibus emendata sunt Tusculi mense maio 1598»; et in separato folio: «Quae statuit P. Generalis quando liber coram S. P.te lectus est»[120].

Eo patres deputati in regulis retractandis spectabant, ut quoad fieri poterat, ratio haberetur observationum et desideriorum provinciarum. Quarum unanimis fuerat petitio, ut textus regularum abbreviaretur. Multae enim redibant eaedem in diversis officiis; e. gr. regulae quae ad pietatem et mores attinent, erant in regulis singulorum magistrorum. Quod eo fine fortasse factum erat, ut unusquisque magistrorum apud se haberet seriem completam regularum, quae ad ipsum pertinerent, non autem integrum libellum. Ut haec nimia repetitio evitaretur, constitutae sunt regulae communes omnibus professoribus scholarum superiorum, itemque scholarum inferiorum. Maiori brevitati consultum est etiam vel nonnullas regulas omittendo, vel eas in breviorem formam redigendo. Quo factum est, ut numerus regularum magnopere minueretur: in Ratione enim 1591 universim sunt 837, in Ratione 1599 467; regulae provincialis in illa numerabantur 96, in hac solum 40[121].

Aliud, non minus universale desiderium provinciarum fuerat, ut nimis rigorosa uniformitas in applicanda Ratione mitigaretur. Ad quem finem – ut paulo superius vidimus – P. Generalis post congregationem generalem V plura concessit regionibus. Sed etiam in regularum retractatione idem propositum adverti potest. In textu enim D imprimis, sed iam in textu C, insertae sunt parvae formulae dicendi, seu breves locutiones, prout «si res ferat», «pro regionum consuetudine variare», «pro regionum more», «ubi erit opus», «pro praeceptoris arbi-

---

[118] ARSI, *Fondo Ges. 645* (Epp. Sel.) n. 90.
[119] Conservantur in cod. *Stud. 3/b*, fasc. 1-4.
[120] Conservantur *Ibidem*, fasc. 6.
[121] Cf. FARRELL p. 317.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

trio». Forma praeceptiva hoc modo certe facta est minus absoluta.

In libello non apparet «Pars speculativa», seu «Delectus opinionum»; nam quae de tractatu congregatio generalis V statuerat, missa erant manuscripta ad provincias; in libello impresso – certe prudentiae gratia – omissa sunt, nisi quod in regulis professorum S. Scripturae et theologiae scholasticae inveniuntur nonnulla principia de doctrina a professoribus tenenda. Omissa sunt etiam *Appendices* Rationis 1591. Concessiones enim particulares in applicanda Ratione datae erant posterius a P. Generali provincialibus per scripta ad singulos directa; fortasse ut earum character temporaneus, et consequenter possibilitas eas mutandi et novis necessitatibus adaptandi magis appareret. Etiam prorsus novae series regularum compositae et insertae sunt libello, prout regulae academiarum, vel regulae repetentium studia superiora.

Typis exprimimus libelli principem editionem neapolitanam anni 1599[122]. Post hanc primam brevi curatae sunt aliae: anno 1600 Moguntiae, anno 1603 iterum Neapoli, annis 1608 1610 et 1616 Romae. Anno 1616 in congregatione generali VII revisus est textus, ut emendationibus forte necessariis inductis, congregationis auctoritate definiri posset. Sed si excipiuntur nonnullae modificationes, quae in regulis provincialis studia scholasticorum Societatis spectant, congregatio textum immutatum reliquit; qui dein usque ad annum 1773 nullas mutationes passus est. Quod Societati notam improvidae immobilitatis comparavit. Attamen – utut concedamus – generationes posteriores fortasse oblitas esse principium a S. Ignatio in Constitutionibus et a congregatione generali V definitum posteritatique traditum, Rationem studiorum aptandam esse temporibus iuxta novas necessitates et familiae humanae indigentias, veritati magis respondet, textum Rationis immutatum quidem remansisse, sed in praxi, praesertim saeculo XVIII, complures, aliquando etiam profundas innovationes factas fuisse. Exemplo sit provincia Austriae, in qua anno 1773 (quo suppressa est Societas) in 7 collegiis docebant nostri linguam germanicam, in 12 gallicam, in 3 italicam, in 2 bohemicam, in 6 hungaricam, in 2 litteraturam germanicam, i 5 historiam, in uno geographiam, in 3 architecturam, in 3 geometriam, in 2 delineationem technicam, in 5 mechanicam, in uno hydrographiam (Tergesti – Trieste), in uno agronomiam et in 2 oeconomiam[123].

---

[122] Cf. SOMMERVOGEL I 488. – In fronte editionis neapolitanae stat 1598; quod tamen respondet – summum – anno, quo impressio coepta est. Nam in pagina, quae p. 208 sequitur (Colophon), et in «Imprimatur» est annus 1599. Etiam epistola introductoria Patris Domenichi, secretarii Societatis, data est die 8 ian. 1599. Demum – ut supra vidimus – mense maio 1598 libellus Tusculi a patribus deputatis et assistentibus ultimum adhuc revisionem et correctionem subiit.

[123] Cf. L. SZILAS S.I., *Die österreichische Jesuitenprovinz 1773*. AHSI 47 (1978) 314.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

RATIO

NOSTRAE EDITIONIS

Iam in praecedentibus voluminibus Mon. Paed. edentes modum procedendi in Mon. Hist. S.I. consuetum reliquimus. In dispositione enim monumentorum non stricti ordinis temporis, sed interioris documentorum naturae rationem habentes, in sectiones, seu familias ea divisimus; hae fuerunt: 1. Constitutiones et regulae – 2. tractatus singulorum – 3. acta congregationum et visitationum – 4. epistolae selectae et acta – 5. varia.

In edendis monumentis paedagogicis nunc tandem pervenimus – Dei auxilio – ad annum 1581, quando scilicet P. Acquaviva gubernaculum S.I. arripiens, protinus promissum et desideratum ordinem studiorum comparare aggressus est. Haec praeparatio autem ab anno 1581 ad annum usque 1599 protracta est. Propter hanc imprimis rationem hi anni praeter solitum abundant documentis paedagogicis, ita ut vix tria volumina ea continere possint; eorumque praeterea editio haud parvas et paucas difficultates secum fert. Quare ordo procedendi in hoc volumine quinto ulterius adaptandus fuit.

Natura enim rerum postulat, ut unitas documentorum quae Rationem studiorum spectant, quam maxime conservetur; et, ut eorum quoque usus facilior reddatur, expedit, ut omnia in eodem volumine locum obtineant. His rationibus ducti, statuimus initio textus Rationis studiorum et omnia documenta cum illa colligata ab alius generis documentis separare, ita ut integrum volumen V Rationi studiorum reservaretur, omnia autem alia, quae de ea non sunt, aliud volumen contineret.

Attamen etiam hac divisione facta, difficultas quaedam gravis remanebat. Maxime enim conveniret, in eodem volumine V praebere primo textum Rationis studiorum 1586; dein Observationes provinciarum super eo; demum textum Rationis studiorum 1586 retractatum (Rat. st. 1586/B); at hoc impedit massa documentorum, quam unicum volumen continere nequit. Difficultatem superare putavimus dividendo textum Rationis studiorum et Observationum in duas partes, quarum prior studia superiora, altera inferiora proferret. Cum tamen haec divisio documentorum quaedam violenta vivisectio esset, huiusmodi difficultatis solutio reiicienda fuit; eo vel magis quod hac ratione textus singularum Rat. stud. in diversis voluminibus invenirentur, id quod eorum usum comparatum minime iuvaret.

Itaque, post haud paucorum annorum considerationes, ad hanc conclusionem pervenimus: in volumine V collocamus textum omnium Rat. stud. (1586 A et B, 1591 et 1599); Observationes autem provinciarum et alia de Rat. stud. documenta in volumine VI. Cuius solutionis emolumenta satis patent.

Nonnulla adhuc dicenda restant de editione textuum singularum Rat. stud. Expediret quidem haud parum, textum Rat. stud. 1586 A in paginis paribus, Rat. stud. 1586 B in imparibus proferre, ut facile constarent mutationes in retractatione inductae. Sed hoc fieri non potest. Ratio enim 1586 in retractandis studiis superioribus paucas et parvas modificationes passa est; in inferioribus autem plurimas: nonnulla integra capita aut omissa aut graviter transformata, nova contra adiuncta sunt. Quare parum aut nil utilitatis consequeretur ex hac forma editionis. Aliam igitur inivimus.

Imprimis textus Rat. stud. 1586 B minoribus litteris imprimitur, quo evidentior appareat eius dependentia a textu A. Deinde textus B non integre exhibetur, ut repetitiones inutiles evitentur; sed, si textus in B omissus est extensus, lector remittitur ad textum A; in minoris

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

momenti autem variationes recensentur in apparatu critico textus A; non tamen in imis paginis, sed post singula capita.

Considerata indole intermedia Rat. stud. 1591, etiam eius textus minoribus litteris exprimitur. Deinde, cum plurimae regulae in diversorum officiorum regulis repetantur, eas semel tantum proferimus; lector tamen monetur constanter, ubi omissas invenire possit.

Ultimam et gravem difficultatem constituit edito Rat. stud. 1599. Regulae namque Rat. stud. 1591, iterum iterumque retractatae, diversas formas, nonnunquam satis differentes, acceperunt antequam in Rat. stud. 1599 coalescerent; ita ut earum existant textus a P. Brunelli scriptus, et textus A B C et D; de quibus etiam superius breviter egimus. Omnes integre typis mandare superfluum visum est; sed maioris momenti variationes reperiuntur in apparatu critico Rat. st. 1599, qui post singulorum officiorum regulas positus est. Horum, nonnunquam longissimorum, annexorum auxilio iter regularum a Rat. stud. 1591 ad textum 1599, patienti labore, satis fideliter reconstrui potest. In apparatu critico Rat. stud. 1599 exscribuntur etiam non multae mutationes, quae anno 1616 a congregatione generali VII in textu factae sunt.

Cuique Rat. stud. praemitti potuisset – ut fere fieri solet in voluminibus Mon. Hist. S.I. – introductio quaedam particularis et summarium. Expeditius tamen visum est, ut Introductio generalis comprehenderet ea quae in particularibus dicenda essent. Summaria vero substituuntur Indice generali, qui ob hanc causam valde distincte conceptus est.

Praeterea, ut nonnullorum informationi consulatur, Rationis studiorum 1599 ampla Index generalis etiam anglica exhibetur.

Restat demum, ut grati animi nostri sensus exprimamus omnibus, sed imprimis Patri Mario Colpo, nec non Dominae Stefaniae Proposito (nata Stamigni), qui summa nos caritate in praeparando etiam hoc volumine iuvarunt.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

RATIO

ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM PER SEX PATRES AD ID IUSSU R.P. PRAEPOSITI GENERALIS DEPUTATOS CONSCRIPTA

1586

Lectori salutem

De omni studiorum ratione disseruere sex deputati patres[1], quae ad eam rem maxime facere arbitrati sunt. Visum est tamen R.P. Praeposito Generali[2], cum hoc opus arduum sit, et in publicam totius Societatis utilitatem instituatur, quo et aequioribus animis excipiatur et perpetua sedulitate conservetur, nihil firmiter definire prius, quam omnium provinciarum doctores nostri, quid de tota re arbitrentur, exponant. Hoc itaque volumen, deputatorum patrum opera confectum, typis iussit excudi, non ut tanquam plane constituta iam res induceretur in mores, sed quo expeditius multa suppeterent exempla, quae in omnem Societatem dimissa, sicut a Romano iam Collegio diiudicata sunt[3], ita et a provinciarum doctoribus recognoscantur. Qui postquam Romam perscripserint, quaecunque de tota re senserint, tandem a R.P. Praeposito Generali, auditis provinciarum sententiis, quid optimum factu sit, decernetur.

---

[1] Nomina et breves cursus vitae sex patrum, a P. Generali ad rationem studiorum conscribendam deputatorum v. infra, p. 3-4.

[2] De Claudio Acquaviva, praeposito generali S. I. v. supra, *Introd. gen. P. II c. 1 B.*

[3] Documentum inscribitur: *«Censura patrum Collegii Romani circa ea, quae a patribus deputatis circa rationem studiorum praescripta sunt»;* quod videsis in MP VI.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ACTA CONGREGATIONIS

QUAE ANNO 1584, IUSSU ADMODUM REVERENDI PATRIS PRAEPOSITI GENERALIS, CLAUDII AQUAEVIVAE, HABITA EST DE RATIONE STUDIORUM INSTITUENDA

Constitutiones 4 P. c. 13 A: «De statutis, inquiunt, lectionum horis, ordine ac modo, et de exercitationibus tam compositionum (quas a magistris emendari oportet), quam disputationum in omnibus facultatibus, et pronunciandi publice orationes et carmina, speciatim in quodam tractatu, per Generalem Praepositum approbato, agetur seorsum; ad quem haec constitutio nos remittit; id dumtaxat monendo, illa locis, temporibus et personis accommodari oportere; quamvis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conveniat»[1].

In eadem quoque 4 P. c. 5 § 4 et c. 14 § 3 sic habetur: «Sequantur in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam, et eos authores, qui eam docent; cuius rei penes rectorem (qui, quod statuetur in universa Societate ad maiorem Dei gloriam, sequuturus est) cura sit»[2].

Hic tractatus iis constitutionibus commendatus, qui et studiorum praxim, et doctrinae solidioris, authorumque delectum, sicut oportet, informet ac moderetur, nostrorum omnium patrum vo-[2]tis iam inde ab ortu ac primordio Societatis expetitus est, quod cum in caeteras Instituti nostri partes excolendas strenue ab iis, qui praesunt, incumbatur; pars ista tamen, quae literariis studiis recte instituendis temperandisque continetur, nondum plane exculta, nec ad eam speciem ac splendorem, quem in optatis esse doctissimo cuique par est, perducta videretur.

Duo plane sunt Societatis nostrae praesidia ac firmamenta: ardens pietatis studium et praestans rerum scientia. In haec duo capita omnis Constitutionum nostrarum vertitur cardo; eo quod pietas, si doctrinae luce orbata sit, singulis quidem privatim prosit non parum; at in Ecclesiae proximorumque utilitatem operam pene nullam conferre possit in concionibus, in sacramentis administrandis, in iuventute erudienda, in disputationibus cum fidei adversariis, in consiliis responsisque de dubiis rebus, et caeteris nostrorum hominum muneribus ac functionibus, quae doctrinam non vulgarem illam, sed excellentem quandam desiderant.

Ad eam vero consequendam interest plurimum, qua ingrediamur via, quibus artibus, quibus utamur auxiliis; quod nisi ratio facilis ac solers ineatur, multis consumptis laboribus fructus respondere soleat exiguus. Contra vero, si studiorum labor ad sapientem aliquam normam dirigatur, non magnis lucubrationibus magnum compendium et fructus uberes referantur. Huc accedit, quod non modo nostrates, sed externos etiam adolescentes docendos suscepimus, quorum cum nu-[3]merosa sit multitudo, praeclara indoles, nec rara nobilitas, nostro muneri nostraeque apud alios existimationi facere satis non videmur,

---

[1] Vide MP I 285 287.
[2] Ibidem 221 299.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

si tot pueris nostrae fidei commissis, tamquam nutrices, non omnia optime mansa, ut aiunt, in os inseramus, ne exiguo cum progressu in scholis nostris pene consenescant.

Porro nec leve pondus et calcar ad studia nostra bene componenda accedere debet ex eo, quod res nostrae quotidie in promptu atque in oculis omnium sunt; eorum etiam qui non optime videntur affecti. Horum vero iustam accusationem effugere non valemus aliter, nisi quod nonnullis benevolentiae erga nos deest, id rerum bene gerendarum consilio atque industria compensemus; cum praesertim non pauci sint, qui in hac literaria palaestra, cum a nostris vinci non aequissime ferant, non parum res quidem suas promovere, nostras autem obscurare nitantur.

Iam nihil attinet, multa verba facere de animorum consensione, quam gravissime nostrae commendant Constitutiones[3], in iis praesertim, quae publice geruntur aut docentur. Huic vero consensioni nondum satis potuit esse consultum. Cum enim nullus ordo, forma nulla communis adhuc praescripta esset, licere sibi quisque existimavit, et sentire quae vellet; et quae sentiebat, aliis tradere ea methodo, quam maxime probabat; ut aliquando non minus nostri inter se, quam ab externis dissentirent.

Illud etiam ultimo ac praecipuo loco cavendum videbatur, ne rerum novarum studium, quod aliquando in nonnullis apparet, in [4] aliquod discrimen nostram adducat existimationem; idque hac aetate, quae cum plus nimio abundet haeresibus, matura potius indiget soliditate, quam parum tuta subtilitate doctorum. Atque hi doctrinae tanquam scopuli, licet sapienter declinari possint a veteranis professoribus, consulendum tamen fuit etiam tironibus, quos veteranis iam defessis oportet identidem subrogare. Tametsi hoc cautionis genus ne veteranis quidem obfuturum sit, cum possit interdum multis iam annis confirmata autoritas aliquem audaciorem reddere, et ad res novas promptiorem.

His itaque de causis semper visum est optimum factu, si tam docendi varietas, quam opinandi libertas certis legibus vinciretur. Id quod, cum hucusque confici commode non potuisset, tandem admodum R.P. Praepositus Generalis, Claudius Aquaviva, postquam primis suae administrationis annis in Constitutiones[4], omnium officiorum regulas[5], congregationum canones et privilegia Societatis[6] emendatissime edenda diligenter incubuit, anno tandem 1583[6*] adiecit animum ad studiorum rationem firmiter atque utiliter constabiliendam. Eaque de causa ex disiunctissimis Societatis provinciis patres theologos sex ad id operis deputandos evocavit. Ex Hispania venit P. Ioannes Azor[7], ex Lusitania P. Gaspar Gonzales[8], ex Gallia P. Iacobus Tirius[9], ex Austria P. Petrus Busaeus[10], ex Germania superiore P. Antoniius Guisanus[11]; Romae com-

---

[3] Cf. *Constit.* P. III c. 1 n. 18; MI *Const.* III 86.

[4] Nova editio a P. Acquaviva curata: *Constitutiones Societatis Iesu cum earum Declarationibus* (Romae 1583) v. POLGÁR, *Bibliographie* ... 92 n. 22, et SOMMERVOGEL V 77.

[5] *Regulae Societatis Iesu* (Romae 1582); cf. POLGÁR, *Bibliographie* ... 92 n. 27.

[6] *Canones congregationum generalium S.I. cum aliis nonnullis ad praxim pertinentibus* (Romae 1581); v. *ib.*, n. 27.

[6*] In libello, anno 1586 typis expresso, perperam habetur 1584; cf. supra, P. II c. 2 A.

[7] Ioannes Azor S.I. (1536c-1603), hispanus; ingressus Societatem a. 1559; docuit theologiam in diversis Hispaniae collegiis usque ad a.1579; deinde in Collegio Romano, ubi etiam praefecti studiorum officio fungebatur. Cf. VILLOSLADA, *Storia* ... 323-24; SOMMERVOGEL I 738-41.

[8] Casparus Gonzales (Gonçalves) S.I. (1539c-1590), lusitanus; ingressus c. a. 1555, legit philosophiam Conimbricae, S. Scripturam Eborae. Anno 1579 designatus, ut cum aliis summam quaedam theologiae moralis praepararet ad usum Societatis; cf. MP III 62 et IV 602 et 796; SOMMERVOGEL III 1602-03.

[9] Iacobus Tirius (Tyrie, Tyry) S.I. (1543c-1597), scotus, Societatem ingressus Romae anno 1563, docuit philosophiam et theologiam Parisiis: annis 1592-97 Romae fuit assistens Germaniae. Cf. SCADUTO, *Catalogo* ... 148-49; *New Cath. Enc.* XVI (1967) 356; SOMMERVOGEL VIII 299-300.

[10] Petrus Busaeus S.I. (1543c-1587), flander; qui annis 1571-87 Viennae fuit professor S. Scripturae, theologiae et casuum conscientiae; cf. *Cat. Prov. Austr.* I 639; DUHR I 35 et passim; SOMMERVOGEL II 439-42.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

morabatur P. Stephanus Tuccius[12]; omnes administrandarum [5] scholarum usu praediti, et in omnibus pene facultatibus versati; gnari etiam singuli provinciae suae, ut variarum gentium auditis collatisque moribus ac studiis, id communi consilio statueretur, quod locis, quoad eius fieri posset, congrueret universis.

Itaque sexto Idus decembris, qui Conceptionis Deiparae Virginis dies est, per R.P. Generalem ad Sanctissimi Domini nostri Gregorii pedes osculandos deducti sunt, ut auspicato negotium tam operosum inchoarent. Bene precatus Pontifex, sedulitatemque ac celeritatem operi adeo salutari ut adhiberent, serio est adhortatus. Neque vero Pontifex Maximus solum, sed et cardinales nonnulli doctrina et autoritate praecipui, quos tantae rei certiores facere oportuit, institutam hanc a Reverendo P. Generali quasi communem studiorum reformationem vehementissime comprobarunt[13]. Domicilium peropportunum et commodum hybernis quidem sex mensibus in poenitentiaria S. Petri[14], aestivis autem caloribus per trimestre spatium in Quirinali monte ad S. Andraeam[15] illis est attributum. Horae ternae diebus singulis in consultatione ponebantur. Temporis reliquum legendis doctoribus et commentariis, quos aliqui manu scriptos ex provinciis attulerant, traducebatur.

Iam vero universum hoc opus duo in capita distributum fuit. In uno de securiorum opinionum delectu ac censura agitatum est. In altero traditus fuit ordo ac praxis scholarum, omniumque exer-[6]citationum, quibus ad sapientiam ac bonas artes iuventus promovetur, institutio. Ac primum in opinionum theologicarum examine, in quo aliquid excogitare, quod multis probetur, arduum semper visum est omnibus, patrum illorum unus, qui praeerat congregationi, quaestionem aliam ex alia iuxta ordinem partium, quaestionum, articulorum S. Thomae in disceptationem vocabat; ordine suam quisque sententiam prodebat. Si suffragia concordabant, haud magno negotio res transigebatur. Sin dissidebant, tum disputatio acris oriebatur. Dividebatur quaestio in proprios status, certa secabantur ab ambiguis, lubrica et obscura a ratis et definitis. Controversiae capite sic explorato, discrepantium inter se argumentorum momenta appendebantur, in chartam sedulo referebantur; copiosa duorum, interdum etiam trium dierum disputatione examinabantur, donec qui aliter senserant, in plurimorum sententiam sponte concederent.

In constituenda deinde certa ratione ac methodo, qua scientiae et facultates singulae tractarentur, recitabantur patrum nostrorum in hunc usum conservatae deliberationes, sive Romae sive extra in nobilioribus Societatis collegiis varia temporum occasione institutae. Percensebantur epistolae et consulta, legesque universitatum, et diversi generis alia partim superioribus annis, partim nuperrime ad Reverendum P.N. Generalem ex plerisque cum italis et hispanis, tum etiam Galliae, Germaniae, Poloniae provinciis transmissa. Relegebantur [7] quartae partis Constitutiones, studioque ad nutum illis parendi sedulo expendebantur. Canones similiter congregationum, regulae et statuta scholarum, consuetudines praeterea moresque Collegii Roma-

---

[11] Antonius Guisanus (Guise, Ghuse) S.I. (1540c-1594), belga; qui imprimis in humanioribus litteris tradendis fuit versatus: cf. SCADUTO, *Catalogo* ... 71; *Cat. Prov. Austr.* I 681; MAH I 78.

[12] Stephanus Tucci S.I. (1541-1597) « ... siculus, poëta, orator, historicus, philosophus idem ac theologus praestantissimus; quae omnia non alio ferme quam se magistro didicerat ... Litteras humaniores docuit in patria, conscientiae quaestiones Laureti, theologiam Patavii ac Romae; ubi Franciscum Suarem collegam habuit ... » JUVANCY, *Hist. S.I.* P. V lib. 24 p. 798. Cf. ARSI, *Vitae 60*, f. 133-34; SCADUTO, *Catalogo* ... 148; SOMMERVOGEL VIII 263-64.

[13] Legas declarationem cardinalis Savelli; infra, *Commentariolus* ... *p. 24*.

[14] Residentia prope basilicam Sancti Petri sita, ubi patres S.I., ad confessiones pellegrinorum deputati, commorabantur.

[15] Hoc est, domus probationis, seu noviciatus provinciae romanae S.I.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ni, quae liber manuscriptus simul omnia complectebatur[16]. Ex his antiqua plurima retinebantur, recentioraque attexebantur, abrogabantur nonnulla. Si qua dubitationem adferebant, singuli provinciae suae privatas vel communes institutiones, usum et exempla scholarum, mores et eventa in medium proferebant, commoda et incommoda demonstrabant. Quibus tot tamque variis auxiliis ad disquisitionem iudicationemque adhibitis, multarum pervestigata sunt remedia difficultatum, iactaque mutuae inter nos consensionis fundamenta, cum fixum ac ratum id apud se haberent, nihil esse posse vel ad scholarum conservationem promotionemque utilius, vel ad gratiam comparatamque existimationem retinendam accommodatius, quam uniusmodi omnes normam praescriptionemque in excolendis ingeniis gubernandisque scholasticis muneribus tenere ac sequi.

Confectus tandem est tractatus duplex: unus de opinionibus seligendis[17], alter de scholarum administratione[18]. Uterque deinde sub incudem revocatus, relectusque omnibus audientibus et emendatus, tandem etiam subscriptione singulorum firmatus, inque Collegii Romani theologorum manus, iussu R.P. Nostri Generalis, traditus est, ut ab ipsis primum, a reliquis deinde per universam So-[8]cietatem provinciis expenderetur[19].

Atque hic congregationis de studiis habitae tam cursus quam exitus fuit. Anno vertente denique sub finem mensis augusti, cum decembris initio coepisset, conventus est solutus. Pater Stephanus, P. Azor et P. Gonzales in Urbe relicti, ut sicubi desideraretur, eorum quae constituta sunt, interpretationem vel rationem redderent; caeteri domum, quisque ad consueta munia rediere.

Iam vero quamvis optatissimum esset Reverendo Patri Generali hanc totam rem cognoscere quamprimum, et per provincias spargere recognoscendam, tamen impeditus primum patrum procuratorum et congregatione[20] et negotiis expediendis; deinde adventu iaponiorum principum[21], moraque diuturna in Urbe propter obitum Gregorii pontificis maximi[22]; tum quotidianis curis litterisque provinciarum, non potuit ante exitum pene anni 1585 animum adhibere cum quatuor assistentibus ad ea diiudicanda, quae a sex patribus deputatis et a Romani Collegii doctoribus acta fuerant[23]. Nunc tandem rebus omnibus perspectis, et iis quae Collegii Romani patres observarant, per sex patres deputatos recognitis, id quod perpensis utriusque partis annotationibus constitutum est, in omnem Societatem dimittendum putavit, ut quod in communem comparatur usum, communi quoque iudicio comprobetur.

Laus Deo et Beatae Virgini Mariae.

---

[16] «*Consuetudinum lib. I*» inscriptus et Romae, in Arch. Univ. Greg. (cod. 140) conservatus; de quo plura traduntur in MP II 55*-56*.

[17] Vide *De opinionum delectu* et *Commentariolus*, inferius, p. 6-17 et 18-33.

[18] Vide *Praxis et ordo studiorum;* inferius, p. 41-162.

[19] Animadversiones ex universa Societate missae typis exprimuntur in vol. VI MP.

[20] Congregatio procuratorum quinta Romae celebrata est diebus 16-19 iulii anno 1584; v. COEMANS. *Breves notitiae* ... 9.

[21] De legatione nipponicorum principum Romae cf. SACCHINUS. *Historia* V lib. 2 n. 230 p. 105 et lib. 5 n. 1-11 p. 225-28: et PASTOR. *Geschichte* IX 717-721.

[22] Gregorius papa XIII diem supremum obiit die 10 apr. 1585; v. *Synopsis hist. S.I.* p. 97.

[23] Scripta patrum Collegii Romani locum obtinebunt in volumine sexto MP.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Opinionum Delectu in Theologica Facultate

Admodum Reverendus Pater Generalis sex patribus, quos ad omnem studiorum rationem bene instituendam delegerat[1], nihil gravius commendavit, nihil se magis optare testatus est, quam ut eorum opera opinandi licentia, quae quotidianis et periculis et altercationibus nostros perturbat, cohiberetur; omnisque doctrina Societatis duas imprimis res consequeretur, in nostris Constitutionibus frequenter inculcatas: soliditatem, quae omni temeritate[2] vacaret, et consensionem[3], quam tot professorum contentiones labefactant non parum. His illi mandatis cum studerent obtemperare pro viribus, formulam quae sequitur, conscripsere, qua generatim quaedam, quaedam particulatim recte componi posse visa sunt. Est autem huiusmodi:

Regula prima — In docendo corroborandae in primis fidei alendaeque pietatis cura habeatur. Nemo igitur quicquam doceat, quod cum Ecclesiae sensu receptisque traditionibus non bene conveniat, quodque aliquo modo robur fidei et solidae pietatis firmitatem minuat[4]. [10]

Regula secunda — Expedit etiam, ubi nullum pietatis et fidei periculum imminet, suspicionem vitare studii res moliendi novas aut novae condendae doctrinae. Quare opinionem ullam nemo defendat, quae contra recepta philosophorum aut theologorum axiomata, vel contra communem scholarum theologicarum sensum a plerisque viris doctis esse iudicetur[5].

Regula tertia — Quae opiniones, cuiuscunque auctoris sint, in aliqua provincia aut civitate multos aut nostrorum aut externorum catholicos et non indoctos offendere scientur, eas ibi nemo doceat aut defendat, quamvis alibi sine offensione doceantur. Huiusmodi vero opiniones a quolibet provinciali colligendae forent, audito consilio doctorum suae provinciae, ut qui in ea docent, nec eas ignorent, nec ullas alias esse praeterea huius generis existiment[6].

Regula quarta — In quaestionibus ab aliis ante tractatis nemo novas sequatur opiniones, aut in rebus, quae vel ad religionem quoquo modo pertinere possunt, vel alicuius momenti sunt, novas introducat quaestiones seu dubitationes, patre provinciali inconsulto. Qui, quo suavius id fiat, audito doctorum suae provinciae iudicio, id quod ad maiorem Dei gloriam visum fuerit, praescribet[6].

Regula quinta — In theologia doctrinam S. Thomae, ut cavetur 4 parte Constitutionum cap. 14[7], nostri sequantur, exceptis paucis, quae licet sint aut videri possint esse S. Thomae; quia tamen contraria et sine periculo et valde probabiliter defendi possunt, si quis haec docere velit,

---

[1] Eorum nomina et cursus vitae v. *Acta congr.*; supra, p. 3-4 adn. 7-12.

[2] De soliditate doctrinae cf. *Const.* P. IV c. 5 § 4; MP I 221.

[3] De consensu animorum v. *Const.* P. III c. 1 n. 18; MI *Const.* III 86.

[4] Vide decretum anni 1565 Patris F. de Borja, praep. gen., de opinionibus in philosophia et theologia tenendis; MP III 383 § 1.

[5] Vide *ib.* § 2.

[6] Vide *ib.* § 3-4.

[7] Vide MP I 297.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

conniveant superiores ad inge-[11]niorum exercitationem maiorem et accuratius veritatis examen. Nostri itaque non cogantur defendere, quae sequuntur:

Ex prima parte S.Thomae

1. Theologiam vel esse scientiam univoce cum scientiis naturalibus, vel univoce subalternari scientiae beatorum.

2. Operationem ad extra esse Deo rationem formalem essendi in loco, aut Deum esse in spatiis etiam imaginariis extra mundum.

3. Repugnare secundum absolutam Dei potentiam, ut a beatis Deus videatur per speciem impressam, quamvis de facto non sic videatur.

4. Praevidere Deum futura contingentia in eorum reali coexistentia cum sua aeternitate.

5. Ideas proprie specierum esse, non individuorum, nec partium substantiae compositae, nec accidentium realiter a substantia distinctorum.

6. Secundas causas esse proprie et univoce instrumenta Dei, et cum operantur, Deum in eas primum influere aut eas movere.

7. Repugnare, ut aliquod infinitum actu possit creari in quantitate vel in qualitate.

8. Spiritum Sanctum non procedere ex amore etiam creaturarum secundum esse possibile.

9. Relationem divinam non esse secundum se perfectionem in suo genere, aut Patrem non esse Filio priorem origine secundum rem.

10. Repugnare, ut sint vel de facto non esse plures angelos eiusdem speciei.

11. Angelis rationem essendi in loco esse [12] transeuntem operationem, vel applicationem virtutis ad agendum, aliaque, quae ad haec consequenter se habent.

12. Species universalium quidditatum fuisse angelis infusas per se, non per accidens, et quaecunque ad haec consequenter se habent.

13. Universaliores esse species superiorum, quam inferiorum angelorum.

14. Angelos ex aliqua actuali inconsideratione peccasse.

15. In primo instanti suae creationis angelos peccare non potuisse.

16. Angelos sive bonos sive malos in termino viae mansisse inflexibiles ex sua ipsorum natura.

17. Locutionem angelorum fieri eo modo, quem tradit S. Thomas[8]. [311]

Ex Prima Secundae

1. Beatitudinem formalem sive naturalem viae [312] sive supernaturalem patriae consistere in actu intellectus; quamvis hoc probabilius est.

2. Sine practici intellectus errore seu actuali inconsideratione non posse esse pravam voluntatis electionem et peccatum.

---

[8] Quae sequuntur, in libro anno 1586 typis mandato, habentur ad calcem eiusdem (p. 311-30); quae tamen — ut patet ex nota ibdem (p. 311) posita — post has ex prima S. Thomae parte opiniones desumptas locum obtinere debuerant. Quae nota est huiusmodi: «De reliquo delectu opinionum in theologica facultate — Cum hoc volumen imprimi coeptum est, recognitae erant opiniones theologicae ex prima tantum parte S. Thomae. Hae vero cum studiorum Praxi dum adhuc essent sub typographi prelo, peracta est etiam reliquarum S. Thomae partium recognitio. Quare ipsae etiam ut hic adiicerentur, curatum est; tametsi huiusmodi sententiae non ad hunc locum, sed ad *Delectum opinionum in theologica facultate* pertineant. Inserantur itaque formulae, quae principio regulis undecim comprehensa fuit. Et quoniam harum quaedam sunt eiusmodi, ut eas docere nostri non sunt cogendi, quaedam autem sequendae omnibus praescribuntur, prioris ordinis quae sunt, ad regulam quintam referantur; quae vero posterioris, ad sextam, hoc fere modo: – Posita regula quinta, et sententiis ex Prima S. Thomae Parte subiectis, istae aliae continuo subnectantur: «Non cogentur nostri docere ... ».

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. Imperium seu legem esse actum intellectus.

4. Bonitatem et malitiam moralem esse differentias essentiales actus interioris voluntatis sumpti secundum esse naturale.

5. Actum exteriorem sive ut est obiectum voluntatis, sive ut est in executione, non habere formaliter bonitatem et malitiam moralem ex obiecto et circumstantiis.

6. Praeter fortitudinem et temperantiam in appetitu sensitivo non esse alios earundem virtutum habitus in voluntate.

7. Prudentiam esse unum habitum.

8. Dari virtutes morales infusas ex genere realiter distinctas a caeteris omnibus.

9. Dona Spiritus Sancti esse habitus alios a virtutibus seu fructus, et beatitudines esse actus alios ab actibus virtutum.

10. Originalis peccati subiectum esse animae essentiam.

11. Ratione solius iustitiae originalis Adam non potuisse peccare venialiter, antequam mortaliter.

12. Angelum non potuisse prius venialiter, quam mortaliter peccare.

13. Esse aliquod Dei praeceptum, quo quis tenea-[313]tur ad Deum se convertere, cum primum ad usum rationis pervenerit.

14. Gratiam esse alium habitum a caritate.

15. Sine ulla qualitate superaddita dimitti peccatum, repugnare per absolutam Dei potentiam.

16. Actus omnes moraliter bonos, quos existens in gratia facit, nec in Deum refert expresse, esse meritorios.

Ex Secunda Secundae

1. Cum scientiae actu circa idem obiectum incompossibilem esse actum fidei.

2. Peccatum mortale expellere caritatem non demeritorie tantum, sed etiam effective.

3. Diligendi inimici difficultatem nunquam esse tantam, ut diligendi amici perfectionem excedat.

Ex Tertia Parte

1. Adam non peccante, Filium Dei incarnandum non fuisse.

2. Accidens et materiam primam a divino supposito assumi ac terminari non posse.

3. Humanitatem proprio terminatam supposito, non posse iterum a Verbo terminari.

4. Secundum influentiam meriti Christum non esse caput angelorum.

5. Non esse in Christo reales duas filiationes.

6. Characterem pertinere ad secundam speciem [314] qualitatis, et esse in intellectu tanquam in subiecto.

7. Apostolos initio baptizasse sub hac forma: In nomine Christi.

8. Ad iustificandum in circumcisione parvulum non fuisse satis solam synagogae fidem, quae ei per modum sacramenti applicabatur ab intendente facere quod synagoga.

9. Corpus Christi, ut est in Eucharistia, videri aut videre per Dei potentiam non posse.

10. Amissam gratiam et opera peccato mortificata non ex toto reviviscere per poenitentiam, sed iuxta proportionem dispositionis. Et vero contrarium probabilius est.

11. In extrema necessitate absolvi non posse non confessum, sed exhibentem signa poenitentiae, quibus aliquo modo se peccatorem confiteatur generaliter.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

12. Non esse necessarium confiteri circumstantias malitiam eiusdem speciei ita notabiliter aggravantes, ut magnopere et evidenter varient et statum poenitentiae et confessarii iudicium de illo.

13. Ordines minores esse sacramenta et imprimere characterem. [12] ...

Regula sexta — In caeteris, quae hic excepta non sunt, a S. Thoma nostri non recedant. Expresse tamen definienda nonnulla videntur; quaedam, quia non tractantur a S. Thoma; quaedam, quia ab eo attinguntur quidem, non tamen sub expressis ac propriis terminis definiuntur; vel ita tractantur, ut in diversas trahi soleant expositiones. In quibus, cum graviora quaedam sint, multum interest, quid de iis nostri sentiant. Quaedam denique, et sane paucissima, contraria S. Thomae, quia magis sunt approbata communiter, nec parum adiuvant pietatem. Ea vero sunt, quae sequuntur:

Ex prima Parte S. Thomae

1. Secundum potentiam Dei absolutam non repug-[13]nat, communicari viatori evidentem abstractivam notitiam articulorum fidei.

2. Theologia formaliter est et speculativa et practica.

3. Deum esse, unum, efficientem rerum omnium, liberum in agendo ad extra, providentem omnibus, infinitum, omnipotentem et ubique existere, naturali ratione demonstrari potest.

4. Ad eliciendam claram Dei visionem effective concurrunt tam lumen gloriae, quod est habitus, quam beatorum intellectus per naturalem suam facultatem.

5. Secundum potentiam Dei absolutam nec repugnat videri clare essentiam divinam sine ulla distincta visione creaturarum, nec lumen gloriae suppleri per actualem Dei concursum supernaturalem et gloriosum.

6. Divina essentia supplet rationem speciei intelligibilis citra ullam prorsus informationem.

7. Notitia, quam Deus habet de creaturis, terminatur etiam secundario ad creaturas ipsas, prout sunt in seipsis extra Deum.

8. Deus de quibuscunque rebus, de liberis etiam actibus, quamquam nunquam futuris, certo et infallibiliter cognoscit, quid quibus positis futurum esset.

9. Non sunt possibiles ullae causae, ne liberae quidem, quae in agendo semper non dependeant essentialiter ab actuali cooperantis Dei concursu.

10. Deus absoluta voluntate, etiam quoad sub-[14]stantiam actus, non praedefinivit actus malos..

11. In Deo est vere, proprie et formaliter iustitia.

12. Non solum ex parte nostra nulla fuit ratio seu conditio praedestinationis, sed neque absolute dicendum est, esse in nostra potestate, ut praedestinemur; nec salvi fient ulli, nisi praedestinati.

13. Reprobationis, qua caeteri homines excidere ab ultimo fine permissi sunt, causa fuit peccatum originale.

14. Sufficientibus ad salutem auxiliis nunquam privantur homines, dum ratione utuntur.

15. Tres sunt in Deo relativae subsistentiae; est et una communis, absoluta et essentialis; non tamen propterea sunt quatuor.

16. Divina relatio, etiam secundum esse Ad, est ens reale.

17. Nemo dicat, esse probabile, divinas personas constitui proprietatibus absolutis; nec doceat, constitui relationibus sub absoluto conceptu, sed relativo.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

18. Tam originum, quam relationum omnium fundamentum, a quo relatio suam habet realitatem, est divina essentia per intelligere ac velle foecundum.

19. Spiritualis substantia creata est subiectum formaliter locabile et mobile; et tam angeli quam animae substantialiter sunt in coelo vel in inferno vel alibi.

20. Angelorum via duobus constitit instantibus [15] distinctis, sive diversitate operationum, sive diverso operandi modo.

21. Non repugnat per Dei potentiam absolutam, angelum simul esse in pluribus locis adaequatis[8]. [314 ...]

Ex Prima Secundae

1. Supernaturalis beatitudo viae consistit in actu caritatis. [315]

2. Nullus potest esse beatus formaliter ea visione, qua Deus se ipsum videt, nec per solum divinae essentiae illapsum mentibus hominum.

3. Sensualitatis nulla est formaliter libertas, nec eius motus, omnem rationis deliberationem praevenientes, peccata sunt.

4. Ut delectatio morosa seu consensus interpretativus in eam sit peccatum mortale, non requiritur semper periculum seu animadversio periculi de pollutione seu de expresso consensu.

5. Inter entitatem actus mali seu peccati et privationem rectitudinis debitae in esse secundum rationem, non est media aliqua entitas positiva moralis, quae sit formalis ratio peccati.

6. Nulla creatura intellectualis et per voluntatem libera dari potest, quae sit per solam suam naturam impeccabilis.

7. Pontificiae leges seu consitutiones, ut obligent ubique, non requirunt promulgationem in provinciis, sed Romae tantum.

8. Leges humanae iustae, etiam poenales, sive mixtae sive purae obligant ad culpam.

9. Sine speciali Dei auxilio non possumus efficaciter super omnia diligere Deum, ne ut finem quidem naturalem; nec totam legem naturalem servare seu efficaciter velle servare; nec resistere tentationibus vehementioribus.

10. Aliquod opus morale bonum ex obiecto et omnibus circumstantiis secundum rectam rationem et velle et facere aliquando possumus per natu-[316]ralem liberi arbitrii facultatem.

11. Praecepta credendi, sperandi, diligendi, poenitendi impleri non possunt sine speciali Dei auxilio.

12. Fieri potest, ut aequalis gratia duobus collata sit efficax in uno, inefficax in altero, quia non vult consentire, licet possit per sufficientem gratiam sine novo augmento gratiae.

13. Ex auxilio speciali, non ex habitu gratiae et caritatis elicitur ultima ad gratiam dispositio; nec ad eam producendam assumitur dispositio ut instrumentum activum.

Ex Secunda Secundae

1. Fides supernaturalis non solum ex parte principii credendi, sed etiam ex parte obiecti crediti fuit semper ad iustificationem necessaria.

2. Explicita fides in Christum post sufficientem evangelii promulgationem tam necessitate praecepti, quam medii est necessaria ad salutem, etiam viae.

3. Prophetae et apostoli, quibus erat evidens Deum esse, qui eis mysteria revelabat, fidem habuerunt eiusdem speciei cum nostra.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4. Cuilibet remisso caritatis actui suus in patria redditur gradus caritatis, gratiae et gloriae; in via vero, an statim augeatur caritas, liberum sit opinari.

5. Eleemosynae praecepto non satisfacit, qui mutuat, non donat. [317]

6. Praeceptum est de erogando superfluo etiam status, licet conservato ad mutandum statum altiorem, si occurrant graves proximorum necessitates.

7. Haeretici non sunt denuntiandi, omissa correptione fraterna, si ex ea certo speratur emendatio. Si tamen contraria lex humana ferretur, iusta esset.

De caeteris, quae ad conscientiae casus pertinent, nullum adhuc examen habitum est. Id enim et plus temporis et longe aliam desiderat tractationem.

Ex Tertia Parte

1. De rigore iustitiae, quo modo Christus satisfecit, purus homo cum quavis gratia Dei non potuit pro peccato mortali satisfacere.

2. Humanum suppositum, quod assumptae humanitati deest, formaliter superaddit naturae positivam entitatem, et rationem, qua natura subsistit.

3. In Christi ratione superiore, non quidem ut considerante aeterna, sed temporalia propter rationes aeternas, fuit tristitia ex peccatis hominum.

4. Humanitas Christi licet propria careat subsistentia, propria tamen existit existentia. De hac existentia praesertim S. Thomam nostri, prout cuique videbitur, interpretentur.

5. In passione et morte, de qua Christus habuit praeceptum, meruit secundum actus etiam substantiam. [318]

6. Christus, ne ut homo quidem, est Dei filius adoptivus.

7. Beata Maria et fuit concepta sine peccato originali, et de congruo tantum meruit esse mater Dei.

8. Homines Deus, etiam in particulari, ex praeviso Christi merito elegit ac praedestinavit; tametsi hos potius, quam illos elegerit independenter ab omni creata voluntate, etiam Christi.

9. Effective ac physice concurrunt et Christi humanitas ad miracula, et gehennae ignis ad spiritus cruciandos.

10. Circumcisio nec adultum faciebat ex attrito contritum, nec praeter gratiam operi operantis respondentem, conferebat alium gradum contrito tunc vel antea.

11. Invitis parentibus et tutoribus infidelibus infantes baptizare licet, cum sunt sub potestate tutorum, vel parentes sunt mancipia christianorum, vel iam morituri sunt, nisi subversio vel scandalum timeatur.

12. In sacramentis baptismi et poenitentiae fictus recedente fictione gratiam recipit sacramentalem. De caeteris sacramentis licebit etiam idem opinari.

13. Per absolutam Dei potentiam non repugnat idem corpus simul esse in multis locis circumscriptive; nec Christi corpus, corruptis iam speciebus, in altari remanere.

14. Quantitas non fit materia, sed est ita quanti-[319]tas post consecrationem sicut antea; nec novam acquirit a Deo subsistentiam.

15. Post transubstantiationem substantia panis secundum nullum sui gradum, ne entis vel existentiae quidem remanet.

16. Vini consecrati nullae corrumpuntur particulae, si aliud addatur eiusdem speciei; sed nec si diversae, cum non est magnae quantitatis.

17. In forma calicis verba, quae sunt post illud *Sanguinis mei* non sunt de essentia.

18. In panis consecrandi forma *corpus* nullam formam, nec ut dantem esse corporeum per se primo includit.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

19. Aqua vino admista debet prius in vinum converti, quam in Christi sanguinem. Tametsi damnandum non videatur, si ab aliquo probabiliter dicatur, aquam in sanguinem immediate posse converti.

20. Putans se baptizatum, cum non sit, recipit vere Eucharistiae sacramentum, sed non effectum ex opere operato; quo tamen non carebant baptizati infantes, cum olim communicarent.

21. Valor sacrificii missae non est infinitus, nisi ex parte rei oblatae tantum; nec sacerdos pro una missa plures eleemosynas (nisi valde tenues sint) potest accipere.

22. Per missae sacrificium non fit is, pro quo offertur, de attrito contritus, quod est proprium sacramentorum.

23. Poenitentiae sacramentum absenti per nuntium seu per literas collatum, non est validum. [320].

24. Per ligandi potestatem quilibet confessarius vere obligat, si vult, poenitentem ad impositam satisfactionem exequendam.

25. Per satisfactionem sacramentalem re exhibitam non fit quis ex attrito contritus.

26. Martyr non fit ex attrito contritus per martyrium, nec sine formali poenitentia, si potest haberi, iustificatur.

27. Tenemur necessariam circumstantiam tertiae personae confiteri, cum inde aliud non sequitur, quam mala confessarii opinio de tertio.

28. Indulgentiarum dispensatio principaliter est absolutio iudicialis a poenis. Includit tamen solutionem de thesauro Ecclesiae.

29. Animae purgatorii iuvantur indulgentiis per modum suffragii, quod certa lege Deus semper acceptat.

30. Veniales culpae decedentium in gratia, in ingressu purgatorii remittuntur per actum aliquem caritatis aut poenitentiae.

31. Episcopatus sacramentum est; suumque gratiae gradum confert; characterem autem vel imprimit propriun vel extendit presbyteralem.

32. In matrimonio sacerdos, ne post tridentinum quidem concilium, est huius sacramenti minister essentialis, sed contrahentes[9]; nec sacerdotalis benedictio est forma essentialis.

33. Beata Maria ante matrimonium Deo inspirante virginitatem vovit absolute; postea tamen cum ad matrimonium accessit, non consensit in copulam, [321] sed in obligationem ad eam, tradendo ius sui corporis, si vir debitum petiisset, a Spiritu Sancto edocta illum nunquam petiturum.

34. Voti solennitas consistit in sui traditione, a Deo per Ecclesiam acceptata; et in eo dispensari potest ab Apostolica Sede.

35. Post tridentinum concilium sponsalia valida, si sequatur copula affectu maritali, ex hoc solo non transeunt in matrimonium.

36. Ens permanens annihilatum per Dei potentiam reparabile est idem numero. De successivo autem, prout ei videbitur, sentiat unusquisque.

37. Gloriosi corporis omnes dotes sunt quaedam qualitates supernaturales corpori inhaerentes; ad quas producendas anima gloriosa effective non concurrit.

In iis praeter paucissimas, quas a S. Thoma plane constat alienas esse, de caeteris intelligatur et servetur, quod in regula septima habetur[10]. [15] ...

---

[9] Doctrinam concilii tridentini de matrimonii sacramento v. *Concil. Oecum. Decr.* (1962) 729-35.

[10] Sequitur in libro (p. 321) haec adnotatio: «Post haec subiiciantur aliae regulae; quibus iam constitutis, haec etiam subnectantur».

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regula septima — Cum hae propositiones doctorum sententiis valde congruant, et sint modo receptae communius, licet in earum nonnullis de S. Thomae mente dubitari soleat, quo maior tamen sit et harum authoritas et nostrorum consensio, cum secundum eas S. Doctor non incommode possit exponi, id nostri praestare conentur, quoad eius fieri poterit.

Regula octava — In iis, in quibus aliqua libertas concessa fuit, nullus ita partem unam defendat, ut alteram plusquam par esset, exagitet. Prioris etiam professoris, si contrarium docuerat, existimationi consulat unusquisque; et cum commode conciliari possunt doctores, id vero non negligatur.

Regula nona — In caeteris ita nostri S. Thomae adstringantur, ut non nisi ad eius conclusiones cogantur, nec ad res, quae non tam theologicae quam philosophicae sunt; de quibus ea libertas vel obligatio sit, quae in philosophia statuetur.

Regula decima — In iis quae sunt fidei, non facile nostri vel congruentes doctorum rationes refellant vel novas excogitent, nisi ex receptis iam solidisque principiis.

Regula undecima — Quae a S. Thoma non tractantur, neque hic designata sunt, ita nostri disputent ut probatos maxime sequantur authores, ex quibus doceant, quae et pro locorum et temporum ratione magis recepta [16] sunt in academiis et ad auditorum pietatem conferunt. Observent idem quoque in S. Thomae sententia assequenda colligendaque, si quando paulo obscurior est. Hactenus formula. [321] ...

De opinionum delectu
pro scripturae et controversiarum professoribus

Quoniam[11] non modo scholasticorum theologorum consulendum est securitati et concordiae, sed [322] eorum quoque, qui Scripturas et controversias explicant, in horum gratiam sententiae, quae sequuntur, definitae sunt. Quarum quidem paulo maiorem numerum esse oportuit, quod in aliis quaestionibus brevitatem seu paucitatem eorum quae distincte praescribuntur, satis compensat praesidium S. Thomae, quo istae materiae ferme destituuntur. Huc accedit, quod hae disputationes cum fidei catholicae veritatibus, quas nunc exagitant haeretici, tanta connexione coniunguntur, ut se mutuo foveant ac muniant non parum; et qui de unis, ut oportet, non sentit, alteras statim faciat infirmiores. Est ad haec his in rebus lubricum sane iudicium et lapsus longe proclivior, quam in multis ex S. Thoma definitis. Quare maior suspicio periculi pleniorem quoque poscebat explanationem. Optandum tandem est, ut quoties haeretici, ut solent, in capita, quae praescribuntur hoc loco, digrediuntur, catholici, praesertim nostri, concorditer iis solideque respondeant, ne nostris illi dissensionibus aut incautis locutionibus nostra debilitari, sua corroborari arbitrentur. Ob firmiorem itaque doctrinae constantiam in rebus tam periculosis, aliquanto plura de his, quam de caeteris, enucleate debere tradi visa sunt, hoc fere modo[11]:

---

[11] Introductio huius partis ad verbum concordat cum scripto quodam, quod reperitur Romae, Arch. Univ. Greg., F.C., cod. 1434 (Tucci, *De opinionum delectu in Scripturas* ...).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Scripturis Canonicis earumque Editionibus

1. Ne in minutiis quidem sensus ullus falsus est [323] in Scripturis, neque in personis, quas loquentes introducunt ut plenas Spiritu Sancto.

2. Probabilius est verba primorum exemplarium ac fontium incorruptorum fuisse omnia et singula a Spiritu Sancto dictata secundum substantiam, multiformiter tamen pro varia instrumentorum conditione.

3. Tituli prophetarum et psalmorum canonici sunt.

4. Post concilium saltem tridentinum pro canonicis habenda sunt capita quaedam Esther, ultimum caput Marci, historia Susannae et huiusmodi[12].

5. Concilii tridentini decreto repugnat omnis sensus contrarius sensui, quem vulgata editio latina reddit evidenter.

6. Sensus non contrarius vulgatae, sed diversus non prohibetur a concilio, si cum authentico stare potest.

7. Marginales lectiones, de hebraeo graecove exemplari desumptae, nunquam textui praeferendae sunt.

8. Quae vero ex aliorum codicum latinorum collatione collectae sunt, possunt nonnunquam textui praeferri, sed non nisi gravissimae sint coniecturae et multorum iudicio doctorum comprobatae; hae tamen textui non sunt inserendae sine publica Ecclesiae autoritate.

9. Non facile suspicandum est aliquid extraneum additum et insertum esse textui sacro, nisi constet au-[324]toritate patrum. Aliqua creduntur ab interprete latino addita, ex aliis tamen locis Scripturae transposita, et haec canonica sunt.

10. Sin aliqua de suo apposuit interpres ad exprimendum id, quod in energia hebraeorum, graecorumve verborum implicite et virtualiter inclusum est, sacra et canonica sunt.

11. Factae etiam videntur fuisse nonnullae additiones ad etymologiam vocabuli exprimendam, quae in Novo Testamento sunt ipsius canonici scriptoris, et ideo canonicae.

12. In Veteri autem Testamento vel fuerunt etiam scriptoris canonici, licet postea interciderint, vel interpretis, quae canonicae quidem non sunt, non tamen reiiciendae.

13. Nominum propriorum, quae in fontibus habentur, interdum significationem fuisse constat immutatam ab interprete ad exprimendam allusionem, quae iisdem nominibus conservari non potuit, ut in arboribus apud Danielem; in iis materiale canonicum est, non formale.

14. Interpretatio nominum propriorum per rabinos facta, seu per rabinistas, si a vulgata editione dissonat, suspecta debet esse.

15. Sed si huiusmodi interpretationes factae sunt per autores plane catholicos asserentes vocabula, quae in fontibus habentur, esse aequivoca, recipi possunt, sed textui non praeferantur.

16. In iis, quae in hebraeis graecisve codicibus contraria sunt vulgatae, decreto concilii tridentini [325] derogata est omnis fides aliis linguis.

17. Versio Septuaginta Interpretum, quamdiu incorrupta mansit, non minus fuit authentica, quam vulgata latina nunc.

18. Cum hebraei graecive codices contrarii non sunt latinis, sed diversi, si quam eorum lectionem patres plerique omnes incorruptam esse testantur, eam authenticam esse credendum est.

---

[12] Decretum concilii tridentini de libris sacris, ab Ecclesia tamquam canonicos receptis cf. *Conc. Oecum. Decr.* 639-40.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

19. In iisdem si de alicuius hebraeae graecaeve lectionis synceritate non conveniunt patres, aut nihil dicunt, recentiores vero eam incorruptam esse praedicant, probabilis erit, et vulgatae latinae explanationem poterit adiuvare.

20. Tridentinum concilium non solum in quaestionibus fidei et morum , sed in omnibus plane rebus vulgatam editionem fecit authenticam[12].

21. Christus et apostoli non allegarunt Scripturas per accommodationem ad rem suam, sed iuxta sensum verum illius loci, et intentum a Spiritu Sancto.

22. Ea quae in vulgata editione habentur, nec verius neque simpliciter melius verti potuere. Aliqua tamen clarius et significantius verti potuisse nihil prohibet, nec necesse est Spiritum Sanctum astitisse singulis etiam verbis.

23. Aliqui codices vulgatae editionis possunt esse mendosi. Non expedit tamen a nostris doceri, universos vulgatae editionis codices in aliquibus locis esse nunc seu aliquando fuisse mendosos, ne in numeris quidem. [326]

24. Si quod tamen mendum, quod in omnibus codicibus latinis nunc extet, suspicandum esset, id potius insinuetur, quam asseratur, nec sine gravissimis autoribus et coniecturis.

De Ecclesia

1. Vera Dei Ecclesia visibilis est, quae in externo cultu, in externa professione fidei et in sacramentorum participatione communicat cum vero capite et Christi vicario, qui est romanum pontifex.

2. In tota hac Ecclesia visibili vera fides interior deficere non potest, licet illam in singulis esse non sit necessarium.

3. Fide interiori et baptismali charactere praediti, licet peccatores sint, non viva quidem, proprie tamen, vere et simpliciter membra sunt Ecclesiae.

4. Cathecumenus, licet fidelis, non est simpliciter membrum Ecclesiae, sed secundum quid, et inchoate; nec numero, sed merito.

5. Schismaticus vel haereticus per Ecclesiae sententiam praecisus, simpliciter non est Ecclesiae membrum; nec intra Ecclesiam, nisi imperfecto quodam modo, ratione characteris.

6. Is cui vel fides interior vel baptismalis character deest, si in externo cultu sacramentorum et fidei professione cum vera Ecclesia communicat, est vere et proprie membrum Ecclesiae ut vi-[327]sibilis; licet putative tantum sit membrum Ecclesiae simpliciter, quae interiorem et exteriorem fidem cultumque includit.

7. Nec Scriptura verior seu veracior quam Ecclesia, nec Ecclesia quam Scriptura, sed eadem utriusque est veritas ab assistentia Spiritus Sancti.

8. Nobis quidem notior ac prior est Ecclesiae veritas, quam Scripturae. Secundum se autem et ex natura rei veritas Ecclesiae pendet a veritate verbi Dei, cum Ecclesia nihil definiat, nisi ex verbo Dei scripto vel tradito.

9. Ecclesiae, quae est iudex et animata lex, potestas patet latius quam Scripturae.

10. Scripturae verba etiam a Deo sunt et ratione et factorum narrationes, quae tria nonsunt in Ecclesiae constitutionibus semper a Deo, sed substantia definitionum.

---

[12] Decretum concilii tridentini de libris sacris, ab Ecclesia tamquam canonicos receptis cf. *Conc. Oecon. Decr.* 639-40.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De concilio et romano pontifice

1. Concilium generale licet a pontifice romano legitime congregatum, et sub eius obedientia perseverans praesidentibus et consentientibus legatis apostolicis, nondum est de fide. Nec eius decreta (nisi in summi pontificis speciali instructione contineantur) sunt de fide, antequam a papa confirmentur.

2. De facto nullum unquam romanorum pontificum fuisse haereticum probabilius est, et a nostris strenue defendendum; posse vero ut hominem [328] ac doctorem privatum haereticum esse, probabile facit communior scholasticorum opinio; licet contrarium satis pie credi possit.

3. Papa si potest haereticus esse, non desinit esse verus et legitimus papa prius, quam declaretur haereticus vel ipsa facti notorietate vel generalis[13] concilii sententia.

4. Probabilius est non deponi tunc papam a concilio iudiciaria ac superiore potestate, sed a Deo immediate posita concilii declaratione, ut conditione sine qua non.

5. Tempore schismatis si post diligentem Ecclesiae inquisitionem, quis sit verus papa, nescitur aut dubitatur, perinde est ac si nullus esset papa.

6. Apostolicae traditioni magis consentaneum est, papatum episcopatui romano annexum esse iure divino.

7. Male sonans ac periculosum est sentire, in canonizandis sanctis ac religionibus approbandis papam errare posse.

8. Antequam papa vel concilium aliquid definiant de fide et moribus, divino tenentur praecepto humanam inquisitionem ac discussionem adhibere.

9. Infallibilitas non est promissa divinitus huic discussioni, sed conclusioni.

10. Licet haec discussio maior minorve pro rerum gravitate esse debeat, non potest tamen tanta rei gravitas esse, ut papa indigeat generalis concilii discussione ad infallibiliter definiendum. [329]

11. De fide est papae definitio, cum dicit: Contrarium anathema sit, haereticum est, repugnat Ecclesiae, evangelio, Scripturae et huiusmodi.

12. Nec secundum privatam opinionem, sed ex cathedra respondet remque de fide statuit esse, cum papa ad id de quo consulitur, directe, absolute et sine haesitatione respondet.

13. Probabilius est esse de fide immediate, eum qui iam electus et ab Ecclesia receptus est pro vero papa, esse verum et legitimum papam; neque id locum habere dumtaxat, postquam papa aliquod edidit decretum fidei, sed etiam antea.

De traditionibus

1. Divina traditio est, quam, licet in Scripturis non habeatur, ex ore Christi acceperunt apostoli; et haec est de fide.

2. Idem iudicium est de apostolica traditione, quam ut instrumenta Spiritus Sancti seu Spiritu Sancto dictante apostoli tradiderunt Ecclesiae.

3. Est et quaedam apostolica traditio, quam apostoli ut Ecclesiae gubernatores sanxerunt; et haec recipit dispensationem per apostolicam Sedem, nec est de fide.

4. Multo minus apostolica quaedam traditio, quae non tam ius continet, quam historiam quandam iam inde a tempore apostolorum deductam. [330]

---

[13] In Libro erronee «generali», sed in manuscripto P. Tucci, auctoris «generalis»; cf. supra, adn. 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Doctorum Autoritate

1. Cum sancti doctores in aliquo consentiunt, est praeceptum Ecclesiae, ne ab illis recedatur in iis, quae sunt fidei et morum et in expositione Scripturae.

2. Si unanimis doctorum sanctorum consensus affirmat, aliquid esse de fide aut dogma Ecclesiae, id est de fide, non propter eorum autoritatem definiendi res fidei, sed indicandi et testificandi, quod aliunde est de fide.

3. Sin doctores, cum consenserint, non asserant id esse de fide, sed quod docent, probent ex Scriptura vel ex traditione vel ex Ecclesiae definitione, et haec ipsa per se evidentia sint, ipsa per se faciunt rem de fide.

4. Sin Scripturae et Ecclesiae sanctiones non sunt adeo clarae et evidentes, tunc quod unanimi doctorum consensioni adversatur, non est haereticum, sed erroneum, si tamen quod doctores docent, asseveranter doceant.

5. Siquid unanimiter docent scholastici theologi, de quo nihil patres dixerant, sunt de ipsis faciendae eaedem fere distinctiones, quae supra de sanctis doctoribus factae sunt, licet non eodem plane gradu. [16] ...

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

COMMENTARIOLUS*

Huic formulae, quo planius intelligatur, commentariolus videtur adscribendus; quo primum ratio reddatur, cur ex multis, quae excogitari poterant, haec potissimum formula placuerit; deinde praecipuis quibusque difficultatibus, quas illa videtur afferre, satisfiat.

Utque priorem partem aggrediamur, patres, quibus id negotii delatum fuit, non temere ac fortuito in hanc formulam devenere, sed et multiplicem iniere divisionem, et non semel, nec leviter de hac tota re deliberarunt, tamquam de summa et cardine suarum consultationum.

Veniebant sane in mentem tres potissimum methodi ac formulae. Una quidem, quae generalibus aliquot regulis contenta nihil distincte ac particulatim de singulis sententiis decerneret. Altera vero, quae nihil universim praeciperet, sed de unaquaque quaestione quid sentiendum esset, enucleate praescriberet. Postrema denique, in qua, duabus prioribus tamquam extremis praetermissis, medium quoddam iter teneret, hoc est, quaedam in genere statueret, ad alia vero explicite definienda descenderet. Tribus autem ex iis formulis novissima probata est.

---

* In secunda parte *Commentarioli* haud pauci antiquiores theologi iterum iterumque et non raro incomplete citantur; quare operae pretium fore duximus eorum nomina hic exhibere:

Aegidius Columna Romanus O.S.A. († 1316).
Albertus Magnus, S., O.P. († 1280), germanus.
Anselmus, S., O.S.B. († 1109), lombardus.
Aureolus, Petrus, O.F.M. († 1322), gallus.
Boethius, Anicius, M.T.S. († 524), scotus.
Bonaventura, S., O.F.M. († 1274), italus.
Caietanus (Thomas de Vio – † 1534), italus.
Capreolus, Ioannes, O.P. († 1432), gallus.
Cassianus, Ioannes († 435c).
Durandus, Gulielmus († 1296), gallus.
Faustus de Riez († 499c), gallus.
Ferrariensis, Silvester Franciscus, O.P. (1474c-1528), italus.
Gabriel, Biel († 1495), germanus.
Gregorius Ariminensis O.S.A. († 1358), italus.
Henricus Gandavensis, O.S.A. (saec. XIII), belga.
Hervaeus, Natalis, O.P. († 1323), gallus.
Marsilius de Inghen († 1396), germanus
Ockam, Gulielmus, O.F.M. († 1347), anglus.
Paludanus, Petrus, O.P. († 1342), gallus.
Richardus de Medio Villa, O.F.M. (1249c–1302), anglus.
Richardus a S. Victore, O.S.A. († 1173), scotus.
Scotus (Duns), Ioannes, O.F.M. († 1308).
Soncinus, Paulus Barbus, O.P. († 1495), italus.
Thomas de Argentina, O.S.A. († 1357), germanus.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Prima namque methodus, quo videbatur expe-[17]ditior, eo minus pollicebatur utilitatis. Siquidem P. etiam Franciscus Borgia eam viam ingressus est, et de opinandi ratione generaliter multa sanxit[1]. Quae tamen parum obstitere, ne ex eo tempore pleraque nostris acciderent, quae nec periculis, nec aliquot discordiae seminibus vacarunt[2]. Ipse etiam P. Generalis Claudius Aquaviva secundo sui generalatus anno nonnulla statuit in genere de sentiendi libertate cohibenda[3]. Quae tamen satis non fuisse, quotidianum declaravit experimentum, cum crebrae ad ipsum perferantur litterae ex variis provinciis de nostrorum professorum vel nimia contentione, vel opinionibus non admodum probatis. Idcirco prima haec methodus facile reiecta fuit.

Ad alteram postmodum ventum est; quae, licet multum sponderet perspicuitatis dilucida omnium explanatione quaestionum, continuo tamen improbata est; tum quia in immensum extraheret hoc opus, expositum praesertim pluribus eventis, quibus intercursantibus facile potuit intercipi; tum quia diuturnae huius operae utilitas fuisset prope nulla, cum in theologica facultate pleraque certa sint de fide; multa etiam ita recepta ac perspicua, ut definitione non indigeant; tum demum, quia intolerandum nostris iugum videretur, si omnia docere cogerentur ex praescripto, nulla reliqua facta potestate libere opinandi ullis de rebus. Quin etiam tam severis legibus ingenia nostrorum non modo astringi non debent in omnibus theologiae quaestionibus, sed ne in iis quidem quas S. Thomas [18] pertractat, probatissimum licet autor. Itaque disertis verbis, nec semel affirmavit R.P. Generalis, nolle se penitus inhibere, ne liceret nostris ulla in re a S.Thoma recedere. Et merito sane, tum ne profiteri sectam aliquam videremur, iurati in verba magistri[4]; tum quia Constitutionum 4 Part. cap. 5 sequi iubemur doctrinam securiorem ac magis approbatam[5]. Qualis est quidem S. Thomae theologia in quam plurimis, non tamen in omnibus. Siquidem eius quaedam, paucae licet, sententiae discrepant vel a loquendi modo sanctorum patrum, vel a communiore veterum recentiorumve theologorum schola, cum praesertim ex occasione novarum haereseon excogitata sint a catholicis doctoribus pleraque non minus haereticis confutandis idonea, quam quae S. Thomas suppeditat, in quibus, aliisque id genus, par est doctores alios anteferre. Huc accedit nonnunquam, sinon omnes, aliquos tamen illustres theologos sua quaedam muniisse rationibus nihilo infirmioribus, aliquando etiam melioribus, quam quae S. Thomae suam persuasere sententiam. Atque in iis non apparet, cur aliqua nostris non sit concedenda libertas, ob publicam etiam Ecclesiae utilitatem, cui si tam egregios foetus aliorum religiosorum ac doctorum ingenia pepererunt, aequum non videtur ut ea facultas nostris penitus interdicatur in rebus minime lubricis, et in quibus satis ampla materies patere videtur ingeniis. Quocirca nec primae methodi nimia libertas, nec alterius immodica severitas placuit, [19] sed postremae atque intermediae temperamentum; nimirum ut, positis aliquot in genere decretis, quaedam deinde speciatim vel definirentur vel relinquerentur libera, ex iis etiam quae S. Thomas definit.

Verum in hac etiam intermedia methodo pertractanda non minus, quam in extremis confutandis laboratum est. Siquidem cum illa opiniones aliquas esse velit liberas, alias

---

[1] Decretum Patris Borja de opinionibus in philosophia et theologia tenendis v. MP III 382-85.

[2] De quo catalogo P. Salmerón anno 1582 ad P. Generalem scribens declarabat: «Non satis foeliciter successit»; v. *Epp. Salm.* II 714. Consuli potest etiam scriptum Patris Ledesma, quod anno 1574 in defensionem decreti concinnabat; v. MP IV 196-204.

[3] Decretum de opinandi professorum libertate cohibenda datum est mense septembri anni 1582, et inscribitur: «*Quaedam de ratione studiorum in genere*»; v. PACHTLER II 12-14; et MP VI.

[4] HORATIUS, *Epistolae* I/1 14.

[5] *Const.* P. IV c. 5 § 4; MP I 221.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vero definiat, idque vel generalibus praeceptis eas comprehendendo, vel expresse designando, haec tota res quinque fere modis variari posse videbatur. Quorum primus occurrebat, ut tam liberae quam definitae sententiae partim explicite traderentur, partim generali quadam lege notarentur. Alter, ut definitae particulatim designarentur; liberae vero generaliter quaedam, quaedam speciatim. Tertius, ut liberarum explicita fieret enumeratio, definitarum vero explicita partim, partim generalis. Quartus, ut liberae percenserentur distincte, definitae universim comprehenderentur. Novissimus, ut definitio enucleate descenderet ad singulas, libertas autem communi aliquo praecepto subsisteret.

Horum tandem modorum tertius visus est optimus. Primus enim, secundus et ultimus uno praecipue laborant incommodo, quod liberas vel omnes, vel aliquas generaliter indicant. Quod tutum minime est. Siquidem tunc oporteret vel iis, quae definire conduceret, omnibus sigillatim enumeratis, in reliquis generaliter permittere libertatem. Ea vero [20] enumeratio et inutilis et laboris esset immensi, nec plane fieri potest humano ingenio; vel definitis nonnullis, de caeteris illud universim statuere: Quoties aliqua de re plures sunt opiniones, quae bonis autoribus et rationibus nitantur, sequantur nostri quam maluerint. Id vero lubricum plane est. Quidquid enim et quibuscunque verbis in genere praecipiatur, variis eludi potest interpretationibus, contendente unoquoque bonos autores ac rationes suae potius, quam alienae favere sententiae. Quocirca periculis obviam non satis iretur per hos tres modos; sed ne per quartum quidem, qui liberis paucioribus exceptis distincte, caetera definit universim hoc fere modo: Sequantur nostri doctrinam plurium vel illustriorum doctorum, qui fuerunt aut modo florent. Sed hoc valde perplexum atque implicitum est. Nam nec semper, quo maior est doctorum numerus, eo probabiliora disserit; nec, si S. Thomam excipias, unus aliquis ita caeteros supereminet, ut passim aut plurimum sequendus videatur. Alia Scotus, alia Bonaventura, alia Durandus, alia alii rectius tradidere. Colligere vero optima quaeque de singulis et anceps et prope infinita res est.

Unus est S. Thomas, de quo, si pauca quaedam distincte exposita uniuscuiusque permittantur arbitrio, in reliquis statui generatim posset, ut ab eo nullus abscedat. Sed ne id quidem satis malis omnibus mederetur, tribus potissimum de causis: Primum quidem, quia plerasque S. Thomas vix attingit disputationes, ut [21] de Ecclesia, de conciliis, de pontifice romano, et alias id genus gravissimas; quin etiam in partibus Summae et in articulis S. Thomae nec rarae nec leves intercurrunt quaestiones a S. Thoma non satis definitae, in quibus cum nostrorum lapsus accidere possit; et tanto magis, quod duce S. Thoma careant, de iis quoque nonnihil fuit distincte praescribendum. Deinde, quia nonnunquam communis theologorum schola et vehemens atque efficax ratio in aliquam sententiam S. Thomae dissentaneam propendent; quo loco operae pretium est vel S. Thomam deserere reverenter, si cum aliis commode conciliari non potest; vel si potest, eam moderationem interpretationemque (quoties cum laude ac fructu fieri potest) S. Thomae adhibere, ut caeteris non adversetur. Postremo, quia si S. Thomam interpretandi ius cuilibet liberum sit, dissidebunt de mente S. Thomae non minus, quam thomistae inter se, magis etiam, quo minori vinculo cum S. Thoma coniuncti sunt. Nec expedit, ut in genere aliquem thomistarum semper sequi iubeantur, cum non omnes thomistarum interpretationes sanam receptamque doctrinam sapiant. Et cum modo speciosum atque honorificum sit S. Thomae doctrinam profiteri, conabuntur aliqui sua inventa ex S. Thomae verbis emungere. Nam a multis iam annis cernimus, et saepius quidem, quam vellemus, fieri, ut nonnulli S. Thomam in eam sententiam, quam cupiunt sancire, detorqueant. Securitatis itaque et concordiae ratio postulat, ut in gravioribus quibus-[22]dam locis non modo res ipsa, sed et S. Thomae interpretatio certa statuatur.

Ex iis planum fit, modum tertium, undecim regulis supra expositis comprehensum,

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

esse rebus nostris bene componendis aptissimum. Nam libera quaedam relinquit distincte, quoad eius fieri potest, caetera definit. Definit autem speciatim aliqua, alia generatim; speciatim quidem pauca, quae S. Thomas non disputat; pauciora, quibus S. Thomae nonnullae expositiones meliores indicantur; paucissima, in quibus S. Thomam non sequi satius videtur. Generatim denique de reliquis statuit, ut iuxta S. Thomae sententiam definiantur. Id quod neque durum neque novum existimandum est, cum ab ipsis Societatis nostrae incunabulis S. Thomae doctrinam scholasticam nostris praelegendam esse Constitutiones 4 Par. cap. 14 decernant[6]; quare et regulariter sequendam; id enim ferme deferri solet autori, qui sumitur explicandus.

Itaque P. Generalis regulis ante quatuor annos editis cautum est, ne nisi magnis de causis S. Thomas a nostris deseratur[7]; nec iniuria sane. Nam Constitutionum 4 Par. cap. 5 sequi iubemur in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam, et eos autores, qui eam docent[8]. Eiusmodi vero esse S. Thomae theologiam in confesso est, tum quia omnium maxime theologorum in Scripturis et patribus versatus, et eorum addictus vestigiis, maiorum pietatem sedulo conservavit; tum quia eius doctrina tantae semper in Ecclesia catholica fuit autoritatis, [23] ut et summi pontifices tamquam tutissimam commendaverint, et oecumenica concilia iuxta eam ecclesiastica dogmata saepe declaraverint; tum quia per florentissimas quasque christiani orbis academias maximo nunc est in pretio, ut qui a communiore scholarum consensu cupiunt non abhorrere, nihil iis antiquius esse oporteat, quam, quoad eius fieri potest, sentire cum S. Thoma. Quod onus a Constitutionibus impositum[9], tot clarissimis receptum gymnasiis, a nostris patribus toties commendatum, si per se grave non est, fiet etiam hac formula levius, quae et in nonnullis a S. Thoma nostros eximit, et eum sic plerumque declarat, ut a frequentiore theologorum schola non discrepet.

Hactenus de formula constituenda; quae, si multis affluit commodis, exigendum non est, ne nulla ex parte gravis atque onerosa videatur. Neque enim in humanis, praesertim arduis rebus, optandum est, ut nullis, sed ut quam minimis laborent incommodis. Verum si quas illa prae se fert difficultates, eae non magno negotio tolli possunt aut levari. Id quod distributius ut fiat, illas quinque in capita conferemus ut quantum sit in singulis momenti, facile perpendatur.

Primum caput desumitur ex aliqua molestia, quam nostris afferre possent et praeclusa libertas excogitandi meliora, et tamquam illata quaedam vis ingeniis, si quae non credunt, docere cogantur. [24]

Praecipua sane haec difficultas a multis existimabitur. Sed longe minorem eam putabunt, si cogitent, inveniendi opinandique libertatem non aliam, nec maiorem quaerendam nobis esse, quam patiatur Societas, cui nomen dedimus; eiusque Fundator, qui Constitutionum 3 Par. cap. 1 disertis verbis cavet, ne «novae opiniones admittantur»[10]. Quod tamen suavius ut fieret, additum est hac formula: «Nisi ex consensu praepositorum». In reliquis etiam, quae nova non sunt, sed inter doctores controversa, non liberum singulis delectum reliquit P. Ignatius, sed 4 Par. Const. cap. 5 § 4 «Sequantur, ait, in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam, et eos autores, qui eam docent»[11]. Et ne singulis liberum esset iudicium de magis approbata et securiore doctrina deligenda, statim subdit: «Cuius rei penes rectorem (qui quod statue-

---

[6] *Const.* P. IV c. 14 § 1; MP I 295 297.
[7] Vide supra, adn. 3.
[8] Vide supra, adn. 5.
[9] Cf. MP I-IV 34 § 15 et passim.
[10] *Const.* P. III c. 1 § 18; MI *Const.* III 86.
[11] Vide MP I 221.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tur in universa Societate ad maiorem Dei gloriam, secuturus est) cura sit». Id quod etiam repetit cap. 14 ad finem[12]. Nullus igitur nobis locus factus est conquerendi de adempta docendi sentiendique libertate, quam et nos in Societatem transtulimus, et Societas moderatur iuxta Constitutiones, et Constitutiones eam obstringunt doctrinae, quae communi iudicio magis approbata sit.

Huc accedit, quod modestis piisque ingeniis non qualisqualis est appetenda libertas, sed quae cum virtute coniuncta sit. Potest enim ea res laxari et plus nimio, ut si absurdissima quaeque permittantur; et minus quam oportet, ut si non liceant, quae pro-[25]bantur ab omnibus. Mediocritas igitur optanda; in quaerenda vero, hoc opus, hic labor est. Eam plane aliter alii metirentur. Huius vero formulae scriptores, post sedulam de tota re deliberationem, mediocritatem omnem in eo positam esse duxerunt, ut ingeniorum exercitationi campus aliquis pateat ac libertas; primum in iis, quae libera relinquuntur; deinde in excogitandis distinctionibus et fundamentis, quibus ea quae definita sunt, constabiliantur; tum in iisdem impugnandis, cum publice disputant, quin etiam dum docent, si quae sibi acute obiecerunt, acutius diluant; tum in aliqua novarum quaestionum opinionumque excogitatione, praepositorum tamen iudicio comprobanda, quo tutior sit.

Hactenus agere libere liceat, praeterea nihil fere. Quod non est ingeniis minuere libertatem, sed perficere; non minus quam cum velox equus abstrahitur quidem a spatiis, quibus decurrendis aliquod timeretur periculum; laxatur tamen, ut in apertis tutisque campis, quantum velit, expatietur. Porro doctissimis viris persuasum semper fuit, in probatis receptisque sententiis ingenii vim expromere plus habere subtilitatis, laudis et commodi, quam licentiam ac novitatem opinandi. Habent nostri in iis etiam, quae hic definiuntur, cum perfecta nondum sint, amplam segetem foecundae inventionis, ex qua tamquam suo de partu magnam capiant voluptatem. Quod si plus adhuc desideretur libertatis, experimur quotidie, id totum esse eiusdmodi, ut valde noceat valetudini nostrorum, qui se tam [26] multarum rerum excogitatione conficiunt; nostram omnium existimationem in discrimen adducat; in materiis enim tam lubricis non est omnium tuta inventio. Perturbet concordiam; iam diu enim nescio quae quasi sectarum semina cernuntur[13]. Officiat soliditati scientiae; mavult enim quilibet suos vel incoctos et informes foetus edere, quam alienis acquiescere, donec suo auditorumque malo discat sero tandem recte sapere. Cum praesertim si quis possit iis, quae in commune definita essent, unum aut alterum melius excogitare, peiora multa parturiat. Consulendum quoque fuit iunioribus, ne cum primum ad docendum accedunt, licere sibi credant spectatos diu magistros oppugnare, et in ipso tirocinii limine lacessere veteranos, quod boni auditores et impudentiae genus esse putant, et dolent fraudari se melioribus. Hinc et crebris et publicis altercationibus saepe laeditur religiosae modestiae lex, ut offendantur etiam et ad calumniam provocentur externi; quibus melius resisti non potest, quam consensione nostrorum. Augetur et penuria professorum. Non enim est omnium posse sibi suam fabricari theologiam; ut interea loci praetereatur detrimentum piae meditationis ac devotionis, cui se vacare posse negant multi, novarum rerum molitione distenti. Nulla igitur vis illata est ingeniis, cum et multa reliqua sit libertas, et definiantur recepta tantum, aut valde probabilia, de quibus iure conqueri nullus potest. Et si qua vis esset, bono securitatis et concordiae compensatur, [27] tolliturque nescio cuius vanitatis occasio, qua ductus aliquis posset malle propria venditare qualiaqualia sint, quam

---

[12] *Const.* P. IV c. 14 § 3; MP I 299.

[13] Vide scriptum Patris Ledesma (de quo supra, adn. 2); MP IV 197 § 1/1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

usurpare communia, nec tam cupere Societatis nomen illustrare quam proprium. Huiusmodi si qui fuerint, mirum non erit, si hanc formulam, quae communi deservit existimationi, non probent.

Secundum caput ducitur ex autoritatis ac existimationis iactura, quam faciet Societas. Primum, quia eius professores unam omnes doctrinam tamquam cantilenam occinere videbuntur. Deinde, quia nostrorum theologia non nitetur insigni aliquo doctore per omnia sequendo, qualis est S.Thomas, ob quem aliqui religiosi magni fiunt, suaviorem, utiliorem, honorificentiorem nacti viam, quam nos. Magis etiam sibi consentientem, cum unum sequantur autorem. Contra vero, cum haec formula sit quaedam opinionum collectio ex variis doctoribus, non habet eam partium connexionem, ut unum doctrinae corpus efficiat. Denique, quia doctrina Societatis non commendabitur, ut modo a doctissimis viris commendatur, quod nostri non uni tantum doctori seu formulae alligati, in omnibus sint optime versati.

Haec tria, si recte perpendantur, amplificabunt potius existimationem nostram. Ac primum, quod ad doctrinae pertinet unitatem, novi nihil praecipitur. Constitutionibus id cautum est 3 Par. cap. 1 § 18 iis verbis: «Doctrinae differentes non admit-[28]tantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris»[14]; et infra littera O ad finem: «In opinionibus etiam, in quibus catholici doctores variant inter se vel contrarii sunt, ut conformitas etiam in Societate sit, curandum est»[14]. Nullus itaque magis debet esse solicitus de Societatis existimatione, quam eius parens atque institutor, qui doctrinae existimationem non ex opinionum compugnantia, sed ex consensu docuit esse quaerendam, magisque suos alumnos decere sensit bonum nomen ex concordia, quam quicquid discordiae pollicentur. Ob quas non raro accidit, ut non minus nostri inter se, quam cum externis pugnent, aut etiam gravius, cum externa nonnunquam admiremur, nostratia fastidiamus; aliena plane res tum a consilio et cogitatione Fundatoris nostri, tum a religiosarum omnium familiarum consuetudine; cum praesertim non raro opinandi diversitas in voluntatum etiam simultatem derivetur, dicatque alius «Ego sum Apollo», alius vero:«Ego sum Cephae»[15]. Qua pernicie cum maior nulla sit, libentius multo ferenda est aliqua doctrinae iactura, quam concordiae. Et si diligenter attendatur, ad instituti nostri scopum multo magis confert vinculum pacis et unitas animorum, quam modica quaedam doctrinae accessio tot iactata contentionibus. Tametsi doctrinam etiam uberiorem et faciliorem copiam numerumque professorum concordia nobis allatura sit, si quilibet non in suum quendam, sed in communem aliquem agrum bene colendum conferat industriam; contra vero [29] nihil plane certi, nihil solidi in nostrorum doctrina esse potest, si quae unus statuit, alter evertit, non quod semper meliora cogitaverit, sed ne alieni ingenii opera videatur profecisse. Interdum etiam nihil refert, istone, an alio modo res statuatur; sed dum alieno praesidio indigere nolumus videri, fructum alium pene nullum ex novo labore reportamus, quam dissensionem. Sapienter igitur doctrinae conformitas nostris Constitutionibus commendatur. Tametsi tum ut aliquid indulgeretur ingeniis, tum quia nonnunquam in utramque partem aequis prope ponderibus veritas iactari potest; tum ne publicae disputationes restincto pugnantium ardore languescerent, satis magna varie sentiendi libertas permittitur. De qua paulo ante dictum est.

Quod vero de S. Thoma per omnia sequendo addebatur, ex Constitutionibus non habetur. Praelegi namque S. Thomam iubent, autorem vero, quem praelegimus, ut plurimum

---

[14] MI *Const.* III 86.
[15] Cf. 1 Cor. 1 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sequi solemus, non est item necesse, ut in omnibus. Quin et contrarium significant Constitutiones, quibus amplecti iubemur securiorem et magis approbatam doctrinam, et autores qui eam docent. Docet eam quidem S. Thomas ut plurimum, non semper tamen, et nonnulla longe pluribus non probantur. Ad illustrandum igitur potius, quam ad obterendum Societatis nomen pertinere videtur haec formula, cum nihil aliud contineat quam vel S. Thomam probe intellectum, qui afferet potius, quam auferet existimationem; vel communiores ac receptas iam opiniones, quae [30] ipsae sibi faciunt autoritatem. Nullum hinc igitur periculum minuendae existimationis, sed potius ex propriis singulorum inventis ac licentia. Quod si aliqui religiosi magni fiunt ob S. Thomam, ob eundem et nostri magni fient, et multo magis, quod in sequendo S. Thoma, quicquid est laudis, commune cum illis haberent; si quid vero vitii, aliqua concessa libertate tolleretur, nec nostris, quod illis obiiceretur, quod ne latum unguem a S. Thoma recedant, coguntur interdum tueri quaedam, quae defenduntur aegerrime et communiter improbantur.

Ad haec, laudatur quidem a multis, quod nostri sint in omnibus doctoribus versati; at libere sentire quae velint, passim reprehenditur a praelatis gravissimis ob pericula et levitatem ingeniorum et semina discordiarum. Itaque cum anno superiore quidam e nostris patribus iussu R.P. Generalis significasset Ill.mo Card. Sabello[16] a nostris haberi congregationem de stabiliendis opinionibus, laudavit ille consilium et subiecit: «Id vero vobis maxime necessarim est; nam ob aliquam libertatem, nonnunquam in tribunali nostro habitus est sermo de doctrina vestra». Tolletur hoc offendiculum, si innotescat, praescriptum nostris esse, ut non doceant nisi, vel S. Thomam recte expositum, vel communiores receptasque sententias.

Neque vero timendum est, ne quae ex variis sunt collecta doctoribus, parum apte cohaereant inter se ad unum doctrinae corpus. Siquidem apte [31] posse cohaerere omnia ex eo patet, quod alia relinquantur libera, alia definiantur iuxta contrave S. Thomam. Et in liberis professorum est videre, cum a S.Thoma recedunt, an cohaerenter loqui valeant. Nam si non valent, quis eos a S. Thoma cogit recedere? In definitis autem iuxta S. Thomam aperta consensio est. Contraria denique S. Thomae pauca sunt, eaque caeteris definitis non adversari, compertum est ab eorum compilatoribus. Neque mirum, neque enim omnia, quae unius sunt doctoris, ita connexa sunt, ut uno convulso necesse sit multa convelli. Neque ea, quae diversorum sunt autorum, ita omnia pugnant, ut unius propria omnibus propriis alterius opponantur. Id quod et communis conceptio et usus declarant. Nam in quotidianis lectionibus professores unum modo, modo alterum sequuntur autorem, pertexuntque doctrinae corpus ex variis doctoribus, cohaerenter tamen loqui se putant universi.

Tertium caput emergit ex nimia definitarum rerum, quas vel formula vel S. Thomas habet, multitudine. Haec enim et memoriam reddit perplexam, anxio semper professore, ne quid forsan in S. Thoma lateat, quod in mentem non venit; et obest perpetuitati; durum enim iugum videtur, nec durabile; et perturbat concordiam inter professores et studiorum praefectos; nam si auctis legibus, augetur et occasio lapsuum, augeri quoque necesse est contentiones eorum, qui monent et monentur. [32]

Est quidem aliquod onus multitudo rerum definitarum, sed si quod onus est, a Constitutionibus est impositum, quae paucis esse contentae non possunt, cum nostros

---

[16] Iacobus Savelli († 1587), card. creatus a. 1539; ab anno 1560 vicarius Romae; cf. *Encicl. Catt.* X 1973 et MP II-IV 1013 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tam in iis, quae catholicorum consensus recipit, quam in iis, de quibus discrepant doctores, iubeant esse concordes. Nec iniuria, quia doctrinae, sicut et vitae, perfectio multis indiget. Propterea nec ulla gens pluribus legibus arctatur, quam christiana; nec aliqua religio magis ligatur suis, quam nostris nos Constitutionibus et decretis. Non itaque metuendum est, ne hoc onus, quod a Constitutionibus ortum habet, durabile non sit apud eos, quibus Constitutionum observantiam semper in pretio futuram esse confidimus. Tametsi nec nova nec singularis nec onerosa nostris videri debeat haec multitudo, quia non minus numerosam tolerant aliae quoque religiones iuratae in verba S. Thomae vel Scoti vel alterius, cum praesertim nostri non adstringantur ad rationes S. Thomae, quas aliqui religiosi patres acriter tuentur passim nec minus quam conclusiones. Qui si liberam habent S. Thomae interpretationem, nostri vero certam in paucis gravioribus, non est quod eorum aliorumve maiori invideant libertati. Haec enim quam ipsorum nonnullos faciat discordes in scribendo, audaces in inveniendo, parum solidos in docendo nonnunquam, obscurum non est.

Ex hac vero multitudine si quis accidet memoriae lapsus, est ille quidem et infrequens et levis et facile corrigitur. Et si semel aut iterum perle-[33]gatur haec formula, haerebit fere viris doctis. Nam de S. Thomae sententiis, quae vulgatissimae sunt vel per se vel per interpretum operam, facilis suberit recordatio.

Quod autem de professorum et praefectorum contentione dicitur, retorqueri facile potest. Idcirco namque indigne illi ferunt, si moneantur, quod ea sibi vident interdici a praefecto, de quibus, cum nihil adhuc certi Societas constituerit, hoc ipso libertatem videtur indulsisse. Et aliquando nec doctrina nec ingenio putant se minores esse iis, a quibus monentur. Suspicantur etiam interdum leviora sibi denegari, cum aliis graviora concedantur. Nec raro comparant praefectum cum praefecto; cumque videant, quod prohibetur ab uno, ab altero condonari, si quid in eorum doctrina reprehenditur, id non tam doctrinae, quam reprehendentis vitio tribuunt. Quae offensionum occasiones tolli nequeunt, nisi certa quaedam designentur non unius arbitratu, sed plurimorum; nec ex tempore, sed maturiore consilio, nec uni aut alteri, sed omnibus. Libentius enim patientur communi consensu Societatis praescribi sibi quaedam, non solum quia tutiora, sed etiam quia probabiliora quam unius praefecti iudicio quicquam sibi ut periculosum prohiberi. Huc pertinet, quod Aristoteles lib. I Rhetor. et S. Thomas I II q. 95 art. 1 ad 2 docent, paucissima esse iudicis arbitrio committenda; omnia vero, quae commode possunt, comprehendenda legibus. Idque probant, tum quia facilius reperiuntur pauci sapien-[34]tes, qui satis sint legibus condendis, quam multi, quot requiruntur ad iudicandum omnibus locis ac temporibus; tum quia leges longo tempore et experimento maturius sanciuntur, quam quotidiana iudicia; tum quia legislatores cum universim et de futuris iudicent, iudicant incorruptius. Itaque quaecunque possunt legibus expediri, expedienda sunt; quae vero non possunt lege praestari, quale est et iudicium de singularibus quibusdam, quae nequeunt lege comprehendi, et interpretatio legis, si qua paulo obscurior sit, iudici tamquam legi animatae reservanda sunt. Quae omnia quadrant etiam in praefectos; eoque magis, quod quicquid ab eorum censura pendet, nec perpetuum esse potest, cum illi subinde commutentur; nec concors et commune toti Societati, sed tot censurae, quot capita praefectorum. Quare publica Societatis autoritate definiendum est, si quid est definiendum.

Quartum caput existit ex eo, quod ipsa genera opinionum non ea delecta ac definita videntur, quae oportebat. Nam tria tantum propositionum genera videntur definienda: Unum earum, quae aliquam habent cum religione ac pietate connexionem; alterum earum, quae versantur in materia gravi, ut quia sunt vel tanquam principia quaedam, ex quibus alia pendent, vel facile exposita periculis, habentibus in re fundamentum aliquod, non voluntariis tantum: haec enim ad artem non pertinent; tertium earum, quae sunt opiniones aut omnium aut [35]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

certe maioris partis praestantium theologorum. Neque addendum est quartum genus earum, quae magis firmis rationibus ac fundamentis nituntur, quam earum contrariae. Hoc enim genus in primo vel tertio continetur. Siquidem quae sint firmiores rationes, non potest ex ipsis rationibus iudicari, cum saepe accidat, ut eadem argumenta alicui demonstrationes, alteri sophismata videantur. Hic vero trium generum delectus si servaretur, paucarum definitio satis esset, nec oporteret statuere, ut paucis exceptis, in reliquis a S. Thoma non recedatur. Hac enim lege necesse est comprehendi multas S. Thomae conclusiones levissimas; cum contra satis sit, ut nostri in uno doctrinae genere conveniant, qualis est doctrina S. Thomae, ne diversae quasi sectae inducantur. Abunde quoque consuleretur concordiae, quia definitis quibusdam principiis, ex quibus alia pendent, in caeteris non saepe contingit, ut nostri dissentiant; et si dissentiant, levissimum est perturbandae concordiae periculum.

Haec omnis difficultas minoris plane momenti est, quam videatur. Nam primum, tria priora genera non sunt satis, sed quartum etiam adiiciendum, quod validis nititur rationibus. Propter has enim autoribus existimatio accedit aut decedit; iisque adducti nonnunquam solemus vel sequi minus eximios scriptores, vel deserere clarissimos. At de rationibus, inquies, varium ac multiplex solet esse iudicium. Solet plane, sed idem quadrat in primum et secundum genus opinionum, cum plerumque al-[36]tercemur, sitne aliqua sententia gravioris, an levioris materiae; et coniunctane cum pietate, an abiuncta penitus. De quibus, si quid statuendum esse putabit Societas, id statuere non poterit, nisi ex iudicio suorum doctorum. Cur non hoc ipsum adhibere potest in expendendis rationum momentis? Deinde definiantur, esto, tria priora tantum genera. At haec tria non modicam continent definiendorum multitudinem, et numerosiorem, quam primo videatur aspectu. Attingamus aliquid de singulis seorsim, et ordiamur a primo, quod sententias cum pietate connexas amplectitur. Nam quomodo oportet esse connexas, ut quae definiantur, dignae sint? Itane, ut illis pernegatis, penitus ac manifesto ruat pietas? At hae de fide fere sunt, et quia plus nimio certae, hic non exprimendae. An quando maxime favent pietati ac fidei, ita ut per illas facile defendatur; sine illis aegre et incommode? At hae paucae non sunt. Indicabimus aliquas, ex quibus consimiles coniici possint.

Definitum est, non repugnare per Dei potentiam angelum simul esse posse in multis locis adaequatis[17]. Quibusdam id valde referre non videbitur. At revera maxime pertinet ad pietatem, ut id non solum de angelo, sed etiam de quolibet corpore definiatur, propter Eucharistiae sacramentum; non solum quia haec communior opinio est, ut Scoti, Richardi, Aureoli, Gabrielis, Okam, Marsilii, sed etiam quia omnes ferme, qui nostra aetate disputant cum haereticis, probant ex Scripturis et patribus posse idem [37] corpus circumscriptive esse simul in multis locis; cum praesertim omnia, quae circumscriptivae positioni eiusdem corporis in duobus locis repugnant, repugnent etiam sacramentali. Nam haeretici non posse idem Christi corpus esse in coelo naturaliter, et in altari sacramentaliter, non aliis probant argumentis fere, quam iisdem, quibus aliqui theologi probant repugnare, ut idem corpus sit simul in duobus locis circumscriptive.

Item definitum est, in Deo proprie et formaliter esse iustitiam[18]. Supervacuum id aliqui putabunt, cum non sit maior ratio de iustitia, quam de caeteris attributis. At meminerint, de iustitia esse peculiarem difficultatem eo, quod Deus nulli debeat. Propterea aliqui theologi negarunt Deum esse proprie iustum. Hinc etiam negant haeretici merita nostra, quae in iusti-

---

[17] Vide *De opinionum delectu;* supra, p. 10 § 21.
[18] Vide *ib.* p. 9 § 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tia Dei et nostra fundantur. Pertinet itaque maxime ad pietatem, ut definiatur, esse in Deo proprie iustitiam, non metaphorice.

Item definitum est, praedestinationis nec rationem, nec conditionem esse ex parte nostra[19]. Id ad pietatem parum pertinere, dicet aliquis. At hanc Augustini doctrinam non modo communior theologorum schola iam recepit, sed et Ecclesiae patres per 1200 circiter annos; qui id contendunt probare ex Scripturis et responsis pontificum romanorum; nempe Zosimi, Xysti, Caelestini, Leonis, Gelasii; apud quos Massilienses[20], Cassianus, Faustus, aliique huius praedestinationis oppugnatores male semper audierunt. Idem est de causa reprobationis iudicium[21], cum ab iisdem patribus utrumque [38] traditum sit.

Item definitum est, infallibiliter a Deo praecognosci, quid quibus positis factura voluntas esset, etiamsi nunquam factura sit[22]. Hoc sane nemo negabit, esse cum pietate connexum, qui noverit in Scripturis a Deo multa praedici futura esse, si quaedam alia ponerentur, quae tamen postea non fuerunt. His vero praedictionibus potuisse subesse falsum, minus pie sonat, cum non alia de causa mysteria fidei infallibilis veritatis esse credamus, nisi quia Deus ea dixit. Sunt et alia id genus multa.

Nunc de secundo genere, in quo reponuntur materiae graviores, ut principia, ex quibus alia pendent, vel in quibus aliquid timetur periculi. Hoc vero genus longe lateque patet. Nam primum, de quibus id intelligitur principiis? An de communissimis? At in iis quis aberrat? Non ideo tamen non erratur in reliquis. An de iis, quae singulis fere paulo gravioribus quaestionibus propria sunt? At haec et quam plurima sunt et immixta materiis omnibus theologiae, levissimis quibusdam exceptis. Deinde, quod additur de periculis, habentibus in re fundamentum, nihilo minus hoc caput numerosum est, cum nulla pene sit theologiae quaestio paulo gravior, in qua timeri non possit periculosus aliquis lapsus vel in conclusione, quae defenditur, vel in aliqua praemissarum, quibus illa probatur, vel in vi consequentiae, vel in modo loquendi, vel in aliqua distinctione seu fundamento, quod supponitur, cum praesertim pleraeque res ita nexae atque implicatae inter se sint, ut nonnullae, [39] quae nullius esse momenti videntur, si non sapienter statuantur, obsint non parum rerum graviorum definitionibus. Quod si omnes lapsuum occasiones tolli non possunt, tollantur quam plurimae. Tametsi, ne illa quidem pericula negligenda videntur, quae, etiamsi ex rebus ipsis non nascantur, accidere tamen possunt saepenumero ex tanta professorum, quos habet Societas, varietate. Neque enim omnes abundant otio ad res mature circumspiciendas; et si otio, non tamen copia librorum; si libris, non ingenio; et si ingenio, non diuturna docendi consuetudine; neque semper habent, quos consulant aut sequantur; et si habent, concessa tamen libertate frui malunt.

Horum vero periculorum habendam esse rationem, satis ostendit id, quod saepe auditum est, cum R.P. Generalis diceret, nempe, quoties illi perscribitur ex provinciis de nostratis alicuius lapsu in S. Thoma perperam interpretando, vel in male opinando simpliciter, se aliud praestare non posse, quam auditis aliquot doctorum, qui Romae sunt, sententiis, rescribere, ut ea res retractetur vel, sicut oportet, explicetur. Esse vero longe consultius lapsum antevertere, et doctores, qui post non probatae doctrinae offendiculum consulendi forent, multo ante et in commune consulere, ut unusquisque professor ob oculos habeat, quid sequi, quid cavere debeat, si non in omnibus, at in plurimis; praesertim in iis, in quibus scitur iam aliquando erratum fuisse. Tunc enim ita res suas quisque componet, ne quaerere cogatur medicamenta post vulnus. [40]

---

[19] Vide *ib.*, p. 9 § 12.
[20] Haeretici semipelagiani; cf. *Lex. f. Theol. u. Kirche* VII (1962) 158 et IX 650-52.
[21] *De opinionum delectu;* v. supra, p. 9 § 13.
[22] Vide *ib.* § 8.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Hactenus de secundo genere. Accedamus ad tertium earum opinionum, quae sunt aut omnium aut certe maioris partis praestantium theologorum. Hoc autem genus magnopere quidem recipiendum est. Sed quid de iis, quae vel inter paucos controvertuntur theologos, vel communiore una opinione non constant, divisis varias in partes doctoribus? Licebitne in iis omnibus dissensio nostrorum? At Constitutiones 3 Par. cap. 1 lit. O: «In opinionibus etiam, inquiunt, in quibus catholici doctores variant inter se vel contrarii sunt, ut conformitas etiam in Societate sit, curandum est.»[23] Qui locus, esto, non cogat, ut omnia ad liquidum sint definita concorditer, non patitur tamen laxitatem tantam, ut praeter communiores sententias, caeterae, quae sunt illis longe plures, dissidentium arbitrio permittantur. Huc accedit quod, si communiorum dumtaxat fiat delectus ac definitio, non modicus inde numerus excresceret, cum in singulis prope materiis aliqua occurrat eiusmodi, et plures illae sint, quam nonnullis videri possint.

Id quod ut exemplis etiam planum fiat, definitum est: Infallibiliter a Deo praecognosci non modo quae futura sunt actu, sed etiam in iis, quae nunquam futura sunt, quid quibus positis futurum esset[24], etiam in liberis actibus; hoc est, infallibiliter a Deo praecognosci de qualibet voluntate creata conditionales has propositiones. Si haec ponerentur et illa, haec voluntas se libere determinaret in hanc partem contradictionis. Videri posset haec opinio singularis Durandi, qui (1. *Sent.*, distinct. 38 [41], quaest. 3) docet: ex eo quod Dei perspicacissimus intellectus penetrat tam causae liberae naturam eiusque omnes inclinationes, quam concursum omnium aliarum causarum, a quibus impediri voluntas vel inclinari potest, infallibiliter videre, in quam partem contradictionis se libere determinatura sit. Ex qua Durandi opinione consequens est, sicut ex perspecta qualitate voluntatis aliarumque causarum, quae actu erunt, certo videt Deus, quid futurum sit actu, certo etiam videre, quid futurum esset, si illae ponerentur. Id sane necessario consequens est ex opinione Durandi; sed haec opinio non est solum Durandi, sed illustrium quoque theologorum; nempe Alberti Magni (in *Summ.*, Par. I, tract. 16, q. 61, memb. 5 in princ. corp., et memb. 6 in fin., et q. 63 art. 2 Par. 1 ad. 3), Bonaventurae (1. Dist. 40 art. 2 q. 1 num. 24), Aegidii Romani (*ibidem*, q. 2 art. 2), Thomae de Argentina (*ibidem*, q. unica art. 3 ad 6 cont. primam conclusionem; et ad 1 pro errore Ciceronis, et dist. 38 et 39 q. unic. art. 2 ratione 3); Marsilii (lib. 1 q. 40 art. 2 conc. 4 ad fin. et inf. ad 2 contra conclusionem 7 et in 3 Par. articuli 2 supp. 5 et ad 6 rationem principalem). Hi vero pro hac sententia allegant S. Augustinum (lib. 5 *de Civite Dei* cap. 9), Boetium (lib. 4 et 5 *De consol. philosophica*), Anselmus (*Liber de concord. praesc. et lib. arb.*); qui id non obscure docent, si bene perpendantur. Idem quoque docuit S. Thomas (lib. 1 *cont. Gentil.* cap. 67 ratione 3).

Huc accedit, quod harum conditionalium propositionum praescientia non solum est necessario [42] consequens ad opinionem supradictam, sed etiam ad doctrinam eorum doctorum, qui futura contingentia praecognosci in ideis sentiunt, si ideae intelligantur, ut eas exponit Caietanus (*1. Par. q. 14 art. 13*), Capreolus (*1. Sent., dist. 38 q. 2*), Soncinas (*ibidem*) et alii. Eadem quoque conditionalium propositionum cognitio consequitur necessario ex opinione Scoti (1. *Sent.*, dist. 39 q. unica), iuxta quem, si futura contingentia divinus intellectus ex eo infallibiliter praescit, quod divina voluntas determinavit ea efficere per tales causas contingentes, consequens est, si alia sic determinaret facere, positis iisdem aliisve causis, alia quoque praesciturum infallibiliter. Tandem idem sequitur ex opinione

---

[23] Vide MI *Const.* III 86.

[24] Vide *De opinionum delectu*, ex I P. § 8; supra, p. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ocham (1. *Sent.*, dist. 38), Gregorii Ariminensis (*ib.* q. 2), Gabrielis (*ibid.* q. unica), qui sentiunt divinam essentiam ex infinita sua perfectione habere, ut sit infallibilis ac intuitiva cognitio, et veracissimum ac evidentissimum iudicium omnium entium actualium et possibilium, et omnium modorum entis ut necessitatis et contingentiae, et quae pars contradictionis sit futura in nostra libertate. Quae verba abstrahunt ab actuali existentia, et nituntur sola perspicacia infinita divini intellectus penetrantis omnes modos entis tam actuales quam possibiles. Ex iis patet, cognitionem illarum conditionalium propositionum vel includi vel necessario esse connexam omnibus divinae praescientiae modis, quos doctores varii varios posuere.

Exemplum aliud. Definitum est, in Deo esse tres relativas subsistentias; esse etiam unam com-[43]munem, absolutam et essentialem[25]. Non defuerint fortassis, qui hanc doctrinam soli tribuant Caietano. Verum ea nihil est receptum magis apud theologos. Nam subsistentiam, ut significat rationem per se existendi, propriam substantiae, esse in Deo unam et absolutam, et competentem deitati ut substantiae, etiam praeintellectae ante omnes origines et relationes, docent Scotus (1. *Sent.*, dist. 5 q. 2 tertio principaliter, difficult. 3, et dist. 26 q. unic. ad primum pro. 4 via, et 3. *Sent.*, dist. 1 q. 2 § Ad quaestionem, in fine; et dist. 5 ad 1 q.), Durandus (1. *Sent.*, dist. 26 q. 1 num. 6; et 3. *Sent.*, dist. 1 q. 2 num. 7), Bonaventura (1. *Sent.*, dist. 23 art. 2 q. 1 in corp.), Thomas Argent.(1. *Sent.*, dist. 26 q. 1 art. 3 ad 3 et 8), Marsilius (lib. 1 q 26 art. 3 tribus primis conclusionibus; et art. 4 ad 2 dub. et ad rationem pro parte affirmativa quaesiti; et q. 30 art. 2 ad 4 et 10 contra conclus. 3), Henricus Gand. (in *Sum.* art. 53 q. 6 ad 4 et *Quodlib.* 5 q. 8 et *Quodl.* 6 q. 1), Albertus Magnus (in *Sum.*, Par. 1 tract. 10 q. 43 memb. 1 ad 3 opinionis 2. Ibidem ad opin. 3 et memb. 2 art. 1 in solut.), Aegidius Rom. (1. *Sent.*, dist. 23 q. 2 3 et 4), Richardus de Med. Vill. (1. *Sent.*, dist. 27 art. 1 q. 3 in corp. et dist. 23 art. 2 q. 2). Idem non solum Caietanus, sed omnes thomistae, videlicet Herveus (*Quodl.* 10 q. 4 art. 3 sub initium; et infra, ubi declarat, quid sit distingui in esse suppositi), Palud. (3 Sent., dist. 1 q. 2 in 2 princ.art. 2 ad 1 et 2), Ferrariensis (in lib. 4 *contra Gent.* cap. 26 dub. 2 Attend. 3), Capreolus (1. *Sent.*, dist. 26 q. 1 in respons. ad argum.), qui multa S.Thomae loca pro hac [44] sententia allegat. Pro eadem quoque allegantur ab iisdem theologis S. Augustinus (lib. 7 *de Trin.* cap. 4 et 6), Boetius (lib. *de duabus nat.*), Anselmus (in *Monolog.* c. 43), Richardus a S. Victore (lib. 4 *de Trinit.* c. 12 13 16 19 20 33).

Praeter hanc autem substantialem et absolutam subsistentiam esse adhuc tres subsistentias relativas, ut subsistentia significat non modo ipsam personam et suppositum, sed etiam modum essendi incommunicabiliter, vel proprietatem distinctivam, docent Scotus (in *Quodl.* q. 4 art. 2 in fine et q.5 art. 3 ad 3); et locis praeallegatis Richardus a S. Victore, Richardus a Med. Vill., Albertus Magnus, Aegidius Marsil., Gandavensis, Capreolus et S. Thomas (I Par.s q 29 art. 2).

Possent et alia id genus exempla proferri, sed haec satis. Ex quibus possit de aliis iudicari. Quod autem adiicitur, paucorum definitione principiorum satis caveri, ne sectae introducantur, utque unum fiat doctrinae genus proprium S.Thomae, speciose potius, quam utiliter ac solide dicitur. Non enim doctrina S. Thomae universa quaedam res est, ex qua singulae deducuntur ac pendent eius opiniones; sed ex variis coagmentatur sententiis, quarum quaedam quibusdam, aliis aliae, modo paucioribus, modo pluribus, aliquae pene nullis connexae sunt. Quare, nisi ad singulas aut ad maiorem earum partem descendatur, non potest ex iis conflari unum quasi doctrinae genus, S. Thomae proprium; nisi dicas, in-

[25] Vide *ib.*, p. 9 § 15.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

signibus tantum S. Thomae sententiis esse nostros astringendos, non omnibus propemodum, in [45] quibus leviores quasdam oportet admisceri, in quibus non dissidetur, aut sine periculo. Verum de iis etiam experimur dissideri. Nec ad concordiam perturbandam magnopere interest, in magnisne, an in parvis dissideatur. Non enim solum rei gravitas, sed etiam aemulatio alit contentiones, ut nonnunquam de uno vocabulo loquendique modo acerbissima altercatione pugnetur. Plane quid levius, quam illud: An Deus sit in spatiis imaginariis?[26] At hoc ipsum quot solet excitare tragaedias? Quae si in nonnullis ferendae sunt exercitationis gratia, non tamen in plurimis, ne in levioribus quidem; tum quia, si in iis doctrinae non pietas, at conformitas periclitatur; et utramque in pretio haberi iubent Constitutiones; tum quia, cum in iis utraque ferme pars probabiliter defendi possit, si in alteram nostri partem propendere debent, ut solent, non est ratio, cur S. Thomam deserant. Nam ut caetera paria sint, illud amplius est, quod ut eius doctrina celebrioribus approbatur academiis, ita magis congruit Constitutionibus.

Quintum caput enascitur ex proprio quarumdam sententiarum, quae praescribuntur, vitio. Aliae namque philosophorum potius sunt, quam theologorum. Aliae iuxta S. Thomae mentem definitae, quae tamen ab eo discrepant. Aliae non tam aliquid definiunt, quam loquendi seu res explicandi modum tradunt. Aliae denique nihilo magis dignae, quae in liberis seu in definitis numerentur, quam pleraeque aliae; [46] quae praeteritae cum sint, id argumento est, accidisse, ut quarumdam dumtaxat hic mentio fieret, propterea quod contigit, eas antea fuisse opiniones sex patrum, a quibus compilatae sunt.

Hoc quod particulatim adversus quasdam sententias obiicitur, distributius refelletur, si singula seorsim membra perpendantur, hoc fere modo:

Aliae philosophorum sunt potius quam theologorum. Ergo non tractentur a nostris theologis. — Sed, quoniam tractantur ab omnibus, nonne curandum fuit, ut tractarentur congruenter receptis philosophorum principiis, ne liceret cuilibet theologo novam sibi condere philosophiam. Tametsi in iis, quae philosophica tantum sunt, multum sit libertatis indultum in regula nona.[27] Nam quae ita philosophica sunt, ut theologicis implicata veritatibus, sine harum iactura vix possunt everti, oscitanter praetereunda non fuere. Qualia sunt quae Dei efficientia, libertate, infinitate, aliisque id genus demonstrandis statuuntur. Horum namque demonstratio, licet ad philosophum quoque pertineat, quia tamen id raro facit, exclusus angustia temporis, et theologus eam partem iamdiu sibi vendicavit, ut idoneam in primis ad expugnandos atheismos, qui inter haereticos et quosdam plus nimio philosophos non parum nunc debacchantur, operae pretium fuit imponere theologo, ut ea demonstrari posse non abneget; idque praestare nitatur, cum praesertim nostros esse oporteat absimiles iis, qui sibi sapientes et peracuti tum denique videntur, cum [47] quae de Deo cognoscimus, obscura esse omnia, nuda fide niti, inexplorata sensibus et ingeniis, delitescere disputaverint, eversis rationibus egregiis, quibus ea probantur a caeteris. Qui tamen, cum sua quaedam demonstrare se iactant, nihil excogitare solent firmius alienis rationibus, quas labefactaverant. Porro sicut temerariae vanitatis est demonstrationes polliceri in iis etiam, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, sed annuntiata sunt nobis tantum Spiritu Sancto misso de coelo[28]; ita rudis atque hebetis ingenii est, videre posse clarissimam lucem ac subtilitatem argumentorum, quibus multa de Deo constans theologorum schola demonstrat.

---

[26] Vide *ib.* § 2, p. 7.
[27] Vide *ib.*; reg. 9; p. 13.
[28] 1 Cor. 2 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Aliae iuxta S. Thomae mentem definitae, quae tamen ab eo discrepant. — Aliqua sane hic definita seu libera sunt, quae a S. Thomae dissentiunt, prout ab aliquot antiquioribus thomistis exponitur. At ex verbis S. Thomae id plane non constat. Quod et recentiores thomistae, qui in clarissimis nunc docent academiis, observarunt, ac propterea recedunt a prioribus non raro; et laudabili sane consilio. Animadvertunt enim, saepe S. Thomam tam commode trahi posse ad antiquiorum expositiones, quas ut singulares sententias oppugnarunt plurimi, quam ad contrarias, quas plerique omnes vel olim vel nunc amplectuntur; ii etiam, qui controversias cum haereticis disputant, arbitrati, commodius res aliquas fidei posse defendi fundamentis aliis, quam sint ea, quae priores thomistae tribue-[48]runt S. Thomae. Itaque neoterici thomistae fessi disputationibus cum salva S. Thomae autoritate possint vel cum reliquis theologicis, si quando longe probabilius hi loquuti videntur, convenire, vel res aliquas fidei reddere faciliores ad intelligendum, noluerunt se veterum interpretationibus semper astringere. Id quod et hac in formula servatum est, ut (quod optimum est) nostris congruentem temporibus haberemus theologiam. Subiiciemus aliqua exempla perspicuitatis causa.

Permissum est, doceant, qui velint, cum Scoto, Durando, Bonaventura, Ariminensi, Gabriele et aliis, in primo instanti suae creationis potuisse angelum peccare [29], saltem peccato omissionis; et hoc, quia respectu cuiuscunque actus, etiam circa ultimum finem et bonum in communi, viatorem habere libertatem exercitii, quae sufficit peccato omissionis, fatentur omnes. Putabunt aliqui, hoc esse contra S. Thomam, qui (I parte q. 63 art. 5) negat, in primo instanti potuisse esse in angelo ullum actum inordinatum liberi arbitrii, quia prima operatio est ab autore naturae. At haec S.Thomae verba sonant solum peccatum commissionis, a cuius negatione non apparet necessaria illatio ad peccatum omissionis negandum, quod sine ullo peccato commissionis esse potest iuxta S. Thomam (I-II q. 6 art. 3 et q. 71 art. 5), ubi docet, esse posse peccatum purae omissionis sine ullo actu voluntatis. Imo S. Thomas fatetur, in primo instanti habuisse angelum libertatem exercitii. At haec sola sufficit purae omissioni. Quare si S. Tho-[49]mas cum probabilissima opinione reliquorum doctorum vel convenit, vel commode exponi potest, ut conveniat, quae necessitas est, ut ad improbabilem opinionem, quam nusquam expressit, trahatur? Exemplum alterum.

Definitum est, suppleri a divina essentia vicem speciei intelligibilis citra ullam prorsus informationem[30]. Hoc, dicet aliquis, est contra S. Thomam, passim dicentem, uniri divinam essentiam cum intellectu ut formam non in esse naturali, sed secundum esse intelligibile, et per se ipsam facere intellectum in actu primo. Verum haec exponi possunt dupliciter. Primo, ut haec unio sit quaedam informatio per modum formae, et hoc est quod communiter reiicitur, quia intelligi vix potest, quomodo informet vere secundum esse intelligibile, non secundum esse naturale. Secundo modo, ut haec unio sit sola essentiae immediata, sed extrinseca assistentia ad effective determinandum intellectum ad hoc obiectum, et haec dicatur actus primus, quia hac posita, sic est intellectus in actu primo potens videre Deum, ut esse solet, cum informatur specie intelligibili aliorum obiectorum. Et hoc est esse formam secundum esse, non naturale, sed intelligibile, quia perficit intellectum non ad essendum formaliter aliquo modo, sed ad intelligendum, quod ante non poterat, effective determinatus ab extrinseco. Certe, cum priorem modum nunquam S. Thomas exprimat, et cum commode trahi possit ad posteriorem, qui et facilior et receptior est, non apparet, cur a S. Thoma recessisse dicantur, [50] qui posteriorem amplectuntur.

---

[29] Vide *De op. del.*: Ex I P. § 15; supra, p. 9.
[30] Vide *ib.* § 6.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Exemplum adhuc aliud. Non prohibentur docere, qui velint, Filium et Spiritum Sanctum produci per notitiam et amorem creaturarum etiam secundum esse possibile, non actuale[31]. Alienum a S.Thoma videbitur nonnullis, Spiritum Sanctum procedere per amorem creaturarum secundum esse possibile. At hoc est maxime consequens ad doctrinam S. Thomae; secundum quem, cum Verbum per intellectum, Spiritus Sanctus per voluntatem procedat, expresse addit (I Par. q. 34 art. 3 ad 2), relationes divinas ad creaturam, consequentes actionem immanentem, ut scire et velle, esse aeternas; et Verbum ideo ab aeterno referri ad creaturas, quia in nomine Verbi importatur relatio, consequens immanentem actionem. Quae ratio S. Thomae vel non valet in Verbo, vel non magis in Verbo, quam in Spiritu Sancto. Quod vero afferre quis posset ex antiquioribus thomistis, cognitionem quidem ferri in res, ut sunt in cognoscente, amorem vero tendere in res amatas, ut sunt in se, valet de amore efficacis electionis ac beneficentiae, non de amore complacentiae; quomodo artifex amat opus suum, cum repraesentatur in idea, antequam velit illud facere, et quod nunquam facturus est, cum praesertim amor nihil aliud sit, quam complacentia boni, ut expresse docet S. Thomas (I-II q. 25 art. 2). Quin etiam prius res aliqua placet, et quia placet atque amatur, ideo bene illi volumus et benefacimus, ut aperte patet in S. Thoma (II-II q. 27 art. 2). Sunt et alia [51] id genus pleraque quae, si recte perpendantur, non parum S. Thomae consentanea reperientur.

Aliae non tam aliquid definiunt, quam loquendi, seu res explicandi modum tradunt. — Verum hoc non nisi raro fit et cum refert non parum. In quaestionibus enim fidei, quales in theologia tractantur quam plurimae, dissident nostri, et periculose nonnunquam dissident, non de rerum veritate, sed de modo eas explicandi. Quamquam nonnunquam definitionem gravium quaestionum opinari possent aliqui, nihil esse aliud quam modum loquendi vel explicandi res. Verbi gratia: Definitum est, angeli et animae substantiam esse in loco[32], Contra eos, qui id negant, et angelos non nisi metaphorice ponunt in loco. Item, relationem divinam non tantum secundum esse In, sed etiam secundum esse Ad esse realem[33]. Contra alios, quibus Ad non videtur esse reale. Item, nullum privari sufficientibus auxiliis ad salutem[34]. Contra eos, qui praestituunt certam peccatorum mensuram, post quam tollunt divinum auxilium. Item, praedestinari non esse in nostra potestate[35]. Contra aliquos, qui id docent, quamvis negent praedestinationis causam ex nobis. Item, alia huiusmodi, de quibus aut graviter disputari solet, aut turpiter errari. Quocirca putandum non est, iis nihil aliud doceri, quam loquendi seu res explicandi modum.

Aliae denique nihilo magis dignae etc. — Pri-[52]mum, quod accidisse diceret aliquis, haec placuisse sex patribus, a quibus compilata sunt, infirmum per se est, nisi aliunde roboretur. Hoc enim genus cavillationis in omnes leges et hominum deliberationes posset intendi, si quid valeret. Deinde, eorum, quae acta sunt, rationes satis firmae redditae videntur. Et illa fuerit satis, quod definitum nihil est, nisi quod S. Thomas docet vel communior theolo- gorum schola. In liberis vero seligendis, ob causas ante memoratas, non tam spectata fuit materiae levitas, ob quam plura debuissent opinantium arbitriis indulgeri, quam autorum rationumque momenta. Quae cum nihilo minus in aliorum, quam in S. Thomae sententias inclinant, in iis se S. Thomae alligari aegerrime ferrent non pauci. Eam ob rem, si in ullis, in iis potissimum sententiis fuit toleranda libertas. Postremo, testati

---

[31] Vide *ib.*, p. 7 § 8.
[32] Vide *ib.*, p. 10 § 21.
[33] Vide *ib.*, p. 9 § 16.
[34] Vide *ib.* § 14.
[35] Vide *ib.* § 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sunt non semel sex patres deputati, nec voluisse se, nec potuisse propositiones omnes vel definiendas vel liberas designare. Idcirco optare se ut, si quae aliae huiusmodi occurrant professoribus aliis, eas proponant. Neque vero, si ab illis vel ab aliis non poterunt omnia comprehendi, praetermittenda sunt quam plurima, quae commode possunt. Nec enim legislatores definire possunt casus omnes fortuitos, nec medicinae autores morbos universos, neque rei nauticae scriptores omnia pericula. Prudenter tamen, quaecunque potuere, complexi sunt.

Illud vero non dissimulandum, ex locis S. Thomae obscurioribus longe plura primum fuisse hic [53] exposita a patribus deputatis; qui tamen postea, multis recisis, pauca retinuere; tum ne horum multitudo videretur onerosa, tum quo minus de suo apponerent, magis integro S. Thoma relicto liberis ingeniorum exercitationibus.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

[Bulla Pii Papae v et Gregorii xiii [1]]

Quo magis nostrorum doctrinae et securitati consulatur, operae pretium fuit hic etiam subiicere Pii v et Gregorii xiii bullam, nondum satis omnibus notam ac pervulgatam; qua nonnullae cuiusdam doctoris lovaniensis[2] propositiones damnantur; ut iis bene perspectis, facile intelligant nostri, cum ad has quaestiones devenerint, quid eos sequi, quid cavere oporteat in docendo. Est autem bulla huiusmodi:

Gregorius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut ea quae a praedecessoribus nostris emanarunt, suadente maxime fidei catholicae conservatione, ubicumque ipsis opus est, producantur. Quare nos tenorem literarum felicis recordationis Pii papae v praedecessoris nostri, in eius registro repertum, describi et praesentibus annotari fecimus. Qui talis est:

Pius episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ex omnibus afflictionibus, quas in hoc loco a Domino constituti tam luctuoso [55] tempore sustinemus, ille animum nostrum praecipue excruciat dolor, quod religio christiana, tantis iam pridem turbinibus agitata, novis quotidie propositis opinionibus conflictetur, Christique populus, antiqui hostis suggestione dissectus, in alios atque alios errores passim et promiscue deferatur. Quantum vero ad nos attinet, totis viribus conamur, ut illi simul atque prosiliunt, penitus opprimantur. Magno etenim maerore afficimur, quod plerique, spectatae alioquin probitatis et doctrinae, in varias sententias offensionis et periculi plenas cum verbo tum scriptis prorumpunt, deque eis etiam in scholis invicem controversantur. Cuiusmodi sunt sequentes:

[1] Nec angeli nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia.

[2] Sicut opus malum ex natura sua est mortis aeternae meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vitae aeternae meritorium.

[3] Et bonis angelis et primo homini, si in statu illo permansissent usque ad ultimum vitae, felicitas esset merces et non gratia.

[4] Vita aeterna homini integro et angelo promissa fuit intuitu bonorum operum; et bona opera ex lege naturae ad illam consequendam per se sufficiunt.

[5] In promissione facta angelo et primo homini continetur naturalis iustitiae constitutio, qua pro bonis operibus, sine alio respectu, vita aeterna iustis promittitur.

[6] Naturali lege constitutum fuit homini ut, si in obedientia perseveraret, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset.

[7] Primi hominis integri merita fuerunt primae creationis munera; [56] sed, iuxta modum loquendi Scripturae Sacrae, non recte vocantur gratiae; quo fit, ut tantum merita, non etiam gratiae debeant nuncupari.

---

[1] Brevis bullarum historia enarratur ap. Denzinger, *Enchiridion symbolorum* ... (1976) 427-37; ubi recensentur earum variae editiones et exhibetur etiam textus.

[2] Michael Bajus (de Bay – 1513-1589), belga, professor philosophiae et theologiae in universitate lovaniensi; cf. *Dict. Theol. Cath.* II 38-111.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[8] In redemptis per gratiam Christi nullum inveniri potest bonum meritum, quod non sit gratis indigno collatum.

[9] Dona concessa homini integro et angelo, forsitan non improbanda ratione, possunt dici gratia; sed, quia secundum usum Scripturae nomine gratiae tantum ea munera intelliguntur, quae per Iesum male merentibus et indignis conferuntur, ideo neque merita, nec merces, quae illis redditur, gratia dici debet.

[10] Solutionem poenae temporalis, quae peccato dimisso saepe manet, et corporis resurrectionem proprie non nisi meritis Christi adscribendam esse.

[11] Quod pie et iuste in hac vita mortali usque in finem conversati vitam consequimur aeternam, id non proprie gratiae Dei, sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutae iusto Dei iudicio deputandum est. Nec in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam institutionem generis humani; in qua lege naturali institutum est, ut iusto Dei iudicio obedientiae mandatorum vita aeterna reddatur.

[12] Pelagii sententia est: Opus bonum citra gratiam adoptionis factum, non est regni coelestis meritorium.

[13] Opera bona, a filiis adoptionis facta, non accipiunt rationem meriti ex eo, quod fiunt per spiritum adoptionis, inhabitantem corda filiorum Dei, sed tantum ex eo, quod sunt conformia legi, quodque per ea praestatur obedientia legi.

[14] Opera bona iustorum non accipient in [57] die iudicii extremi ampliorem mercedem, quam iusto Dei iudicio mererentur accipere.

[15] Dicit, rationem meriti non consistere in eo, quod qui bene operatur, habeat gratiam et inhabitantem Spiritum Sanctum; sed in eo solum, quod obedit divinae legi. Quam sententiam saepius repetit et multis rationibus probat fere toto libro[3].

[16] In eodem libro saepius repetit, quod non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate.

[17] Dicit, sentire cum Pelagio, qui dicunt, esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum deificum.

[18] Dicit, opera cathecumenorum, ut fidem et poenitentiam ante remissionem peccatorum factam, esse vitae aeternae merita. Quam vitam non consequentur catechumeni, nisi prius praecedentium delictorum impedimenta tollantur.

[19] Videtur insinuare, quod opera iustitiae et temperantiae, quae Christus fecit, ex dignitate personae operantis non traxerint maiorem valorem.

[20] Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur poenam aeternam.

[21] Humanae naturae sublimatio et exaltatio in consortium divinae naturae, debita fuit integritati primae conditionis; et proinde naturalis dicenda est et non supernaturalis.

[22] Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Roman. 2: «Gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt, faciunt»[4] intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.

[23] Absurda est eorum sententia, qui dicunt, hominem ab initio dono quodam supernaturali et gratuito supra conditionem naturae fuisse exal-[58]tatum, ut fide, spe, charitate Deum supernaturaliter coleret.

[24] A vanis et otiosis hominibus, secundum insipientiam philosophorum, excogitata

---

[3] Agitur de libro: «*De operum meritis*» inscripto.

[4] Rom. 2 14.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

est sententia, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturae superaddita fuerit largitate Conditoris sublimatus et in Dei filium adoptatus. Et ad pelagianismum reiicienda est illa sententia:

[25] Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia.

[26] Integritas primae creationis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed naturalis eius conditio. Quam sententiam repetit et probat per plura capitula.

[27] Liberum arbitrium sine gratiae Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.

[28] Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum.

[29] Non solum fures ii sunt et latrones, qui Christum viam et ostium veritatis et vitae negant, sed etiam quicunque aliunde, quam per Christum, in viam iustitiae, hoc est, ad aliquam iustitiam conscendi posse dicunt[5].

[30] aut tentationi ulli sine gratiae ipsius adiutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur aut ab ea superetur.

[31] Charitas perfecta et sincera, quae est ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta[6], tam in cathecumenis, quam in poenitentibus, potest esse sine remissione peccatorum.

[32] Charitas illa, quae est plenitudo legis[7], non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.

[33] Cathecumenus iuste, recte et sancte vivit et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quae in baptismi [59] lavacro demum percipitur.

[34] Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut autor naturae, et gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est et commentitia, et ad illudendum Sacris Literis et plurimis veterum testimoniis excogitata.

[35] Omne quod agit peccator vel servus peccati, peccatum est.

[36] Amor naturalis, qui ex viribus naturae exoritur, ex sola philosophia per elationem praesumptionis humanae, cum iniuria crucis Christi, defenditur a nonnullis doctoribus.

[37] Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturae solis viribus ortum ducit, agnoscit.

[38] Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur (quae a Ioanne prohibetur), aut laudabilis illa charitas, qua «per Spiritum Sanctum in corde diffusa»[8] Deus amatur.

[39] Quod voluntarie fit, etiamsi in necessitate fiat, libere tamen fit.

[40] In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati.

[41] Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum nomen libertatis a peccato.

[42] Iustitia, qua iustificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quae est operum iustitia; non autem in gratia aliqua animae infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, et secundum interiorem hominem renovatur, ac divinae naturae consors efficitur, ut sic per Spiritum Sanctum renovatus deinceps bene vivere et Dei mandatis obedire possit.

---

[5] Cf. Ioan. 10 1.
[6] 1 Tim. 1 5.
[7] Rom. 13 10.
[8] Rom. 5 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[43] In hominibus poenitentibus ante sacramentum absolutionis, et in cathecumenis ante [60] baptismum est vera iustificatio, separata tamen a remissione peccatorum.

[44] Operibus plerisque, quae a fidelibus fiunt, ut mandatis Dei pareant (cuiusmodi sunt obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abstinere), iustificantur quidem homines, quia sunt legis obedientiae et verae legis iustitiae; non tamen iis obtinent incrementa virtutum.

[45] Sacrificium missae non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus, quod fit, ut sancta societate Deo homo inhaereat.

[46] Ad rationem et definitionem peccati non pertinet voluntarium; nec definitionis quaestio est, sed causae et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium.

[47] Unde peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem, a qua originem habuit.

[48] Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulo eo, quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium.

[49] Et ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus decedens sine regenerationis sacramento, quando usum rationis consecutus erat, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet et legi Dei repugnet.

[50] Prava desideria, quibus ratio non consentit et quae homo invitus patitur, sunt prohibita praecepto: *Non concupisces*[9].

[51] Concupiscentia sive lex membrorum et prava eius desideria, quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

[52] Omne scelus eius est conditionis, ut suum autorem et omnes posteros eo modo inficere possit, [61] quo infecit prima transgressio.

[53] Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum maioribus.

[54] Definitiva haec sententia, Deum homini nihil impossibile praecepisse, falso tribuitur Augustino[10], cum Pelagii sit.

[55] Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

[56] In peccato duo sunt: actus et reatus; transeunte autem actu, nihil manet, nisi reatus sive obligatio ad poenam.

[57] Unde in sacramento baptismi aut sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, et ministerium sacerdotum solum liberat a reatu.

[58] Peccator poenitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui poenitentiam suggerens et inspirans vivificat eum et resuscitat; ministerio autem sacerdotis solus reatus tollitur.

[59] Quando per eleemosynas, aliaque pietatis opera Deo satisfacimus pro poenis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant; nam alioquin essemus, saltem aliqua ex parte, redemptores. Sed aliquid facimus, cuius intuitu Christi satisfactio nobis applicatur et communicatur.

[60] Per passiones sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartiuntur, ut digni simus, qui pretio sanguinis Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur.

[61] Celebris illa doctorum distinctio: Divinae legis mandata bifariam [62] impleri; altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum; altero quantum ad certum

---

[9] Cf. Ex. 20 17.

[10] Augustinus, *De peccatorum meritis et remissione; et de baptismo parvulorum;* lib. II c. 6 § 7; PL 44 155.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quemdam modum; videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum aeternum, hoc est, ad modum meritorum, commentitia est et explodenda.

[62] Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex obiecto et omnibus circumstantiis rectum est, et bonum, quod moraliter bonum appellari consuevit; vel quia est meritorium regni aeterni eo, quod fit a vivo Christi membro per spiritum charitatis, reiicienda putatur.

[63] Similiter et illa distinctio duplicis iustitiae; alterius quae fit per spiritum charitatis inhabitantem; alterius quae fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis et in eo charitatem diffundentis, qua divinae legis iustificatio impleatur, odiosissima et pertinacissima reiicitur.

[64] Denique et illa distinctio duplicis vivificationis; alterius qua vivificatur peccator, dum ei poenitentia et vitae novae propositum et inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius qua vivificatur, qui vere iustificatur et palmes vivus in vite Christo efficitur, commentitia iudicatur et Scripturis minime congruens.

[65] Non nisi pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus sive non malus; et gratiae Christi iniuriam facit, qui ita sentit et docet.

[66] Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

[67] Homo peccat etiam damnabiliter in eo, quod necessario facit.

[68] Infidelitas pure nega-[63]tiva in his, quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.

[69] Iustificatio impii fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem et inspirationem gratiae, quae per eam iustificatos faciat implere legem.

[70] Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram charitatem; et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.

[71] Per contritionem etiam cum charitate perfecta et cum voto suscipiendi sacramentum coniunctam, non remittitur crimen, extra casum necessitatis aut martyrii, sine actuali susceptione sacramenti.

[72] Omnes omnino iustorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum, unde Iob et martyres quae passi sunt, propter sua peccata passi sunt.

[73] Nemo praeter Christum est absque peccato originali. Hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum; omnesque eius afflictiones in hac vita, sicut et aliorum iustorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.

[74] Concupiscentia in renatis, relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur peccatum, est sicut et alii habitus pravi.

[75] Motus pravi concupiscentiae sunt pro statu hominis vitiati, prohibiti praecepto: *Non concupisces*[11]. Unde homo eos sentiens et non consentiens transgreditur praeceptum: *Non concupisces;* quamvis transgressio in peccatum non deputetur.

[76] Quamdiu aliquid concupiscentiae carnalis in diligente est, non facit praeceptum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*[12]. *[64]*

[77] Satisfactiones laboriosae iustificatorum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatam.

[78] Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio.

---

[11] Ex. 20 17.
[12] Dt. 6 5; Mt. 22 37.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[79] Falsa est doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari et institui sine iustitia naturali.

Quas quidem sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullae aliquo pacto sustineri possent, in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento, haereticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas et in pias aures offensionem immittentes respective ac quaecunque super iis verbo scriptoque emissa praesentium auctoritate damnamus, circumscribimus et abolemus; deque eisdem et similibus posthac quocunque pacto loquendi, scribendi et disputandi facultatem quibuscunque interdicimus. Qui secus fecerint, ipsos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis et officiis perpetuo privamus, ac etiam inhabiles ad quaecunque decernimus, vinculo quoque anathematis eo ipso innodamus. A quo nullus romano pontifice inferior valeat ipsos, excepto mortis articulo, liberare.

Caeterum, ut iam commoti his de rebus tumultus et contracta odia facilius comprimi possint, simulque animarum saluti plenius consulatur, dilecto filio nostro Antonio tituli S. Bartholomaei in Insula presbytero cardinali, Granvelano nuncupato[13], per apostolica scripta mandamus, ut ipse quid ad perpetuam dictarum sententiarum et scripturarum abolitionem, quid ad [65] arcenda huiusmodi proloquia et disputationes, quid denique ad unionem et pacem cum communi omnium et Ecclesiae catholicae satisfactione componendum facto opus sit, imprimis diligenter expendat. Deinde in iis omnibus, quae pro communi salute, tranquillitate et honore optimum iudicaverit, salva semper Ecclesiae praedictae unitate, etiam per alium seu alios fide, doctrina et religione praestantes ocius exequatur, faciatque quicquid decreverit inviolate ab omnibus observari. Contradictores quoslibet per censuras et poenas praedictas caeteraque iuris et facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Non obstantibus quod forsitan aliquibus ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; et quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis et literis apostolicis specialibus vel generalibus, quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus praesentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae damnationis, circumscriptionis, abolitionis, interdicti, decreti, mandati, privationis et innodationis infringere, vel ei [65] ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, kalendas octobris. Pontificatus nostri anno secundo.

Caeterum volumus, ut earumdem literarum tenori hic inserto illa ipsa omnino fides adhibeatur ubicunque et quandocunque, sive in iudicio sive alibi ille fuerit exhibitus vel ostensus, sicut illius originalibus literis praedictis adhiberetur, si ipsae exhiberentur vel ostenderentur.

---

[13] Antonius P. de Granvella (Granvelle – 1517-1586), burgundus, card. ab a. 1561; v. GULIK-EUBEL III 43; *Lex. f. Theol. u. Kirche* IV 1166.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae 1579, quarto kalendas februarii, pontificatus nostri anno octavo.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

Domus Prof. Nom. Soc. Ven. Cat. Inscrip.

RATIO ATQVE INSTITVTIO STVDIORVM

PER SEX PATRES AD id iussu R. P. Præpositi Generalis deputatos conscripta.



ROMAE.

In Collegio Societatis Iesu. Anno Domini. M. D. LXXXVI.

Cum Facultate Superiorum.

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

PRAXIS ET ORDO STUDIORUM

Constitutiones in 4 Par. cap. 13 «Ad tractanda, inquiunt, tam facultatum inferiorum, quam theologiae studia dispositio et ordo conveniens tam mane quam vesperi servandus est. Et quamvis pro regionum et temporum diversitate in ordine et statutis horis studio tribuendis possit varietas accidere; omnes tamen in eo conveniant, ut ubique fiat quod inibi magis expedire ad maiorem in literis profectum existimabitur»[1].

Et in Declaratione A «De statutis, inquiunt, lectionum horis, ordine ac modo, et de exercitationibus tam compositionum (quas a magistris emendari oportet), quam disputationum in omnibus facultatibus, et pronunciandi publice orationes et carmina, speciatim in quodam tractatu, per generalem praepositum approbato, agetur seorsum; ad quem haec constitutio nos remittit; id dumtaxat monendo, illa locis, temporibus et personis accommodari oportere, quamvis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conveniat»[1].

Huiusmodi tractatum conscribere cum sex pa-[68]tres iussi fuissent a R.P. Praeposito Generali[2], eum primarias tres in partes digessere. Ac primum de theologia, deinde de philosophia, postremo de literis humanioribus ita disseruere, ut quaecunque ad unum aliquod rerum caput emendandum aut illustrandum pertinere existimabant, in unum ea locum conferrent, quo magis in promptu, ac sub unum pene aspectum tota res haberetur ab iis, a quibus haec omnia recognoscenda sunt. Postquam vero recognita fuerint, dissecandum est hoc tamquam corpus universum in sua quaedam membra, hoc est, in multiplices regulas; quarum aliae auditoribus, aliae professoribus, aliae studiorum praefectis, aliae rectoribus, aliae praepositis provincialibus, aliae aliis assignandae sunt[3]. Exempli gratia: Ad disputationes promovendas praestare quaedam debent, qui docent, quaedam, qui docentur; nonnulla scholarum moderatores, alia qui praesunt collegiis; caetera caeteri. Haec tamen universa uno disseruntur tractu, et tamquam uno spiritu proferuntur, ut omnis cursus ac ratio disputationum ob oculos lectoris quam facillime poneretur. Postea vero sua singulis hinc excerpenda ac partienda sunt munia, et tamquam propriae quaedam leges aut commonitiones iis, ad quos pertinent, dividendae. Aliquas adhuc iidem patres interdum interposuere praefationes aut etiam disputationes, quibus vel facultatem de qua agunt, declarant multo pluris quam

---

[1] *Const.* P. IV c. 13 § 1-2; MP I 285.

[2] Vide *Acta congregationis* ... ; supra, p. 3-4.

[3] Hoc factum est, postquam observationes provinciarum, Rationem studiorum anno 1586 spectantes, Romam transmissae, ibi attente examinatae fuerant; cuius laboris fructus est Ratio studiorum anni 1591 typis expressa; quam videsis infra, P. II p. 230-313.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

soleat, aestimandam, vel quae sentiunt, confirmant, adversantia refellunt. Id enim facto opus fuit, ut qui haec [69] diiudicaturi sunt, cognoscerent, quibus ea nitantur rationibus, tametsi diiudicatione peracta, caeteris resectis, ipsae tantum decisiones retinendae evulgandaeque sint.

Et quoniam de studiis bene instituendis agitur, quoquo modo hic praepositis nostris significanda fuerunt etiam quaedam alia, quae magnam cum studiis habent connexionem.

Porro, licet generalis sit iste studiorum ordo, oportuit tamen interdum quorundam collegiorum seu provinciarum fieri distinctam mentionem, eo quod ea loca ab aliis, quae statuuntur universim, viderentur aliquando excipienda seu nominatim comprehendenda peculiaribus de causis, quas operae pretium fuit, et R.P. Praeposito Generali exponere considerandas, et cum aliarum provinciarum doctoribus communicare, ut et ipsi iisdem de rebus, quo transigantur consultius, deliberent.

Iam vero ut a theologia fiat initium, ad eius informandum studium quae pertinent, in capita quaedam tribuentur. Primum enim de Scripturis, deinde de theologia scholastica, tum de controversiis, postremo de conscientiae casibus disseretur. [70]

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

De Scripturis[1]

Omni sane contentione conandum videtur, ut divinarum Scripturarum studium, quod apud nostros parum viget[2], excitetur atque efflorescat. Ad id enim nos hortantur exempla sanctorum patrum, qui semper utilius atque honestius esse putarunt in Scripturas, quam in tot quaestiones incumbere; et Deum audire loquentem per prophetas et apostolos suos, quam in nostris cogitationibus ac speculationibus consenescere.

Magnum sane praesidium Ecclesiae positum videtur in scholasticis disputationibus, sed longe maius in vero ac germano Scripturarum sensu pervestigando. Ex iis enim desumendae sunt veritates, in quibus explicandis scholastici versantur; ut commentarios sequi videantur, relicto textu, qui se totos scholasticae theologiae tradunt, posthabita soliditate Scripturarum. Hoc est quasi mutilos et mancos informare theologos. Qua in re nostra Societas non audit optime, cum certatim ad scholasticam concurratur, Scripturae vero nullus plane sit honor, exercitatio nulla.

Constitutiones certe non scholasticae solum, sed Scripturae etiam, et quidem multo magis studium commendant[3]. Quod etsi per se expetendum sit quovis tempore, praecipue tamen hac tempestate, cum haeretici a scholastica ad Scripturam provocant catholicos; quos in tam sancto pioque exercitationis genere [71] ab haereticis vinci, turpissimum est. Longe vero faedissimum, quod in transalpinis accidit regionibus, catholicos, qui Scripturarum studio delectantur, cum eam theologiae partem iacere apud catholicos animadvertant, vigere autem apud haereticos, ad haereticorum commentarios confugere. Qui tamen, dum student aurum de stercore colligere, ut est in proverbio, plus interdum sordium quam auri reportant. Ea vero re nihil indignius, in Societate praesertim, quae cum percupiat suam theologiam necessitati temporum accommodare, et suos instruere ad pugnandum cum haereticis, nullo armorum genere minus eos muniendos interim curat, quam eo, quo propemodum solo debemus praelia Domini praeliari.

Quin etiam si Ecclesiae pax vigeret maxime, nihil tamen esse oporteret antiquius lectione Scripturarum. Haec enim magnopere, cum in caeteris arescentem spiritum experiamur, non parum alit animorum pietatem. Cuius nisi aliquo quasi pabulo recreentur, qui literis vacant, paulatim fervore pristino tepescente in externas

---

[1] De studio S. Scripturae in Societate Iesu cf. MP I-IV 151 et passim.

[2] Exemplo sint postulata congregationum provinciarum Aragoniae et Castellae anno 1576 facta; v. MP IV 229 et 262.

[3] Cf. *Const.* P. IV c. 5 § 1 et c. 12 § 1; MP I 217 et 281.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

diffluent consolationes, et, inflante scientia, tunc equus nimium saginatus recalcitrabit[4], cum maxime eius opera Societas indigebit.

Concionatores etiam scholasticis tantum imbuti studiis, non raro in suis evanescunt cogitationibus; de Scripturis vero, quas vix primoribus labris degustarunt, aut nihil afferunt in medium, aut parum ad rem, alienis glossis et fucatis argutiis Scripturam adulterantes.

Huic malo vix aliter occurri posse videtur, quam sedula superiorum [72] diligentia in promovendis, exercendis, illustrandis Scripturarum studiis, et iis, qui Scripturae vacant[5]. Hi namque magnam susceperunt provinciam; quam ut sustineant, multis egent praesidiis: linguarum peritia, eruditionis varietate, antiquitatis observatione, scholasticae munimento, ut tuto ac proprie loquantur. Quare cum hoc opus laboriosum maxime sit, sed non adeo honorificum, non mirum, si tam pauci hoc stadium ingrediantur. Quae vero ad huiusmodi studium iuvare possent, haec fere veniebant in mentem[6].

1. Non haereat professor valde in Scripturae quolibet loco, nisi id fructum non exiguum polliceatur. Optandum enim est, ut aliquis fiat progressus; et laudandus videretur, qui uno anno totum v. gr. exponeret Esaiam. Si quod caput paulo facilius occurrat, pauca quaedam ex toto capite difficiliora satis fuerit observare. Neque historiae aliave id genus externa afferenda sunt, nisi eorum magna sit utilitas, ut non aliud docere, quam Scripturam praeceptor videatur. Nam si aliena coacerventur, iis non delectabuntur, nisi pauci quidam otiosi. Caeteri, qui sedulo Scripturae vacant, cum tam pauca de Scripturis animadvertant exponi, privato potius, quam publico studio, quod cupiunt, assequi sperant. Inde schola vilescit et auditorium infrequens est. Quod si quis esset qui in germanum Scripturae sensum strenue pervestigandum incumberet, eoque comperto, ad reliqua gradum faceret, ut uno aliquo anno multa posset percurrere, quam plurimis [73] sane gratissimum esset huius lectiones frequentare.

2. Ad inquirendum exponendumque fideliter et breviter literalem sensum, cuius praecipuam curam oportet esse, haec fere conferre posse videntur. Primo, antecedentia et consequentia conferantur. Secundo, observentur phrases et figurae Scripturarum propriae in omnibus linguis, adductis et expositis locis aliis, in quibus similiter vel aliter una aliqua phrasis sonat. Quo sane pacto fiet, ut intra biennium, quo nostri Scripturae vacant, magnam harum rerum sibi comparent supellectilem, qua ad reliquorum etiam locorum intelligentiam reddantur paratiores. Tertio, hebraea quoque et graeca explicanda sunt atque examinanda, cum vel a latina vulgata editione discrepare videntur, ad eorum conciliationem, quoad eius fieri poterit; vel cum aliarum linguarum idiotismi ad maiorem conferunt sive perspicuitatem, sive e-

---

[4] Cf. Deut. 32 15.

[5] De studiis S. Scripturae promovendis v. litteras Patris Generalis (22 VI 1575) ad praepositos provinciales; MP IV 587-88; et responsa eorum de statu lectionis eius; *ib.* 602-03 (P. Maggio),604-05 (P. Salmeron), 615 (P. Cordeses).

[6] Vide consilia, quae nonnulli hac de re P. Generali suggerebant: Patris Brochaei (MP IV 591-94), Patris Ferrer (214-19), Patris Maldonado (192-94); necnon tractatum PERERA. *De ratione interpretandi S. Scripturam;* in MP VI.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nergiam. Hae vero aliaeve rationes si non subsint, nihil attinet demorari in hebraeis aut graecis exemplaribus; multo minus in eorum vocabulis explanandis lexicon significationum texere. Nec expedit magnam operam ponere in colligendis et excutiendis erroribus aliarum versionum sive latinarum recentiorum sive chaldaicae, syriacae, Theodotionis, Aquilae, Symmachi[7], nisi errores et insignes sint, et probabile aliquod prae se ferant fundamentum. Caeterum, si quid, quod latinae vulgatae editioni fideive nostrae mysteriis faveat, repertum fuerit vel in Paraphra-[74]ste chaldaeo, qui apud iudaeos in honore est, vel in antiquis interpretationibus Aquilae, Symmachi[7], Theodotionis, diligenter observandum videtur adversus iudaeos et haereticos; multo vero magis, si quid huiusmodi fuerit apud Septuaginta interpretes, de quibus honorifice semper loquendum est. Et licet non constet, quid illorum sit in editione graeca, quae nunc extat, quare non est necesse, quicquid in ea legitur, incorruptum esse. Si quis tamen locus Interpretum a patribus plerisque allegatur ac recipitur, defendendus esset.

Quarto, ad id etiam conducunt pontificum et conciliorum canones qui, si quem esse significent cuiuspiam loci literalem sensum, aut ex eo loco fidei dogma aliquod ex instituto constabiliunt, eum nostri literalem esse sensum defendant. Nec fere oporteret alios praeterea literales sensus superaddere, nisi eximiae quaedam faveant coniecturae.

Quinto, patrum quoque vestigiis veneranter insistant, et quem plerique omnes patres sensum aut literalem aut allegoricum esse tradiderunt, eum ut talem complectantur, memores professionis fidei, quam ineundo magisterium iurarunt[8]. Imo cum de uno aliquo sensu inter patres non convenit, si quam patrum interpretationem a multis iam saeculis Ecclesia videtur complexa, ab illa non recedant; tanto magis, si aliae patrum expositiones diversae quidem sint, non contrariae. Si quod autem est fidei dogma, quod fere quam plurimi patres aut theologi ex Scripturis probare contendunt, non dicant nostri, id ex Scripturis probari non posse. Po-[75]tius, si qui probare non possunt, id relinquant.

Sexto, non sequantur rabbinos ut duces[9]; tum quia plerumque nihil supra carnem et sanguinem sapiunt[10]; tum quia verum sensum Scripturarum iam tradidit Christus apostolis eorumque successoribus; tum quia parum fidendum est nostrae religionis adversariis. Quare cavendi potius sunt, nec illis autoritas ulla concilianda est, ne ad eos auditores afficiantur. Idem fere iudicium de quibusdam recentioribus christianis interpretibus, qui plus nimio sequuti rabbinos de vulgata editione latina male merentur. Si quid tamen isti vel rabbini afferant, quod vel vulgatae editioni vel mysteriis fidei faveat, praetermittendum non videtur; caetera vero rarius, etiam si nostris contraria non sint, sed tantum diversa.

---

[7] De vetustioribus versionibus S. Scripturae (Septuaginta, Aquila, Symmachus, Theodotio etc.) cf. *Lex. f. Theol. u. Kirche* II 375-401.

[8] Decretum concilii tridentini de hoc magistrorum iuramento v. in Conciliorum oecumenicorum decreta (1962) 761.

[9] De rabbinis non sequendis ut duces, videas epistolam Patris Ribera (11 ian. 1586) ad P. Generalem datam; vide in MP VI.

[10] Cf. Rom. 8 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. Interpres Scripturae in quaestionibus parcior sit, suique instituti esse putet, solum vel praecipue veram verbi Dei intelligentiam tradere. Quare si in aliquem Scripturae locum incidat, quo theologi scholastici in aliqua disputatione communiter uti solent, in eam quaestionem non digrediatur. Indicet solum, quantum is locus ponderis habeat ad eam quaestionem definiendam. Quin etiam siquis locus nobis cum haereticis controversus sit, controversiam ex eo loco nascentem non explicet, sed graviter et strenue conetur ostendere, illi loco non aliam sententiam congruere, quam catholicorum. Ipsas etiam quaestiones Scripturis proprias tractet breviter et non more scholastico; nec in varia temporum sup-[76]putatione, aut in perscrutandis terrae sanctae locis, aut in huiusmodi parum utilibus multum temporis ponat. Autores, qui de iis plene disserant, satis erit indicare.

4. Moralia, si nota sunt ac trita, verbo uno significentur, annotatis patrum locis, in quibus haec luculentius habentur. Sin adeo pervulgata non sunt, et sapiunt ingeniosum ac perspicax aliquid, non videntur praetermittenda, cum Scripturae lectione non disputatores tantum et lectores, sed concionatores etiam informandi sint. Idem iudicium sit de sensibus allegoricis.

5. Libri historici non explicandi sunt per quaestionunculas, quas aliquando patres usurparunt. Cum enim in disputando nostrum saeculum maxime versatum sit, plus periculi est, ne in disputando, quam ne in contextu explicando haereamus. Quare tamquam fundamenti loco summa capitis perstringatur initio; deinde ad singulas sententias earumque continuationem descendatur. Et si quid est egregium, in singulis annotetur. Tametsi cum totum fere caput dilucidum est, sive habeatur in libris historiarum, sive in libris prophetarum, summa capitis satis fuerit, ut fiat ad difficiliora progressus. Tandem, quo distinctius res tota tradatur, librorum aliqui explicandi sunt ad longum, ut Iob, Psalmi, Prophetae, Ecclesiastes, Cantica, Proverbia, prima capita Geneseos, Evangelia, Epistolae canonicae et Apocalypsis. Caeteri libri percurrantur summatim, annotatis locis solum [77] difficilioribus quorumlibet capitum. Nec liber uno anno inchoatus in alterum reservetur finiendus.

6. In delectu librorum qui quolibet anno legendi sint, haec fere videntur servanda. Primo, abstineatur a repetitionibus earumdem rerum. Quare si duo aliqui libri communem sortiantur materiam, dum unus exponitur, inseratur quicquid proprii habet alter; ita ut ex utroque tota materies integretur, et uno exposito, alterum seorsim interpretari non sit necesse. Hoc modo se habet Deuteronomium ad tres proximos alios libros Mosis; Paralipomenon ad libros Regum, et quatuor Evangelia inter se; quae sic videntur exponenda, ut ex iis Monotessaron conficiatur. Secundo, Novum et Vetus Testamentum alternis annis enarrentur. Tertio, non tam frequenter recurrendum videtur ad eundem librum interpretandum, nisi explicata prius maiore fortassis parte librorum praecipuorum. Nam iste recursus frequens nullam affert utilitatem. Cum enim libri omnes non possint iisdem auditoribus explicari, oportet eos semper carere praecipuis aliquot libris; et fructum, quem ex quibusdam non capiunt, capere possunt ex aliis. Contra vero, crebra eorundem librorum iteratio facit, ut pau-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

corum librorum habeatur notitia et in iisdem semper consenescamus. Quod si subinde alii et alii variarentur, intra paucos annos praecipuae Scripturarum difficultates explicarentur, et per scriptorum communicationem plures reperirentur, qui Scripturam possent interpretari; et habita iam [78] fere omnium praecipuorum locorum notitia, certius et accuratius in singulis exponendis versaremur. Hactenus de Scripturis; nunc ad scholasticam theologiam.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

[De Theologia Scholastica]

De tempore quo scholasticae theologiae curriculum perficiendum sit [1]

Caput primum

Primum quidem, non pauca sunt, quae non minus quinquennio theologiam totam explicandam esse declarant. Nam primo quadriennii brevitas obest magnis progressibus nostrorum scholarium, ut excellentes nunquam vel raro evadant. Experientia enim docet, nunquam exacte potuisse quadriennio perlegi theologiam totam; imo neque primarias quaestiones.

2. Quia in aliquot academiis magnam sibi nostri autoritatem compararunt accurata et quinquennali theologiae pertractatione; ita ut episcopi, inquisitores aliique multum nobis deferant et nostris acquiescant sententiis, cum aliquid dubii occurrit. Ruet haec existimatio, nisi iisdem viis, quibus parta fuit, conservetur.

3. Constitutiones aperte desiderant, ut nostri excellant in theologia[2]. Sed si quadriennium praescribunt, id factum fuit ex eo, quod tunc nondum coeptum fuerat tam sedulo in casus conscientiae et in controversias incumbi; quae cum postmodum accesserint, plus exigunt temporis.

4. Omnium iam academiarum obtinuit usus, ut [80] quinquennium theologiae impendatur; magnum sane praeiudicium de nimia brevitate quadrienii.

5. Multae theologiae partes nondum perfectae sunt, nec eas perficiendi spes reliqua fiet, si circumscripto quadriennio non tam curandum sit, ut aliquid addatur, quam ut multa resecentur. Imo opiniones quas nunc passim damnamus, possent aliquando iure quodam suo reviviscere tamquam nondum plene examinatae. Et vix poterimus esse parati, ut oportet, ad satisfactionem omni poscenti nos de ea, quae in nobis est, spe et fide.

6. Egregios scholastici nostri optant facere progressus in studiis, ne vincantur in oppositionibus, per quas nunc beneficia consequi debent; cum praesertim nostri theologi in iis concursibus frequenter confligant cum casistis et canonistis. Quorum facultates, si a nobis leviter attingantur (quod et oportet, ut vacetur gravioribus), vilescet theologia, cum praelati praeferant versatos in casibus et sacris canonibus, tamquam suo gregi utiliores. Neque vero sperandum est, ut quam in scholis excel-

---

[1] Cf. *Rat. st. Borg.* III § 3; MP II 266. – Quid P. Nadal hac de re senserit, v. MP I 151-52.

[2] Cf. *Const.* P. IV c. 5 § 1 et c. 12 § 1; MP I 215 217 281.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lentiam in casibus aliisque id genus adepti non sunt, privatis studiis adipiscantur. Id enim indiget longo tempore, copia librorum, praestantia ingeniorum, aliisque, quae omnibus esse non possunt.

7. Nostri praeceptores fient doctiores, si plus eis temporis tribuatur ad quaestiones excutiendas. Et satisfacient magis scholaribus, qui si nonnunquam contemnunt sui magistri commentarios tamquam futiles, quid externi facient minus affecti bene. [81]

8. Valetudo tandem praeceptorum periclitabitur, si laborem in quinque annos commode dividendum, totum exantlare cogantur quadriennio. Cum praesertim ad labores tam multa, quae sparsa sunt, colligendi, accedat et onus resecandi, quae minus utilia sunt. In quo delectu et tempore et acri iudicio opus est. Nec libenter intra horam effunditur, quod multis diebus et vigiliis collectum est.

His non obstantibus, videtur sufficere quadriennium. Primo, quia Constitutiones huc inclinant. Nam in 4 parte cap. 15 «Theologiae, inquiunt, curriculum sex annis emetietur. Inprimis quatuor ea omnia, quae legi oportebit, praelegentur»[3]. Quibus verbis non solum praescribitur quadriennium auditoribus ad audiendum, sed etiam professoribus ad legendum; et quidem omnia, quae praelegenda sunt. Et infra: «Quarto quoque anno ordinarie cursus inchoabitur; sic libris praelegendis distributis, ut quolibet quatuor annorum quivis studiosus inchoare possit, et quod reliquum est incoepti quadriennii, et eius quod sequitur quadriennii usque ad illum terminum, unde incoeperat, audiendo, quatuor annis peragere omnino cursum theologiae possit»[4].

At non rediret auditor post quadriennium ad terminum, unde incoeperat, si adhuc intermediae superessent materiae quinti anni. Neque obstat, quod in Declaratione dicitur D: «Si talis esset rerum status in aliquo collegio vel universitate Societatis, ut secundo quoque anno inchoare melius videretur, vel aliquanto post quartum, de consen-[82]su Generalis vel Provincialis fieri poterit, quod magis convenire experimento comperietur». Non obstat, inquam, tum quia aliud est generalem legem condere, aliud cum aliquo collegio dispensare; de qua dispensatione loquuntur Constitutiones; tum quia dicunt: «Aliquanto post quartum annum». Quod ex proprietate verborum paucos significat menses, non annum integrum.

2. Quia usus Collegii Romani, ultra viginti octo annos, satis docuit, quatuor annos sufficere etiam ad doctrinae excellentiam comparandam nostris auditoribus[5], si ingenio non careant; quales multi ex Collegio Romano per hos annos prodiere.

3. Si quintus annus conceditur, paulo post petent et sextum. Sunt enim praeceptores in suis inventis amplificandis naturaliter profusi, et ampliato tem-

---

[3] MP I 303.
[4] MP I 305.
[5] Cf. MP I 442.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pore in multis, plusquam oportet, volent morari, congestis undique materiis ad suas quaestiones locupletandas. Quare iretur in infinitum. Argumento est eborense collegium[6]. Contentum aliquando quadriennio et duobus scholasticis doctoribus, deinde ad ampliorem splendorem additus est tertius doctor scholasticus; tum extendi coepit theologiae curriculum in partem quinti anni. Nunc integrum petunt annum quintum.

4. Si in quinquennium theologia extrahatur, vel toto eo tempore audient nostri vel non. Si audient, nihil incommodius Societati, tum propter iacturam magnam valetudinis, quae vix sufficit quadriennio, praesertim transalpinis in Italia degentibus; tum [83] propter longum taedium eorum etiam qui bene valent; tum quia ob penuriam operariorum vix quatuor annos habere possunt[7], nec habere poterunt crescente quotidie numero collegiorum et multis iam senescentibus; tum quia est praeter usum omnium academiarum, excepta sola fortasse conimbricensi. Sin quatuor tantum annis audiant studiosi, praeceptores vero theologicas quaestiones partiantur in quinque annos, frequenter accidet privari auditores primariis aliquot materiis, quas per se non sine magno labore, copia librorum et otio possunt consequi, etiam egregio qui sint ingenio, nisi privatim rescribere velint, quae alii audiendo exceperunt. Id quod multo laboriosius est, quam audire in scholis. Huc accedit, paucis exceptis, qui designantur ad magisterium theologiae vel philosophiae, caeteros solere a superioribus statim post quatuor annos occupari vel in concionibus vel in confessionibus vel in scholis inferioribus vel in administrationibus locorum Societatis, ita ut, si quas materias non audierunt, nulla reliqua sit spes illis studendi seorsim.

5. Multo satius est inire modum legendi bonum, quam tempus extendere. Hoc enim et nocet valde, nec semper fieri potest. Illud vero et per se expetendum est, et si adhibeatur, nulla temporis prorogatione indigebimus circumcisis his, quae vel inutilia vel minus necessaria sunt, ut infra praescribetur[8].

6. Iisdem de causis nec necessarium est addere ter-[84]tium doctorem scholasticum; tum quia nimium onerarentur collegia, tum quia opprimerentur scholares tot lectionibus, tum quia in auditorum exercitationibus in tres doctores dividendis magna esset confusio, tum quia aliquando neque tertio essent contenti, sed peterent etiam quartum, quo liberius possent singuli suas materias locupletare; tum quia non tam multi suppetunt ubique doctores egregiis, quales oportet esse theologiae professores; tum quia addendi essent plures discipuli, qui possent subinde succedere praeceptoribus, eorum aucto numero; tum quia remedia, quibus quinti anni necessitas tollitur, tollunt et indigentiam tertii doctoris.

---

[6] Vide hac de re epistolam Patris M. Torres S.I, Ebora, die 7 aug. 1574 ad P. Gen. datam; MP IV 38-39.

[7] Ad haec illustranda exscribimus ea, quae P. Manaraeus, visitator prov. ass. Germ. de collegio moguntino referebat: «Laborat alio morbo res theologica in hac provincia, quod nullus omnino inveniri possit in ea, qui quartum studii theologici annum exegerit; sed aestimati sunt hactenus theologi facti, qui tertium annum explevissent. Hinc fit, ut provincia haec valde paucos habeat solide doctos, et qui vel in synodo aliqua, vel inter veros theologos solide et sine tremore sententiam dicere possent» ARSI, *Fondo Ges. 1462*, fasc. 4 *(Acta vis. coll. mog. -1585)*, doc. C.

[8] Vide cap. II: *Quibus adiuvandi remediis duo professores, ut theologiam emetiantur quadriennio;* infra, p. 52-55.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Tametsi hae rationes tanti ponderis esse non videantur, ut nusquam tres scholasticae theologiae professores tolerandi sint; quin immo concedi possent, tum ubi primae fundationis ratio tres exigit; tum ubi nulla est lectio casuum et aegre potest introduci; tum generaliter ubicunque collegii proventus ferre possunt eiusmodi sumptum, nec deest copia professorum, et auditorum tam numerus quam valetudo tot lectionibus impar non est. Haec quibuscunque collegiis praesto fuerint, satius est tres esse professores, quia levatur professorum labor divisus in plures, nec quilibet cogitur multa assiduo studio colligere, ex quibus pauca proferat in publicum. Id quod valde laboriosum est, et quaestionibus maturius examinandis incommodum. Adde quod cum publice docendo doctores egre-[85]gii fieri soleant, quo plures docent, pluribus abundamus egregiis doctoribus. Quocirca nonnullae religiosorum familiae, quo sibi numerosiorem doctorum copiam comparent, plurimos variis in locis conantur habere professores, cum pro auditorum numero pauci satis essent. Apud nos contra, quo theologia ad pauciores contrahitur professores, eo minus eorum numerus propagatur; et qui nunc docent, tanta studiorum contentione citius conficiuntur; auditores etiam et minus intelligunt et magis defatigantur audiendo scribendoque duabus horis properanter, quam tribus paulatim. Conscientiae quoque casus tunc a theologiae professore condiscerent, et quidem magis libenter et accurate.

Quibus positis, facile respondetur ad rationes contrariae opinionis de quinquennio.

Ad primam: Patebit ex remediis intra tradendis.

Ad secundam: Sufficit tuendae autoritati nostrorum, primo, accurata tractatio praecipuarum quaestionum iuxta illud «ex ungue leonem»; si quidem in caeteris brevitas videbitur studiose quaesita propter angustias temporis; secundo, prudentia in discernendis, quae brevius, quae uberius tractanda sint; tertio, vicissitudo amplificandi in alio quadriennio, quae in superiore decursa fuerant.

Ad tertiam: Constitutiones scriptae sunt post multas haereses nostri temporis. Quare et Pater Olavius, vivente P. Ignatio, tractabat controversias[9]. Quarum cognitio necessaria scholastico, si non [86] posset quadriennio comparari, id significaretur in Constitutionibus. Erat et tunc frequens usus casuum conscientiae. Iubemur tamen absolvere theologiam quadriennio. Et experti sumus, id fuisse satis pluribus ad excellentiam doctrinae. Consistit ea namque potius in accurato examine praecipuarum rerum, quam in effusione quadam complectente omnia.

Ad quartam: Varius est usus academiarum. Constat enim in quibusdam rem totam confici quadriennio. Sed quicquid sit de aliis, nostrarum certe et externarum scholarum dispar est ratio. Propter quam non minus profici potest in nostris quadriennio, quam in externis quinquennio; tum quia nostri professores sunt

---

[9] De M. Olave S.I. (1512c-1556) cf. SCADUTO, *Catalogo* ...100; POLANCO, *Chron.* II 420 § 5. – Vide theses, anno 1556 in Collegio Romano, occasione inauguratione studiorum, a P. Olave propositas, et typis expressas; quarum exemplar reperitur Romae, Bibl. Naz. Vitt. Em. II, cod. 34.5. G 10.5; cf. VILLOSLADA, Storia ... 28-32 et 45.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

fere laboriosiores; tum quia habemus frequentiores exercitationes; tum quia nostra Societas, cum multis egeat operariis, necessariam sibi poscit scientiae perfectionem, non otiosam illam externorum, qui de hac re cum soliciti non sint, quo minus laborent, in plures dividunt lectiones, quod in pauciores poterat contrahi; tum quia externorum vacationes sunt fere diuturniores aut crebriores.

Ad quintam: Omnibus amplificandis, ne quinquennium quidem satis esset. Item, quae uno quadriennio non possumus, locupletemus in altero.

Ad sextam: Omnia fere collegia in quibus theologiam profitemur, vel habent tres scholasticos praeceptores, quorum tertius implet egregie vicem quinti anni; vel duos scholasticos et unum [87] casistam aut etiam duos, ex quibus peti possunt morales materiae pro concursibus. Imo si casistam non audiant, sed quadriennalem scholasticam cum praecipuis fundamentis moralium, melius se gerent in concursibus quam canonistae, quia disputatio, quae fit in concursibus, fere potius est de generalibus principiis moralium, quam de casibus particularibus. Adde quod istos nec haberent in quinquennio semper, cum ipsi audiant quadriennio; et si volunt quintum annum addere, possunt ea audire vel transcribere ex casista.

Ad septimam: Accurata tractatione praecipuorum, faciliorum autem alternatione per quadriennia satisfiet utrisque.

Ad octavam: Valetudini satis consuletur, si docti eligantur; si tempestive moneantur; si aliis non graventur occupationibus; si quaedam relinquant, ut casus particulares, ut plenam tractationem controversiarum, ut principia moralia propria libris *Ethicorum*[10]. Horum enim lectio instituenda est, ut infra dicemus[11].

QUIBUS ADIUVANDI REMEDIIS DUO PROFESSORES UT THEOLOGIAM EMETIANTUR QUADRIENNIO

CAPUT SECUNDUM

1. Recognovimus omnes[a] S. Thomae quaestiones et articulos, ut perspiceremus tum quae praetermitti, quae explicari debeant materiae; tum quae quibus locis exponendae sint, ne bis intra idem quadriennium tractentur; tum quae accurate, quae mediocriter, quae breviter essent edisserendae. Tandem, notatis quibusdam quaestionibus, quae praeteriri possent, aliis quae plenius explanandae sint, aliis quae in pauca contrahendae, visum est, commode posse theologiae curriculum distribui hoc fere modo, ut ex duobus professoribus explicet unus Primam S. Thomae Partem et Primam Secundae et dimidium Secundae Secundae quadriennio; alter reliquum Secundae Secundae et Tertiam Partem. Neque enim Prima Pars exigit minus quam sesquiannum,

---

[10] ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, seu *De moribus ad Nicomachum libri* X.

[11] Vide *De controversiis praelegendis* et *De casibus conscientiae;* infra, p. 85-93.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et tantumdem Prima Secunda neque minus postulat aut Secunda Secundae quam biennium, aut Tertia Pars quam triennium[1].

2. Expedit vero non solum in genere constituere, ut quilibet professor suas partes intra quatuor annos perficiat, sed etiam singulis annis suos praefige-[89]re terminos; tum ne si suas partes praelegat citius quam oportet, ante finem quadriennii necesse sit redire ad initium theologiae, vel post finem quadriennii aliquas reiicere quaestiones, si tardius progrediatur; tum quia si liberum esset metiri, quomodo velint, annum quemlibet, dummodo suas partes quadriennio peragant, cum quilibet annus sit quibusdam auditoribus quartus et ultimus, aliqua nonnullos materia defraudari saepe contingeret; tum quia, concessa hac libertate, non liceret praefecto seu rectori tardiorem aliquem professorem urgere ad progrediendum; responderet enim se iam satis diligenter iniisse suas rationes, ut quadriennio suum pensum persolvat. Qua in re non solum alios, sed etiam seipsum falleret saepenumero. Termini itaque singulorum annorum videntur statuendi.

3. Hi vero termini sic videntur definiendi, ut prior professor primo anno 43 quaestiones I Part. explicet; secundo materiam de angelis[b] et 21 quaestiones I-II; tertio a quaestione 55 vel a quaestione 71 ad finem I-II[c]; quarto de fide, spe et charitate cum[d] controversiis de Scripturis, de traditionibus, de conciliis, de Ecclesia, de pontifice romano.

Alter vero professor primo anno exponat de iustitia et iure (exceptis contractibus qui discendi sunt a casuum professore)[e] et praecipua quaedam de religione, ut de voto, de iuramento, de simonia; secundo de Incarnatione et si potest, percurrat etiam sacramenta[f] confirmationis, ordinis, extremae unctionis[f]; tertio[g] de sacramentis in genere, [90] de baptismo et Eucharistia[g]; quarto de poenitentia et matrimonio, exceptis impedimentis eiusdem matrimonii et censuris ecclesiasticis, quae (sicut inferius explicabitur) audient theologi a lectore casuum[h]; quia iis nisi materiis exonerentur theologi professores, graviora theologiae capita festinanter et cursim devorare cogentur, ut neque subtilitatibus speculationum, neque moralibus institutionibus faciant satis. Sicut apparet ex valde ieiunis commentariis eorum, qui cum utrasque partes explere ac praestare se posse pollicerentur, quaestionum momenta indicare potius, quam expendere voluisse visi sunt. Auditoribus vero theologiae satius est haec moralia, quae in theologiae curriculo nequeunt audire, a professore casuum[i] discere (quod cum dignitate et fructu non modico in Collegio Romano olim factitatum est)[2], quam ea vel ignorare vel sero tandem suopte ingenio et labore velle consequi, cum id et operosum valde sit et a paucis fiat aut fieri possit; et interea accidant pleraeque res, quae sine harum rerum scientia nec tuto nec commode transiguntur. Cum praesertim evenire posset, ut aliquando non de-

---

[1] Quod spectat cap. II, v. *Rat. stud. Borg.* III § 4 (MP II 266-67); et tractatum F. PÉREZ, *Ratio explicandi S. Thomam, ut a duobus professoribus quatuor annis absolvi possit cursus iuxta Constitutiones* (MP II 776-84); necnon epistolem M. Torres (7 aug. 1574); MP IV 539-40.

[2] Vide VILLOSLADA, *Storia* ... 325 (Elenchus professorum, qui in Collegio Romano theologiam moralem docebant).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sint, qui theologiae studia sibi satis esse arbitrentur, ut quorumlibet audiant confessiones, et, cum interrogantur, de conscientia peccatisque respondeant.

4. Ubi vero tres fuerint professores, theologiam sibi partiantur hoc modo: Professor primus anno primo enarret 26 q. 1[ae] Part.; secundo reliquas quas poterit; tertio quicquid poterit ex I-II ante q. 81; quarto reliquum I-II [91] Secundus lector quadriennio Secundam Secundae explicet. Et primo quidem anno declaret controversias de Scriptura, de Ecclesia, de concilio, de papa; secundo anno fidem, spem, charitatem; tertio anno de iustitia et iure, de restitutione, de usura, de contractibus, quantum potest, disserat; quarto prosequatur, si qui contractus superfuerant, et addat quae de religione et statibus disputat S. Thomas. Tertius lector quadriennio Tertiam Partem exponat, ita ut tres annos dividat iuxta rationem materiarum et terminorum de quibus supra dictum est[j]. Unum vero annum censuris ecclesiasticis impendat, prorsus ut tres illic lectores praestent, quod alibi fit per duos scholasticos professores et unum casistam; quem propterea illic a theologis audiri non oportebit[k].

5. Si quando S. Thomas eandem difficultatem partitur in plures articulos, eosque distrahit in distantes quaestiones, ne idem bis repetatur, licebit praeceptori coniungere in unum, quae ad eandem difficultatem spectant ex multis articulis, ut una integretur quaestio, et semel res tota sub oculos ponatur auditoribus[l]. Qui vero nolet ea coniungere, caveat ne idem duobus repetat locis.

6. Quae propria sunt logicorum, physicorum, metaphysicorum, supponantur ut alibi tractata; et si quid ex iis necessarium proprio subiecto theologiae fuerit, potius recitetur quam disputetur.

7. In pertractandis controversiis quae in qualibet S. Thomae parte occurrerint, servet scholasti-[92]cus scholasticam potius quam historicam rationem; et satis esse putet quamlibet conclusionem duobus aut tribus illustribus fundamentis munire; diluere etiam totidem fere praecipuas haereticorum calumnias. Indicet tamen in singulis autorem quempiam in quo caetera plenius legi possent. Quod erit deinceps facilius, editis[m] Patris Bellarminii[n] libris[3]. Sic enim et theologia adaptabitur nostris temporibus magna ex parte, ut sciat auditor, si quando oporteret, cum haereticis disputare quadamtenus, et scholastica subtilitas non impedietur valde. Transalpini vero quod de ipsis alibi definitur, observent.

8. Intelligat professor, non omnes eadem diligentia quaestiones esse tractandas. Sunt enim earum tres fere gradus et ordines. In primo primariae quaedam sunt, quae plena et accurata indigent explicatione. In secundo mediocres, in quibus satis erit duas fere praecipuas referre opiniones, et quamlibet conclusionem paucioribus[o] argumentis probare, solvere vero totidem contraria. In tertio faciliores seu leviores. In quibus S. Thomae mens explicanda semper est. Sed aliquando addenda sunt praeterea unum aut alterum ex dubiis literalibus, si sint vel quaesti-

---

[3] R. BELLARMINUS, *Disputationes ... de controversiis christianae fidei ...* (Ingolstadii 1586); SOMMERVOGEL I 1156-80.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

uncula, in qua non explicetur, nisi opinio fere una probatissima. Conclusionibus annectantur una vel altera ratio, et totidem solvantur obiectiones. Aliquando sufficit explicare mentem S. Thomae per suas conclusiones. Aliquando proposito titulo articuli, dicatur tantum: Respondet S. Thomas negative vel affirmative. [93]

9. Ex quaestionibus, quae sunt ex eo numero, ut non nisi mediocriter seu breviter exponi debeant, expedit, quae in uno quadriennio brevius tractantur, in alio tractari paulo plenius per alium praeceptorem. De quo monendi essent principio quadriennii a praefecto studiorum; cuius erit observare, quae superiore quadriennio perstricta, quae amplificata fuerint, ut praescribere possit, quid sequenti quadriennio dilatandum, quid contrahendum sit. Proderit enim esse in Ecclesia et in Societate omnes materias luculenter tractatas, ut si quando alicuius usus accidat, in promptu sit quo recurratur. Et qui aliquas brevius audierunt, si cupiant eas habere plenius explicatas, habeant unde petant[p]. [94]

---

[a] Recognoverunt deputati patres universas *tRB* / [b] *p* angelis *add. tRB* addita quaestione: An repugnet assumi creaturam ut instrumentum creationis / [c] *p* 2.ae *add. tRB* ubi in explicando peccato originali aliquid ex prima parte posset inseri de statu primi hominis saltem de essentia et subiecto iustitiae originalis / [d] *p* cum *add. tRB* omnibus vel plurimis / [e] (exceptis ... professore) *om. tRB* / [f] sacramenta ... unionis] sacramenta in genere. Quae si tunc non absolverit, absolvat anno sequenti *tRB* / [g] tertio ... Eucharistia] tertio de baptismo et Eucharistia, etsi quid poterit de sacramentis confirmationis, ordinis, extremae unctionis *tRB* / [h] a lectore casuum] ab eo a quo conscientiae casus audituri sunt *tRB* / [i] ab alio *tRB* / [j] de quibus supra dictum est] qui superius praescripti sunt duobus professoribus *t RB in marg. m. Tucci* / [k] *p* oportebit *add. tRB* Atque haec quae de duplici theologiae divisione in duos seu tres professores dicta sunt, intelligantur quoad eius fieri poterit; neque enim tam severe obstringendi sunt, ut ex quaestionibus unicuipiam anno assignatis, nullam valeant, si quando non vacaverit praeterire. Ne praetereant quidem, conentur; at si quas praeterire cogentur, omittant penitus, nec eas in annum alterum reiiciant; qui termini singulorum annorum inviolabiliter servandi sunt, alioquin plurima turbarentur / [l] *p* auditoribus *add. tRB* Sed committendum non est ea de causa, ut aliquid praetereatur, quod in articulis singulis videbitur observatione dignum / [m] *p* editis *add. tRB* iam / [n] *p* Bellarmini *add. tRB* aliorumque tam nostrorum libris, quam externorum adversus orthodoxae fidei adversarios nostrae aetatis / [o] paucioribus] tribus circiter *sup. m. Tucci* / [p] habeant unde petant] unde petant, non ignorent *tRB*.

DE RATIONE AC MODO PRAELEGENDI

CAPUT TERTIUM

Frequentem S. Thomae lectionem auditoribus suis professores commendant et ipsi praeeant exemplo, nec in accumulandis quaestionibus suis ita sint profusi, ut S.Thomae exponendo vix locus aliquis reliquus fiat. Dubitandum est enim, ne paulatim excidat nobis e manibus S. Thomas, cuius doctrinam tanti facit Ecclesia[1], quamque nostrae Constitutiones sequendam praescribunt[2], cum S. Thomas probe intellectus praebeat fundamenta ad tuendas omnes catholicas veritates.

---

[1] In litteris encyclicis Pii papae XI (29 iun. 1923) S. Thomas studiorum ecclesiasticorum dux declaratur: cf. DENZINGER, *Enchiridion* ... 2191; et *Lex. f. Theol. u. Kirche* IX 1121 et X 119-34.

[2] Vide *Const.* P. IV c. 14 § 1; MP I 295 297.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quare parvi faciendae non sunt illius distinctiones et rationes, sed explicandae et aliunde muniendae, cum aliis in locis se ipsum explicet. Itaque principio, tamquam fundamenti loco, S. Thomae articulus interpretandus est hoc fere modo:

Titulus articuli primum continuetur, atque explicetur, si quid habet obscuri; tum distinctio, si qua est, ex cuius membris conclusiones S. Thomae pendent; mox conclusio primaria S. Thomae; dehinc aliae ut appendices ponantur: quarum singulis, nisi perspicuae sint, annectatur aliqua ratio S. Thomae. Verumtamen non nisi nudas conclusiones scribant auditores continuationis gratia, vel etiam aliud quid, si obscurum sit. Si quid etiam in-[95]dicari ex libro operae pretium sit, quia nequit erui a discipulis, id indicetur. Dehinc dubia litteralia edisserantur; tum quaestio, si qua movenda sit.

2. In quaestionibus pertractandis non adducantur opiniones obsoletae, absurdae, inutiles, perspicue falsae. Conclusiones vero non probentur, nisi praecipuis quibusdam argumentis. Non coacerventur obiectiones, nisi potissimae; nec unius cumulentur frustra solutiones[a]. Aliquando etiam ex iactis fundamentis patere facile potest solutio. Quare seorsim solvendae non sunt, sed si ex fundamentis solvi nequeunt, solvendae sunt aut non proponendae. Denique nimii non sint professores in ipsis autorum verbis recitandis, cum sententia satis sit, nisi aliud res postulet. Satius vero esse credant, pauca doctorum testimonia proferre fideliter, quam multa, quorum ipsos fontes attente non exploraverint.

3. Regulariter non fiant tractatus, sed servetur ordo S. Thomae; nisi cum[b] vel illius ordo obscurior distractiorve est, vel[b] cum materia aliqua in compendium videtur redigenda, vel cum addendum est S. Thomae, ut de Ecclesia, de papa etc. Dummodo in iis singulis prius S. Thomae mens (quatenus haberi potest) exponatur, ut sit potius ordinata quaedam S. Thomae explicatio.

4. Nusquam dictetur, nisi explicatione omnium fere, quae dictantur vel praeposita vel interposita vel postposita. Nec introducatur mos dictandi, ubi non est. Ubi vero est, conandum est, ut tollatur, [96] quoad eius fieri poterit, multis de causis. Et primo sane, quia repugnare videtur Constitutionibus. Nam 4 Par. cap. 6 litera I «Videant superiores, inquiunt, num conveniat, scholasticos classium inferiorum libros papyraceos habere, ut scribant in eis lectiones, et inter lineas et ad marginem, quod oportebit, annotent. Provectiores in humanioribus litteris et aliis facultatibus chartam secum ferent ad ea, quae audierint vel eis occurrerint notatu digna, annotanda, ac postea maiori cum ordine digesta transferent in libros papyraceos, quae in posterum conservata velint»[3]. Non iudicant itaque Constitutiones tempus, quod in audiendo ponitur in scholis, opportunum esse, plene et ordinate excipiendis iis, quae dictat praeceptor. Id enim postea faciendum esse significant. In scholis vero scribendum esse, quo memoriae defectui consulatur, ut expresse ibidem dicitur in textu.

Item § 16 «Absoluto, inquiunt, studio, ad eius repetitionem, qui destinatur,

---

[3] Vide MP I 241.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

poterit ex iis quae ad eam facultatem pertinent, si eidem rectori visum fuerit, in scripta brevius, distinctius et accuratius redigere ea, quae prius in lectionum decursu scripserat, cum minori doctrina praeditus erat»[4]. Indicant igitur suo ea iudicio et delectu scripsisse, non excepisse dictata.

Ibidem litera O «Huiusmodi scripta fieri non debent, nisi ab iis qui maiori doctrina et clariore ingenio et iudicio pollent; et reliqui horum labore frui poterunt»[4]. Potius dictatis a praeceptore, [97] si haec dictanda essent, frui deberent. Item «Conveniret etiam a magistro ea approbari»[4]. At si dictavit, quae approbatio maior expetenda est?

Infra «Alii annotationibus praeceptoris iuvari possunt»[4]. Non igitur id commune futurum est, sed quibusdam peculiare, neque de iis dicitur posse iuvari dictatis, sed annotationibus praeceptoris, quas nempe praeceptor traderet domi transcribendas.

2. Hic mos dictandi inauditus fuit antiquis ante 40 annos fere[5]; nec tamen minus docti tunc auditores, quam modo.

3. Conceptio communis est, dictare non esse legere; aliud item esse scribere ad poliendum commentarium, aliud solum ad memoriae consulendum per brevia capita et allegationes. Et si quando autoris ea sunt, qui habeatur in manibus, supervacaneam esse scribendi operam.

4. Viva vox magis afficit, exprimit, imprimit, excitat, suspendit attentionem, explicat. Quae omnia languent in emortua dictatione. Neque faciunt satis, qui postea addunt explicationes. Nam utrumque tempus videtur amissum. Dum enim dictatur, intenti sunt potius scribendo, quam intelligendo; cum praesertim antequam sententia aliqua integretur, principii fere subeat oblivio. Scribatur etiam sine respiratione ulla, quae legente et explicante praeceptore frequens esse potest. Dum vero postea fit explicatio, partim quia defessi sunt, partim quia putant se habere iam doctrinam in papyro, vel abeunt vel oscitant vel relegunt scripta ad vi-[98]dendum, si quid desit.

5. Praeceptor postquam dictavit, satisfecisse putat muneri suo. Explicationem breviter deglutit tamquam rem laboriosam, egentem memoria, promptitudine, facilitate explicandi, orationis copia; quare paulatim evanescet in nihilum, ut in quibusdam fit iam academiis.

6. Plus temporis perditur. Nam cum dictata explicat professor, cogitur etiam clariora repetere, ut continuet rerum suarum contextum. Quod legenti non est necessarium, sed haec statim praetervolat. Adde quod, cum quisque studeat res suas polite dictare, multis non necessariis onerantur scribentes.

7. Quia, dictatio cum exigat tres quadrantes, duos explicatio, addendum est tempori, quo praeceptores sint in scholis sive legendo sive assistendo repetentibus, et confunditur ordo scholarum, confusis lectionum signis.

8. Quantum taedii non scribentibus, praesertim etiam praelatis aliquando et

---

[4] Vide MP I 255.

[5] «Non ita doceat magister, ut videatur dictare» *Rat. stud. Borg.* III § 9; MP II 268. De abusu in dictando cf. e. gr. MP IV 877.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

illustribus viris? Numquid monendi sunt, ut non adsint dum dictatur, sed cum postea explicabitur? Ergo per dimidiam horam tantum intererunt, et pauca videbuntur esse, et audient assuetum languidae dictationi et scriptis fidentem, minusque in explicando exercitatum.

9. Assuefaciendi sunt auditores, ut suas faciant res, quam audiunt, et suo iudicio ac delectu scribant. Sic intelligent melius et magis excitabuntur. [99]

10. Si quis error inter legendum excidat professori, si non penitus, at facilius dissimulari posset, ubi non dictatur.

Unum est incommodum, quod discipuli non videntur posse recte scribere, si non dictetur, sive ob legentis celeritatem nimiam, sive quia ex multis, quae in explicando dicit praeceptor, nesciunt necessaria seligere; et dum aliae et aliae phrases adduntur, perturbantur, scribunt incomposite, inepte, et aliquando cum erroribus. Sed responderi potest, in posterum esse lecturos vel eos qui nunc primum incipiunt praelegere, vel assuetos iam diu in dictando. Si nunc primum, prius exerceantur privatim, donec eam ineant praelegendi rationem, ut pars maxima possit breviter annotare necessaria, quae non habeantur in vulgatis et in promptu positis autoribus. Haec enim scribenda fere non sunt, sed notanda loca. Pars maxima dixi. Non enim propter paucissimos tardiores incommodandum est toti scholae. Scribant quae possunt. Quae nequeunt, pro iis relinquant spatia quaedam vacua, mox complenda privatim aliorum auxilio.

Haec autem praelegendi ratio posset esse eiusmodi fere: Primum tota propositio aliqua uno fere spiritu pronuntietur, non verbatim interposita mora. Eadem totidem verbis repetatur, quod erit signum eam scribendam esse, et eo tono et mora pronuntiationis, praesertim in obscuris et lubricis, ut paulatim assuescant auditores modo praeceptoris, et discant distinguere scribenda a [100] non scribendis. Dum vero ea propositio scribitur, praeceptor interim se detineat vel explicando eam pluribus clarioribusque phrasibus, vel afferendo exemplum seu similitudinem, vel exaggerando rem, vel eandem consequentiam alio ordine texendo, ut clarior appareat; vel subnectendo ratiunculam non necessariam scribentibus. Immo, si fert professor sua scripta in scholam, posset in eis habere selectas quasdam phrases breviores, licet non obscuras, quibus comprehendat paucis scribendas propositiones. Longioribus enim non utendum, nisi in explicatione. Haec ratio si ineatur, fere omnes scribent necessaria, et si qua minus recte, id animadvertent in repetitione, si velint attendere, et qui ea scripta legerit, laudabit ut scripta memoriae gratia; nec otiosum desiderabit commentarium.

Qui vero longae assueverunt dictationi, tentent hanc praelegendi rationem; quam si desperant, nec sunt qui in locum ipsorum sufficiantur, pergant, donec sit aliorum copia. Id quod etiam concedi posset, ubi nostri saepius tentarunt desistere a dictando et discipuli diffugere. Tametsi minus diffugerent et minus quererentur, si omnes ad praelegendum egregie incumberent, amota dictatione. Nam si unus dictat et alit pigritiam delicatorum, alter non, quis dubitat, futuras gratiores delitias, quam labores et spinas? Imo dictatione fiunt quotidie pigriores, ut plus semper temporis exigant. Vicissim, sine dictatione fiunt quo-[101]tidie celeriores, ut minus temporis

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

opus sit. Sicubi dictandum fuerit, tribus horae quadrantibus dictetur; duobus autem explicetur. Sin post dictationem exeunt auditores, nec retineri possunt, interponatur explicatio. Ubi vero non dictatur, per horam praelegatur.

---

[a] *p* solutiones *add. tRB* variae / [b] cum vel ... est, vel *om. tRB*.

CATALOGUS QUAESTIONUM QUAE A THEOLOGO TRACTANDAE NON SUNT VEL SI TRACTANTUR, NON TRACTANDAE, NISI CERTO QUODAM LOCO NEC IN ALIO REPETENDAE

CAPUT QUARTUM

Erit huius catalogi multiplex usus. Unus quidem, ut resecentur a theologia quaestiones aliquae, quae ad theologum non spectant. Id quod erit[a] ad brevitatem et ad tuendam theologi dignitatem consultissimum[b]. Alter, ut quae edisserendae sunt a theologo, pluribus locis in eodem quadriennio non repetantur, licet earum mentio et opportunitas saepius occurrat in S.Thoma. Eiusmodi namque repetitio et tempus devorat rebus aliis destinatum, et si a diversis fiat professoribus, eos ad dissensionem invitat. Postremus, ne pro arbitratu de loco ad locum quaestiones transponantur; tum quia licet nonnullae multis conveniant locis, uni tamen potissimum; tum quia cavendum est, ne hac transpositione concessa, professor unus in alterius invadat tanquam segetem et agrum, tum quia quamvis ea loca, ad quae transferri posset una aliqua quaestio, ad eundem pertineat professorem, non tamen semper ad eundem eius annum. Quod si liceat professori suas quaestiones de anno in annum [103] reiicere, accideret non raro, eos auditores, qui ad sequentem annum perventuri non sunt, dilatis quaestionibus defraudari. Itaque quid quoque anno tractandum sit unicuique, certum esse oportet. His vero quaestionibus, quae ad eundem et professorem et annum spectant, licet in catalogo proprius indicetur locus, non ita severe tamen, ut intra eum annum transponi nequeant, si videbitur professori. Tandem quoscunque S. Thomae articulos, quaestiones, materias praecidendas aut ad Scripturae[c] lectorem reiiciendas esse demonstrat catalogus, plenas tantum earum prohibet explicationes, non breviorem aliquam, si velit professor et vacet[d].

Ex Prima Parte S. Thomae

Quaestio 1, articulus 1 — Non videtur disputandum hic de S. Thomae solutione ad secundum, quia philosophica est; sicut et quaestio de potentia neutra. Utrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem, differatur in I–II[e]. Quaestio item de necessitate doctrinae revelatae[f] remittatur ad II–II, ubi agitur de necessitate fidei[g].

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Art. 2 — Quae pertinent ad naturam scientiae et ad subalternationem scientiarum, non disputentur hic, sed supponantur ex logica.

Art. 3 — Non tractetur hic de rationibus formalibus obiectorum scibilium; neque an scientia sit unus simplex habitus et qualitas in genere. Haec enim philosophorum sunt. Sed his suppositis, sufficit quaere-[104]re, an theologia ex aliqua ratione peculiari sit unus habitus et una simplex qualitas.

Art. 4 — Non disputentur, sed supponantur quae dici solent de speculativo et practico, ut sunt differentiae scientiarum.

Art. 5 — Non tractetur, quid sit certitudo assensus, quid firmitas, quid veritas, quid evidentia et quotuplex; sunt enim logicorum.

Art. 8 — Utrum theologus possit evidenter et[h] suas conclusiones probare et[h] dluere adversariorum argumenta, non hic tractetur, sed in II-II[i].

Art. 9 — An decuerit Scripturam abundare metaphoris et parabolis, et an Sacrae Literae apertae et clarae sint, relinquantur lectori Scripturae et controversiarum; sicut etiam tractatus de sensibus Scripturae.

Q. 2 — Non explicetur, sed ex logica supponatur, quid et quotuplex sit propositio per se nota et immediata; nec rationes S. Thomae, quibus demonstrat Deum esse, confutentur, sed potius corroborentur.

Q. 3 art. 1 — An aliquod corpus moveat immotum, et an vivens nobilius sit non vivente, et an Aristoteles recte probaverit, Deum esse incorporeum, relinquatur philosophis.

Art. 2 — Nihil hic de principio individuationis.

Art. 3 — Non tractetur de distinctione suppositi et naturae; pertinet enim ad Tertiam Partem[j]. Quomodo distinguantur in creaturis esse et essentia, relinquatur metaphysico.

Art. 4 — In Quaestione: An Deus sit in praedicamento, rescindantur, quae sunt propria logicorum. Quaestio [105] vero: An angeli et coeli sint in praedicamento, tota logico relinquatur.

Art. 7 — An simplicitati divinae repugnet personarum et relationum pluralitas, non tractetur hic, sed infra q. 28 a. 2.

Q. 4 art. 1 — An aliqua perfectio, quae formaliter sit in Deo, libere ei conveniat, differatur in q. 19 a. 2. An autem relatio divina secundum se sit aliqua perfectio, remittatur ad materiam de Trinitate.

Q. 5 — Praetermittatur et ex metaphysica supponatur: Quid sit bonum.

Q.7 art. 1 — Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquatur philosopho.

Art. 2 3 4 — An creari possit aliquid infinitum in quantitate vel in qualitatibus naturalibus, philosophi est disputare. An[k] autem creabile sit aliquid infinitum in genere substantiae, disputetur hic. An autem[k] in qualitatibus supernaturalibus, a theologo disseratur, sed in II-II q. 24 a. 7 tantummodo.

Q. 8 — De ubiquitate humanitatis Christi non tractetur hic, sed in Tertia Parte[l].

Q. 9 — An angeli et coeli sint entia necessaria et immutabilia, non est quaestio huius loci[m].

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Q 10 — Tempus discretum pertinet ad hunc locum.

Q. 11 — De uno, ut est passio entis, nihil dicat theologus, cum sit metaphysica res.

Q. 12 art. 1— Non hic agatur de naturali appetitu visionis Dei, sed in I-II.

Art. 3 — An repugnet in subiecto quanto inhaerere accidens spirituale, vel in subiecto immateriali acci-[106]dens corporale, differatur in materiam de Eucharistia.

Art. 6 — Tractare de inaequalitate praemiorum, sicut et meritorum, pertinet ad I–II^{a}.

Art. 8 — De cognitione beatifica animae Christi non disputetur hic, sed in Tertia Parte.

Art. 12 — An puro viatori possit communicari evidens notitia abstractiva articulorum fidei, non hic disputandum est, sed supra q. 1 a. 1.

Q. 13 art. 3 et 4 — De distinctione attributorum et essentiae nihil hic repetatur, si de ea supra disputatum est q.3.

Art.5 — Non disputetur de analogia entis, cum spectet ad metaphysicum.

Art. 7 — Nihil hic dicatur de relationibus in genere, cum id metaphysicae speculationis sit.

Art. 8-12 — Modi quibus sumitur nomen Dei, et ea quae dici solent de nomine Tetragrammato, relinquantur interpreti Scripturae.

Q. 16 et 17 — Disputatio de vero et falso, metaphysici negotii est.

Q. 19 art. 9 et 12 — An Deus sit causa peccati, et an teneamur voluntatem nostram divinae conformare, pertinet ad I-II.

Q. 22 — Non moretur theologus in explicanda peripateticorum aliorumque philosophorum sententia de providentia Dei.

Q. 23 art. 1 — Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non disputetur hic, sed in I-II°.

Art. 3 — Quid agendum sit ei, cui sua damnatio revelaretur, non tractetur hic, sed in materia de spe. [107]

Art. 5 — De praedestinatione Christi, et quomodo Christus sit causa nostrae praedestinationis, relinquatur Tertiae Parti.

Q. 24 — Exactior disputatio de libro vitae pertinet ad interpretem Scripturae.

Q. 25 art. 1 — An actio sit in agente ut in subiecto, quaestio physicorum est, non theologorum.

Art. 6 — An Deus per se solum possit efficere rem, quae est peccatum, pertinet ad I-II, sicut ad II-II: An possit per se vel per alium dicere falsum.

Q. 26 — Nihil hic de beatitudine in genere vel de nostra.

Q. 27 art. 1 — De verbo mentis nihil aliud tractetur quam, an producatur ab intellectu nostro ut terminus actionis, et quomodo ab ea distinguatur; nec fiat longa tractatio de Trinitate probanda ex Scripturis.

Art.2 — An pili et capilli in animalibus vivant, relinquatur philosopho.

Art. 3 — Non disputetur: An amatum sit in amante; neque: An notitia concurrat active ad actum voluntatis; prius enim ad philosophiam, posterius ad I-II pertinet.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

Q. 28 art. 1 et 2 — Quaecunque Caietanus vel alii hic disputant de relationibus in genere, relinquantur metaphysico.

Q. 29 — Quid suppositum addat supra naturam singularem, pertinet ad Tertiam Partem.

Q. 32 — An evidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum fidei, de qua agitur in II-II q. 1 a. 4. [108]

Art. 4 — De varia censura et qualitate propositionum non disputetur hic, sed in materia de fide.

Q. 39 — Non disputetur hic, quomodo persona divina distinguatur ab essentia, si q. 28 tractatum fuit de distinctione relationum et essentiae.

Q. 43 — De visibilibus signis, in quibus apparuit Spiritus Sanctus, commodius disputare potest interpres Scripturae. An autem illa hypostatice unita fuerint Spiritui Sancto, pertinet ad Tertiam Partem. Item, an apparitiones visibiles, quae in Veteri seu Novo Testamento tribuuntur Deo, fuerint factae immediate per Deum, an per angelos, non fuse tractetur hic, sed in Scripturae interpretatione.

Q. 53 — An motus angelorum possit fieri in instanti, supponit multa philosophica, quae hic non tractentur. Id quod etiam servetur in iis quae disputantur q. 54 a. 1 et 3.

Ex Prima Secundae

Q. 1 art. 1 — Hic nihil aut brevissime disserendum est de deliberata voluntate, de consensu perfecto et imperfecto, et quid sit hominem esse dominum suarum actionum. Haec enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicatur de causalitate finis. Est enim quaestio physica.

Art. 2 — An Deus agat propter finem, pertinet ad Primam Partem in materia de voluntate Dei. Item, utrum natura agat propter finem, quaestio philosophica [109] est. Igitur de his nihil hoc loco dicendum videtur.

Art. 3 — Cavendum est, ne hic et inferius eadem quaestio disputetur, nempe: Utrum actus hominis recipiant speciem a fine. Leviter igitur hic attingatur et plene disseratur inferius.

Art. 4 — Quomodo bonum sit sui diffusivum, non disputetur hoc loco.

Q. 2 — Vel omittatur vel compendio exponatur, cum tota in *Ethicis* Aristotelis contineatur.

Q. 3 art. 1 — An Deus videatur a beatis visione Dei increata, hic explicetur, non in Prima Parte.

Art. 2 — An habitus sit melior suo actu, non videtur hic explicandum, cum sit quaestio philosophica et inferius habeat suum locum.

Art. 3 — De perfectione sensuum in corpore glorioso eiusque dotibus, hic et q. 4 a. 6 aliquid dicatur, si vacat, cum ad materiam de novissimis non perveniatur. Item, an Deus videri possit per aliquem sensum seu sensitivam notitiam, non hic, sed in Prima Parte disseratur.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Art. 4 — In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicetur hoc loco, sed inferius, ubi de poena peccati agitur.

Art. 5 — Nihil dicatur de intellectu practico et speculativo, nec de praxi et speculatione.

Art. 6 — Omittatur vel breviter attingatur Caietani commentarius in hunc locum.

Art.7 — De obiecto intellectus, et utrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, non disputetur hoc loco, sed relinquatur philosophis. [110]

Q. 4 art. 1 — Quicquid hic disseri solet de differentia delectationis, amoris et fruitionis, differatur in q. de frui et uti. Item, an cum visione Dei possit aliquo modo stare tristitia, reiiciatur in Tertiam Partem, ubi quaeritur, an Christus secundum rationem superiorem passus sit.

Art. 2 — An delectatio quaeratur propter operationem, an contra, tractetur in ethicis; hic vero nihil vel brevissime.

Art. 5 — An animae sanctorum a corporibus separatae statim Deum vide ant, hic tractetur, non in Prima Parte.

Q. 5 art. 2 — Quae sunt propria visioni beatificae, relinquantur Primae Parti, et solum hic disputetur contra haereticos de inaequalitate praemiorum in genere. Item, an haec inaequalitas tollat, quominus habeat satiatum appetitum qui minus beatus est.

Art. 3 — Relinquatur fere Primae Parti totus.

Art. 5 — Nihil dicatur de merito aut de necessitate luminis gloriae.

Art. 8 — An vero appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse quam sic esse, pertinet ad quaestionem de poena peccati.

Q. 6 art. 1 — Non disseratur hoc loco de libero arbitrio contra haereticos, sed in materia de gratia.

Art. 2 — Unde proveniat, quod homo sui compos sit proprie liber et dominus suorum actuum, tractetur infra in quaestione de electione.

Art. 3 — Nihil dicatur de pura omissione.

Art. 4 — Disputetur hic, an voluntas possit cogi; non autem, an possit necessitari, quia de hoc inferius tractandum est. [111]

Art. 6 — Quomodo metus irritet matrimonium, votum, iuramentum et contractus, reservetur II-II et Tertiae Parti.

Art. 8 — Difficultates de ignorantia reserventur in q. 76.

Q. 7 — Plenior consideratio circumstantiarum non est huius loci, cum de illis saepe inferius disserendum sit.

Q. 9 art. 1[1] — De concursu Dei cum nostra voluntate non hic disputetur, sed in Prima Parte. Nihil etiam dicatur de fortuna.

Art. 4 — Nihil hic disseratur de praescientia seu praedefinitione actuum libe-

---

[1] In *Libro* mendose 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rorum, neque de gratuita motione, qua Deus movet voluntatem humanam.

Q. 11 — Non videtur hic quicquam disserendum vel[p] de obiecto spei neque, an possit beatus frui divina essentia, non fruendo personis, vel una persona et non aliis; hoc enim pertinet ad Primam Partem.

Q. 12 art. 3 — Non tractetur, utrum intellectus possit simul multa intelligere.

Q. 14 — Non disseratur hic, utrum aliquando liceat consulere minus malum.

Q. 15 — De consensu formali vel interpretativo, et an pertineat ad rationem superiorem, inferius tractandum est.

Q. 17 — Quomodo ratio imperet membris externis, nempe despotice, an politice, disputare philosophi moralis est. Breviter igitur hoc loco expediatur.

Q. 18 art. 1 — Variae acceptiones boni et mali differantur in materiam de peccatis; ubi etiam tractari potest de entitate illa morali. Item controversia cum haere-[112]ticis, an omnis actio humana sit mala, differatur in materiam de gratia.

Art. 9 — Utrum in homine, existente in gratia, detur aliquis actus indifferens ad meritum et demeritum, disputetur in materia de merito.

Art. 11 — Praetereantur ea, quae pertinent ad confessionem circumstantiarum.

Q. 20 art. 5 — Haec difficultas repetitur in materia de peccatis. Quare in eum locum reservetur, exposito hic solo textu S. Thomae.

Q. 21 art. 4 — Difficultates huius articuli differantur in materiam de merito. Quaestiones quae sunt inter 21 et 71 omitti possunt. Sed si cui vacaverit[q], explicet pauca de habitibus et de virtutibus in genere.

Q. 71 art. 4 — Quomodo peccatum virtutes praesertim infusas expellat, non hic explicetur, sed in II-II[r].

Q. 72 art. 2 — Relinquatur interpreti Scripturae illa quaestio, utrum daemones possint coire cum foeminis. Quamvis in materia de angelis aliquid ea de re possit attingi.

Art. 5 — Nihil hic de distinctione mortalis et venialis.

Art. 8 — Haec difficultas satis explicata manet ex q. 18 a. 5.

Art. 9 — Non repetantur quae supra de circumstantiis dicta sunt.

Q. 73 art. 8 — Non descendatur ad casus particulares de scandalo vel restitutione. Neque hic tractetur, utrum is qui alium ad peccatum inducit, gravius peccet, quam [113] qui occidit. Pertinet enim ad materiam de scandalo.

Art.9 — De infinita malitia peccati adversus Deum commodius tractatur in principio Tertiae Partis.

Q. 76 art. 2 — Non tractetur, quae fides requiratur ad salutem,

Q. 79 — Nihil dicatur de immediato Dei concursu cum secundis causis.

Art. 3 — Utrum Deus aliquem necessariis auxiliis ad salutem destituat, non tractetur hoc loco, sed in materia de praedestinatione et reprobatione.

Q. 81 art. 3 — Immaculata conceptio B. Mariae non est huius loci, sed Tertiae Partis; ubi etiam, dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite et quo modo ligetur aut tollatur.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Q. 85 — Quomodo natura lapsa differat a puris naturalibus, tractetur in materia de gratia.

Q. 87 art. 6 — Utrum dimissa culpa maneat reatus poenae, reservetur in materiam de poenitentia.

Art. 8 — Quomodo Deus peccata patrum puniat in filiis, relinquatur interpreti Scripturae.

Q. 89 art. 2 — Expositio Pauli relinquatur lectori Scripturae.

Art. 5 — De primis motibus sensualitatis in infidelibus satis esse videntur, quae superius de primis motibus dicta sunt. Utrum autem omnia opera indifelium sint peccata mortalia, differatur in materiam de gratia[s].

Q. 92 — Non disputetur hic, utrum peccent, qui poenae metu legem servant; nec utrum Deus peccata permittat, an velit.

Q. 103 — Disputatio de cessatione legalium[t] differatur in materiam de baptismo. [114]

Q. 109 art. 4 — Quid intersit inter modum praecepti et eius substantiam, et utrum modus charitatis sit in praecepto, non disseratur hic, sed in materia de legibus.

Art. 5 — Materia huius articuli differatur in quaestionem 114 a. 7.

Art. 7 — Non disputetur hic de macula peccati, nec de reatu poenae, nec de corruptione boni naturalis, nec de aliis huiusmodi, quae in materia de peccatis explicata sunt.

Q. 110 — An gratia ponat aliquid in anima vel hic tractetur vel in q. 113 de iustificatione a. 2.

Q. 111 art. 1 et 4 — Gratiae gratis datae earumque explicatio plenior relinquantur interpreti Scripturae.

Art. 3 — Utrum Deus insignes aliquos peccatores necessariis auxiliis destituat[u], non hic explicandum est, sed in materia de praedestinatione.

Q. 112 art. 1 — Nihil hic dicatur de causalitate sacramentorum circa gratiam.

Art. 2 — Utrum gratia primi hominis et angelorum in eorum creatione data fuerit supposita ipsorum dispositione, non hic tractetur, sed in Prima Parte.

Art. 3 — Non videtur hic agendum de contritione continuata Caietani vel de intensione Scoti. Pertinent enim ad materiam de poenitentia.

Q. 113 art.4 — De necessitate fidei in Christum ante vel post Evangelium promulgatum non hic disputetur, sed in II-II.

Art. 7 — Utrum augmentum gratiae detur in principio, an in fine actionis meritoriae; et utrum, si operatio meritoria successiva sit, ipsa etiam gratia succes[115]sive augeatur, melius reservantur in quaestionem de augmento caritatis in II-II.

Art. 8 — De numero et ordine et necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad iustificationem hic disputetur, non in materia de poenitentia.

Art. 10 — Utrum in homine detur naturalis potentia ad gratiam, non disputetur hic; quia non multum differt ab illa, qua quaeritur de naturali appetitu et

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

capacitate beatitudinis circa principium I-II.

Q. 114 art. 6 — Nihil hic de merito Christi dicatur, cum pertineat ad Tertiam Partem.

Art. 8 — Utrum per quaelibet opera augeatur gratia et caritas, reservetur in materiam de caritate in II-II.

Ex Secunda Secundae

Q. 1 — Hic disputandum est de Ecclesia, de Scriptura, de papa, de traditionibus aliisque locis theologicis[v].

Q. 4 art. 3 — Non tractetur hic, sed infra in materia de caritate, an caritas sit forma omnium virtutum in genere.

Art. 6 — Supponatur[w] fidem esse unum habitum, nec disputetur[w], an sit simplex qualitas.

Q. 5 art. 8 — Nihil de fide angelorum in genere. De hac enim in materia de angelis. Sed hic tantum, an fuerit fides in primo angelo, si erat ei evidens Deum esse, qui loquebatur et revelabat ei mysteria.

Q. 6 — Non nisi brevissime, quia difficultas in materia de gratia tractatur. [116]

Q. 10 art. 2 — Quaestio de baptizandis pueris infidelium reservetur in materiam de baptismo[x].

Q. 23 art. 2[2] — Materia huius articuli non hic discutienda est, sed in quaestionibus de gratia; ubi etiam de distinctione caritatis et gratiae. Sed, an caritas sit virtus specialis, hic in articulo 4.

Q. 26 — Nihil hic de contritione, sed tantum, an Deus sit summe diligendus intensive seu solum aestimative. Quod in materia de poenitentia non repetatur.

Q. 61 — In materia de merito non hic disputetur, utrum retributio meritorum apud Deum sit secundum iustitiam commutativam an distributivam.

Ex Tertia Parte

Q. 1 art. 1 — Nec de potentia obedientiali videtur hic agendum, nisi obiter; cum pertineat ad Primam Partem in q. de omnipotentia Dei; nec de Incarnationis possibilitate; cum[y] ad q. 2 huius partis pertineat[y]; nec de distinctione suppositi et naturae; sed remittatur ad q. 3. Tandem, an sit de ratione boni, se actu communicare, pertinet potius ad Primam Partem in q. de bonitate Dei, vel in quaestione de libero arbitrio Dei.

Art. 2 — Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, et quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differatur in materiam de poenitentia.

Art. 4 — Omittenda videntur dubia Caietani de peccato originali.

Art. 6 — De adventu Messiae contra iudaeos non disputet scholasticus, sed interpres Scripturae, cum ea res [117] nitatur Scripturis; quae, si diligenter examinen-

---

[2] In *Libro* mendose 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tur, occupant multum temporis; si breviter, non potest res tanta firmiter probari propter multa iudaeorum subterfugia et cavillationes.

Q. 3 — An in Deo sint tres subsistentiae, et an essentia secundum se subsistat, an per relationes, non hic disputetur, sed supponatur ex Prima Parte in materia de Trinitate. Utrum autem possit unum essentialiter dependere a multis dependentia causali, supponatur ex philosophia.

Q. 4 art. 4 — Non disputetur de esse obiectivo contra Scotum, sed supponatur ex Prima Parte in q. de scientia Dei.

Q. 6 art. 3 — Non videtur huc petinere quaestio Caietani, an anima reversa ad corpus retineat suam propriam terminationem.

Art. 4 — An materia[z] propria formae sit ante adventum formae, relinquatur philosopho; sicut et illud, an realiter totum distinguatur a partibus.

Q. 7 — An virtus heroica differat specie a virtute communiter dicta, supponatur ex philosophia morali vel ex I-II.

Q. 8 art. 1 — An humanitas Christi active concurrat ad infusionem gratiae et ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum sacramentorum causalitate, ideo ne saepe repetatur idem, possunt ista coniungi et simul tractari in materia de sacramentis in genere[a].

Art. 2 et 3 — Non videtur disputandum, qui sint aut non sint membra Ecclesiae; cum id pertineat ad materiam de Ecclesia. [118]

Art. 5 — Aliena videtur ab hoc loco illa quaestio Caietani: Quomodo sequatur ex eo quod actus habeatur secundum quandam eminentiam, quod sit activus omnium aliorum eiusdem rationis.

Q. 9 art. 1 — An intelligere divinum possit communicari animae Christi, pertinet ad I-II q. 3 art. 1.

Q. 10 art. 2 — Ea quae ad cuiusque beati statum pertinent, quando et quomodo videantur, non tractentur hic, sed in Prima Parte; sicut et reliqua, quae pertinent ad visionem in communi.

Q. 11 art. 1 — An viator possit habere notitiam evidentem abstractivam Trinitatis, non huc pertinet, sed ad Primam Partem.

Art. 5 — Quicquid de habitu hic disputari solet in communi, supponatur ex philosophia vel ex I-II.

Q. 18 art. 4 — Quae actiones dicantur humanae, quae non humanae, quaestio est I-II.

Q. 22 — De Christi sacrificio incruento in coena, et de ratione sacrificii et hostiae in communi, commodius disputatur in materia de Eucharistia et missa. Item de sacerdotio Melchisedech, et ut[b] fuit figura Christi, melius est, ut disputet Scripturae interpres.

Q. 24 — Non repetantur hic quae pertinent ad praedestinationem hominum et angelorum.

Q. 25 — Omittenda videntur, quae hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus et variis daemonum illusionibus.

Caeterae quaestiones de Incarnatione possunt omitti, praeter sex fere; quarum prima sit de officio me-[119]diatoris; ubi etiam aliquid de invocatione sanctorum di-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cendum est. Secunda, de Conceptione B. Mariae. Tertia, de miraculis Christi, propter quosdam haereticos nostri temporis, qui vim miraculorum Christi, quantum possunt, elevare conantur. Disputare autem de miraculis in genere et quae possibilia sint Deo, pertinet ad q. de omnipotentia Dei in Prima Parte. Nulli vero creaturae esse possibilia, fere disputatur in materia de angelis. Quarta, an sint in Christo duae filiationes; sed non disputetur in genere: Num una numero relatione possit quippiam referri ad diversos terminos. Quinta, an ratio superior sit passa in Christo. Sexta, de descensu Christi ad inferos contra Calvinum.

De sacramentis in genere

Q. 60 — Quaestio, an sacramentum sit in aliquo praedicamento, non videtur admodum digna theologo.

Q. 61 — Utrum semper, etiam in lege naturae, fuerit necessaria fides, non huc pertinet, sed ad II-II.

Q. 62 — Utrum Deus possit uti creatura tamquam instrumento ad creandum, videtur potius esse Primae Partis in materia de creatione.

De baptismo

Omittantur quaestiones quaedam absurdiores, qualis est illa, utrum asinus possit bibere baptismum.

De solemnitatibus et caeremoniis baptismi breviter. [120]

Nihil dicatur de cognatione spirituali in baptismo contrahi solita, sed ad matrimonium transmittatur.

De poena parvulorum sine baptismo decedentium non tractetur hic, sed in materia de peccato originali in I-II.

Sacramenta confirmationis, ordinis, extremae unctionis tractentur prout vacaverit, plene vel breviter, aut etiam praetereantur, cum et faciliora sint et habeatur in promptu, unde peti possint[c].

De Eucharistia

An quantitas distinguatur a substantia, philosophis relinquatur; sicut et illud, de quo Scotus hic disputat, an accidens possit producere substantiam.

De figuris Eucharistiae multiplicibus earumque comparationibus vel nihil vel breviter.

De poenitentia

An repugnet, sine ulla infusione qualitatum supernaturalium, vel sine ullo poenitentis actu iustificari peccatorem, et an poenitere sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad I-II de iustificatione. Illic etiam agendum est, non hic de ordine inter dispositionem et infusionem gratiae.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat praeter obligationem ad poenam, supponatur ex I-II in materia de peccato. [121]

An aliqui destituantur auxilio necessario ad poenitendum, pertinet ad materiam de praedestinatione[d].

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Utrum poena damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis et eorum effectibus.

Quaestiones de restitutione, de eleemosyna, de ieiunio, de oratione, de correptione fraterna remittantur ad II-II.

Multa etiam, quae ad casus conscientiae spectant, relinqui possent[e].

De matrimonio

Omittendum videtur quod a quibusdam hic tractatur, an virginitas sit virtus et qualis virtus.

An maleficium maleficio possit dissolvi, pertinet potius ad II-II[f].

Matremne an uxorem occidere sit gravius, non est huius loci.

De substantia voti tam simplicis quam solemnis tractandum potius videtur in II-II quam hic.

---

[a] Id quod erit] Est enim *tRB* / [b] *p* consultissimum *add. tRB* ut a theologica schola quaestiones omnes quae philosophorum aut Scripturarum sunt, excludantur / [c] Scripturae lectorem] alios professores *tRB* / [d] *p* vacet *add. tRB* Id quod licebit praecipue circa ea quae ad Scripturae interpretem pertinere dicentur, praesertim ubi vel Scriptura non explicantur in scholis, vel earum enarrator non creditur propediem perventurus ad ea loca, in quibus edisseri solent quaestiones nonnullae tam ipsi quam scholastico professori quodammodo communes. Tunc enim ad eas explanandas poterit paulo liberius excurrere scholasticus. Idem de controversiis iudicium, ubi earum lectio seorsim non habetur / [e] *p* 2.ae *add. tRB* q. 3 a. 8 vel q. 5 a. 8 / [f] *p* revelatae *add. tRB* in genere / [g] *p* fidei *add. tRB* Tametsi nihil prohibet hic breviter disputari de necessitate theologiae tantum / [h] et ... et] aut articulos fidei probare aut *tRB* / [i] *p* 2.ae *add. tRB* Id tamen licebit hic disputare de conclusionibus tantum, quas ex fidei principiis theologus educet / [j] *p* Partem *add. tRB* q. 3 a. 3 / [k] An ... autem] Sicut et de infinito in genere substantiae. Cum tam hoc quam illud: Infinitum esse creabile, iisdem fere argumentis probari soleat aut oppugnari. An autem possibile sit infinitum *tRB* / [l] *p* Parte *add. tRB* q. 2 / [m] huius loci] theologi sed metaphisici *tRB*/ [n] *p* 2.ae *add. tRB* q. 4 a. 2 / [o] *p* 2.ae *add. tRB* q. 2 / [p] vel *om. tRB* / [q] Sed ... vacaverit *om. tRB* / [r] *p* 2.ae *add. tRB* in materia de charitate / [s] materiam de gratia] II-II q.10 a. 4 *tRB* / [t] *p* legalium *add. tRB* pertinet ad materiam de legibus, differatur in materiam de baptismo. Quaestiones 101 102 104 105 et expositio S. Pauli in quaestione 89 art. 2 praetereantur, cum Scripturarum sint / [u] *p* destituat *add. tRB* praeter ordinarium et communem legem / [v] aliisque locis theologicis] et si quae alia sunt huius generis *tRB* / [w] Supponatur ... disputetur] Disputetur hic, an fides sit unus habitus; non tamen *tRB* / [x] *p* baptismo *add. tRB* Q. 12 - Hic fiant longi tractatus de potestate ecclesiastica et civili / [y] cum ... pertineat] de qua tamen, si quid hic agendum videtur, non repetatur in q. 2 *tRB* / [z] *p* materia *add. tRB* iam proxime disposita sit.

[a] *p* genere *add. tRB* Ex iis tamen, si quis voluerit, nonnihil in hac octava quaestione attingere ad explicandum instrumentarium humanitatis concursum, hoc quicquid attingerit, nullo modo repetat in materia de sacramentis / [b] ut] quomodo *tRB* / [c] *p* possint *add. tRB* Ubicunque tamen propter haereticos ea tractatio videbitur necessaria, nequaquam omittatur / [d] praedestinatione] gratia I-II q. 111 art. 3, vel ad quaestionem de praedestinatione et reprobatione, ut superius ostensum est / [e] *p* possent *add. tRB* ut superius annotatum est / [f] *p* 2.ae *add. tRB* sed quoniam ad eum locum raro pervenitur, et maleficium inter matrimonii impedimenta numeratur, commodius hic videtur collocandum.

DE REPETITIONIBUS

CAPUT QUINTUM

[1] Praeceptor post lectionem saltem per quadrantem maneat in aliquo loco scholae[a], ut a nostris, mu,to magis ab externis possit interrogari. Interim optabile est, ut discipuli, qui possunt, in schola contineantur, ubi repetant terni vel

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quaterni; neque surgant, nisi pauci qui accedunt ad praecetorem interrogandum. Neque prohibendi sunt audire tunc praeceptorem respondentem, si possint et velint. Optimum vero foret, si[b] quis a praeceptore designatus audientibus aliis brevissime repeteret lectionem, vel duo tresve per partes[b]; ea vero repetita, fierent interrogationes, ad quas responderet vel aliquis auditorum vel praeceptor. Qua in re, si excedatur quadrans, non esset inutile, dummodo adsit praeceptor et eos in officio contineat. Ubi id durum esset externis, res posset inchoari per nostros; paulatim alii invitarentur, praesertim qui sunt in convictorum alumnorumve collegiis vel congregationibus. Quae tamen sicubi aegerrime servari possunt, retineatur loci consuetudo, dum professor post lectionem moretur aliquantisper interrogandus.

2. Domi quoque[c] fiant repetitiones quotidie praeter festa, vacationes et sabbatha. Omnes parati ve-[123]niant. Interrogabit autem praeses quos ipse volet; nec pauciores quam tres per quadrantem. Ubi id non est in usu, introducatur, quantum potest. Ubi vero id tentatum non cessit, praemoneantur tres ad totum, sed per partes tunc dividendum a praeside. Nemo vero repetat ex scripto, sed memoriter. Neque putetur inutiliter expendi istum repetitionis quadrantem; tum quia Constitutiones repetitionem unius aliis audientibus praescribunt distinctam a mutua concertatione[2]; tum quia exercetur memoria; tum quia id prodest futuris magistris, ut assuescant coram aliis suas cogitationes explicare; tum quia fierent pigriores in annotandis quae oportet, si ab iis repetendis liberi forent. Post quadrantem vero repetitionis, disputetur; et quidem a tribus, a quolibet per quadrantem; tribus etiam quotidie, quo plures exerceantur, respondentibus. Id enim temporis satis est, si rigor formae servetur; et cum iam nihil novi affertur, praecidatur argumentum. Si quando vero contingeret, non esse locum tertio, differatur is in sequentem repetitionem eiusdem materiae. Sed si vel ob materiae difficultatem, vel ob ingeniorum qualitatem, vel ob numerum discipulorum id servari non posset, aut frequenter contingeret, tertio deesse locum, duo sint satis; et si quid temporis aliquando superesset, dubia proponantur. Antea vero quam quaestio aliqua finiatur[d], de ea nullus argumentetur.

3. Professores liberandi videntur (nisi forte malint non liberari)[e] a domesticis repetitionibus. Iis [124] vero praeesse poterit aliquis, qui absoluto theologiae cursu, vacat illi repetendo, vel alius. Ad hoc vero onus ac laborem non videntur professores obligandi; primo, quia Constitutiones supponunt abesse praeceptores a repetitionibus. Sic enim 4 P. cap. 6 H habetur: «Quod ad repetitiones attinet, curet rector, ut certis quibusdam horis in scholis vel domi fiant, uno quidem repetente et aliis audientibus, et quae difficilia occurrerint, mutuo proponentibus; et si quid erit, de quo constituere inter se non possint, magistrum adeant»[1]. 2. Ita fit in Lusitania et bene cedit. 3. Alii qui praeerunt repetitionibus, fient doctiores et exercebuntur ad magisterium. 4. In hyeme interrumpitur praeceptorum tempus commodissimum studio; in aestate vero coguntur aestuare sub meridiem. 5. Quia pauci sint nostri, et optimi quique mittuntur ad collegia convictorum et alumnorum, ut non utilissime videatur collocari opera praeceptoris. 6. Qui si non satisfiat a praeside, potest id proponere in publica disputa-

[1] Vide *Const.* P. IV c. 6 litt. H; MP I 239 241.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tione, vel convenire praeceptorem in cubiculo; ad id enim praescribet ille horam sibi non incommodam. Erunt autem in repetitionibus modesti et obsequentes praesidi. Si quando secus fecerint, deferantur per censorem aliquem. Crebro etiam visitentur a praefecto studiorum, nonnunquam a rectore et interdum a praeceptore. Tametsi praeses, si caeteris fere senior fuerit et magna ingenii existimatione, pauci non ei concedent libenter[f]. Si[g] quis tamen professor dictat [125] tantum et non explicat, abesse non debet a repetitionibus. Idem ait iudicium, cum deesset, qui id muneris commode admodum praestare possit[g].

4. Ubi sub initium iulii studia solent ita remitti, ut in facultatum superiorum classibus a prandio non legatur, eo tempore usque ad octavum fere diem septembris[h] repetantur audita toto anno, distributis primariis materiis per praeceptorem: unus repetat praecipuas conclusiones cum uno vel altero argumento per quadrantem, duo argumententur contra duos alios. Repetantur autem unius professoris quaestiones hebdomada una, altera vero alterius; ita tamen, ut hebdomada qualibet interponantur duae praesentium lectionum repetitiones, una unius, altera alterius professoris. Praeter hoc[i] semel in hebdomada, forte[j] die dominico[k], ingeniosioribus quarti vel tertii anni professor, in cuius hebdomadam is dies dominicus cadit, assignet amplas aliquas et illustres materias; quas unus aliquis, vicissim commutandus, explicet ornate per dimidiam horam cum apparatu et aliorum conventu ad exercitationem et recreationem. Reliqua dimidia hora defendat quod legit, argumentante uno vel altero. Ubicunque etiam duobus vacatur mensibus, introducatur huiusmodi repetitio[l] per mensem primum vacationum; et ita distributis, qui exeunt vicissim ad villam, ut numero mediocri sustentetur haec exercitatio[m]. [126]

---

[a] *p* scholae *add. tRB* vel extra scholam / [b] si quis ... partes] praeceptor unum aut plures interroget de variis partibus lectionis; sic enim expeditissime repeteretur / [c] *p* quoque *add. TRB* a nostris / [d] aliqua finiatur] non S. Thomae, sed quam professor ad illum explicandum instituit, finiatur *tRB* / [e] *p* liberari *add. tRB* aut deesset, qui id muneris admodum commode praestare possit / [f] *p* libenter *add. tRB* Possunt et externi quicumque velint, ad privatas nostrorum admitti repetitiones; dummodo et fieri soleat in scholis, licet extra tempus scholarum, et externorum gratia nihil commutetur de tempore et modo, quae nostris commoda sunt iuxta Societatis consuetudinem. Qua salva, quibus externis placuerit repetere cum nostris, non prohibeantur / [g] Si quis ... possit *om. tRB* / [h] *p* septembris *add. tRB* domi / [i] *p* hoc *add. tRB* (ubi non obstiterint crebrae aliae ex veteri academiarum more disputationes) / [j] forte *om. tRB* / [k] *p* dominico *add. tRB* aliove pro rectoris arbitrio / [l] *p* repetitio *add. tRB* cui intersint omnes priori mense vacationum; altero autem ita distribuatur qui / m *p* exercitatio *add. tRB* per tres huius mensis hebdomadas; nam quarta penitus vacandum est.

DE DISPUTATIONIBUS [1]

CAPUT SEXTUM

[1] In sabbato vel[a] (si id vetus academiae consuetudo exigat) dominico die a prandio[a] professores vicissim habeant proprias in scholis disputationes; et quidem per

---

[1] De disputationibus scholasticis in theologia cf. *Rat. stud. Borg.* III § 24-33; MP II 270-72.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

duas horas[b], nempec dimidia hora post commune principium scholarum[c], nisi ubi multiplex externorum concursus longius eas protrahi suaderetd. Si duo in hebdomada fuerint festa vel unum festum cum recreationis die, legendum potius quam disputandum videtur in sabbato[e]. In[f] Lusitania quo haec servari possint commodius, cum duobus diebus cessatur, praetermittatur tunc actus feria quinta solitus haberi[f].

2. Dominicis etiam diebus defendantur conclusiones publice[g]. Id enim magis congruit Constitutionibus 4 Part. c. 6 § 10[2]. Vel si id fieri nequit[g], privatim a nostris sub praeceptore, qui proximo sabbato non disputavit; idque per sesquihoram[h]. Et ubi non potest adesse praeceptor, praesit alius. Argumententur tres: quilibet hora dimidia. Ad id Lusitani non sunt obligandi propter frequentes actus et quotidianas quattuor lectiones et paucas relaxationes.

3. Ad haec quolibet[i] mense praeter aestivos duos ultimos[i], communes ac generales fiant in scholis [127] disputationes mane et vespere toto tempore scholarum, si professores sint tres. Sin duo, duas horas non excedant, nisi id externorum frequentia doctorum subinde breviter argumentantium postulet. Quot fuerint professores, totidem et auditores defendant, unius quilibet professoris quaestiones, et moderante universam disputationem praefecto studiorum. Praesideant e scamnis professores, quilibet suo, et instent aliquando. Nec unus prosequatur, quod alter iam examinavit. Quilibet argumentator contra duos disputet defendentes, quorum, quatenus fieri potest, qui mane fuerat prior, sit a prandio posterior. Argumententur non minus quam tres mane, totidem a prandio[j]. Intersint iis menstruis disputationibus alii quoque doctores nostri ad instandum aliquando, saltem per horam mane vel a prandio. Externi quoque doctores invitari possunt a defendentibus ad argumentandum[k]. Sed in privatis sine delectu praefecti id non fiat. Instare tamen vel novum inserere argumentum prohibendi non sunt.

4. Praeter hebdomadarias et menstruas disputationes fiant et ab anni quarti auditoribus actus publici; quorum aliqui sint particulares, hoc est, ius partis theologiae, et durent usque ad Pascha. Idque vel in sabbato, quo omittantur aliae disputationes, vel in festo minus celebri, vel aliter feriato die; alii sint generales, hoc est, totius theologiae. Et hae conclusiones (nisi consuetudo id nequaquam ferat) imprimantur[l], et sint eaedem com-[128]munes omnibus nostris[l]. Externi namque proprias habere possunt. Incipiant vero post Pascha, et sic distribuantur, ut mane et vespere commode fiant; et unus reservetur in ultimam hebdomadam, qua studia finiuntur, alter etiam in primam hebdomadam, qua studia renovantur. Porro particulares actus per duas horas et dimidiam habeantur mane tantum aut solum a prandio; generales vero utroque tempore; vel sicubi non solent in sabbatis a prandio scholae frequentari, mane extrahantur ad quattuor vel quinque horas[m], ut[n] moris est in Gallia[n]. Sicubi vero nostri privatim theologiam audiunt, conentur et ipsi hos actus celebrare publice, invitatis externis aliquo cum apparatu.

---

[2] Vide MP I 243.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

5. Ad hos utrosque actus seligantur auditores magis ingeniosi iudicio praefecti et consilio professorum; quorum auditorum quilibet suum particularem habebit; suum etim generalem, nisi aliud obstet; plures enim illum quam hunc sustinere possunt; et admoneantur in renovatione studiorum, tunc distributis cuilibet partibus theologiae in actus particulares. Praesideant vicissim professores[o] vel alii doctores nostri, si fuerint[p]. Argumententur non minus quam tres, quorum primus sit doctor. Eborae satis esset introduci actus particulares, propter frequentes externorum actus ad gradus suscipiendos[q].

6. Conclusionum iste sit modus: Una conclusio non excedat tria vel quatuor membra, nec nimium sterilia. In hebdomadariis disputationibus non sint [129] ultra octo vel novem conclusiones; in menstruis non ultra 12 vel 15. In actibus, si unius partis, non ultra 20; si totius theologiae, non ultra 50; pauciores etiam si publicus academiae mos aliter habeat[r].

7. Praefectus dum interest disputationibus, non solvat argumenta, sed dirigat disputantes. Posset tamen datam solutionem explicare et ostendere, quam bene satisfaciat argumento, cum is qui argumentatur, nondum videtur esse contentus. Non impediat praeceptores. cum loqui voluerint. Id quod, si minus ordinate faciant, potius[s] rogando vel monendo, quam imperando[t] eos ad loquendi vices servandas adducat. Argumentari poterit, sed quo rarius, eo dirigendi munus, quod ipsi proprium est, maiore cum dignitate praestabit.

8. Porro conandum est, ut[u] disputationes omnes, quarum fervor ac dignitas iam concidisse videtur[u][3], pristinae restituantur autoritati, cum hoc exercitationis genere nihil sit utilius ad capessendas superiores facultates[4]. Videas non paucos[v] in legendo, in scribendo, in compaginandis quae scripserunt, totos esse, disputationem vero fugere, negligere, otiosam existimare, habere tandem theologiam non tam in memoria atque intelligentia, quam in libris papyraceis reconditam. Constitutiones vero nihil gravius commendant quam disputationes earumque frequentiam et assiduitatem[5]. Tantumque in iis momenti esse putant, ut ne humaniorum quidem literarum et grammaticae studiosos iis carere patian-[130]tur[6]. Semper vero viri graves sibi persuaserunt, addisci philosophiam ac theologiam non tam audiendo quam disputando. Illic enim certissimum fit periculum, quantum quis intelligat ea, quae scribit aut docet; et quanta sit firmitas privatarum cogitationum, cum non raro quae splendescere viden-

---

[3] Testimonio sint verba, quae I. Busaeus S.I., Moguntia, die 22 febr. 1584 ad P. Generalem scribebat: «Quod autem ad hoc collegium moguntinum attinet, primum iudicavi T. Paternitatem certiorem reddendam esse de ratione studiorum, quam hic in instituendis theologiae studiosis, quorum de nostris fere sunt 20, tenemus. Nec enim hic ex quotidianis professorum praelectionibus is sequitur profectus, qui Romae; quia labores refugere videmur. Repetitio lectionum more romano instituitur quaque hebdomade tantum quater: Lunae, Martis, Iovis et Veneris diebus. Sabbato a prandio et pridie celebriorum festorum nulla est lectio nec repetitio. Diebus festis et dominicis nulla repetitio aut disputatio. Hebdomadariae disputtiones durant unam tantum horam, menstruae duas. Optavi quidem aliquando crebriores inducere disputationes et repetitiones, quibus solis theologi fieri videntur, sed laborem socii refugiunt. Quamquam per novas regulas studiorum fortasse huic quoque rei remedium aliquod afferatur» *Germ. 162*, f. 130*v*.

[4] De earum momento cf. tractatum Patris Lainez de studio philosophiae (1549); MP I 49 § 3; et vide MP I-IV passim.

[5] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 10-11; MP I 243-45.

[6] Vide *ib.* § 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tur in cubiculo, sordeant in scholasticis concertationibus. Tunc etiam, dum ab adversario premimur, cogimur omnes ingenii nervos intendere, et pleraque tunc extundimus, urgentibus aliis, quae in otio atque umbra nunquam venissent in mentem. Audimus aliorum inventa, quae aut lucem aliquam rebus dubiis afferunt, aut viam aperiunt ad aliquid aliud excogitandum aut, si minus placent, perspectis adversarii effugiis, et iis possumus occurrere facilius et nostra firmius communire; observare possunt et auditores, quid boni iste, quid ille praeceptor afferat; et exemplo doctorum sese acuunt ad pugnam, animadvertentes, ubi claudicent argumenta, quae distinctiones opportunae sint, quomodo praeceptoris doctrina subsistat. Tandem et gravissimorum virorum iudicio et experimento comprobatur, disputationem unam plus prodesse, quam lectiones multas[7]. Praeterquam quod nihil sit, quod nostras scholas magis illustrare possit, quam si auditores sic instituamus, ut in publicis conventibus et concertationibus magnam audientium moveant approbationem et plausum.

Ut autem disputationes, quae[w] iacere videntur[8], in meliorem formam ac splendorem excitentur[w], multa praesto sunt remedia. Sed [131] quae omnia posita sint in superiorum sedulitate; qui, nisi in hanc rem serio incumbant, sibique persuadeant hinc omnes fructum et existimationem scholarum nostrarum pendere, efficietur plane nihil, etiamsi ea de re bene constitue[n]da multae leges aut praecepta scribantur. Itaque proderit primo, si superiores frequenter intersint disputationibus privatis et publicis. Observent, quibus causis fructus huius exercitationis impediatur. Corrigant quae corrigenda sunt. Collaudent strenuam ea in re operam quorundam: aliorum redarguant socordiam. Perficiant denique, ut intelligant omnes, cum primis eam rem sibi curae esse. Quod si aliis negotiis impediti haec per se praestare non possunt, committant suas partes praefecto, quem non modo doctum, acrem et industrium virum oportet esse, sed et quod caput est, magnae etiam auctoritatis in omni studiorum administratione. Cuiusmodi potestas, si non videtur conferenda praefecto, quicquid saltem in re litteraria rector agendum putat, per praefectum exequatur. Si quid vero rectori delatum fuerit de praefecto, nihil ipse constituat, sed re cum illo communicata, quicquid mutandum videtur, id[x] mutet per praefectum; qui id opportune praestet ac prudenter, tanquam re melius a se perspecta mutasset consilium, ut eius consulatur auctoritati. Alioquin intelligent alii praefectum[y] nihil aliud esse quam nomen inane, ut propterea neminem reprehendere audeat vel monere. Certe necessarium est in praeside disputationum eam esse potestatem, qua [132] disputantes possit et honorifice prosequi et coercere, si oporteat; omnesque intelligant, multum sua interesse ab illo suam operam probari. Eiusmodi vero potestatem, si non putant superiores esse praefecto demandandam, vel ipsi per se eam exerce ant,vel disputationibus arbitrentur nondum satis esse consultum.

Secundo, iubeantur interesse universi disputationibus, et diligentius quam lectionibus. Porro sunt qui[z] quicquid occupationis extra ordinem nanciscuntur[a] aut nan-

---

[7] Cf. supra, adn. 4.
[8] Cf. supra, adn. 3.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cisci possunt, id omne conferunt in diem et horas disputationum, non secus ac si supervacua et otiosa quaedam res esset. Sane spes nulla futura est, rem istam bene componendi, nisi firmissime statuant superiores eos se praebere, per quos nulli liceat abesse a disputationibus; eaque omnis spes praecidatur, non secus ac si dies esset lectionis, et multo etiam severius, ut sit facilior in lectionibus dispensatio. Frigent enim sine frequentia concertationes; et cum earum fructus minus perspici atque intelligi possit a iunioribus, si quis unus abesse coepit, caeteri facile dilabuntur. Quare tanto impensius curandum est, ut ea in re nihil impune peccetur.

Tertio, dum disputatur, non ferat praeceptor aliusve qui disputationi praeest, ullas collocutiones in schola; attendere omnes iubeat, parcere fabulis; non dormitare, non egredi pro arbitratu; hortetur, coarguat, pudefaciat, prout expedire iudicaverit.

Quarto, hebdomadariae disputationes duas horas ne excedant. Quicquid superadditur, angit et conficit sedentes. Hinc odiosae fiunt et onerosae [133] disputationes; praesertim tam crebrae, nisi quo crebriores, eo sint et breviores. Nam defessis, quicquid boni dicatur, nihil potest esse in precio. Effluit potius quicquid infunditur. Et quoniam varietas ac vicissitudo gratior est, levatque audientium satietatem, argumententur[b] quatuor, quorum quilibet argumenta duo intra semihoram examinanda proferat.

Quinto, magnum fructuosae disputationis momentum positum esse putent praeceptores in formae rigore servando, Nam ea neglecta, nec argumentorum vis apparet, nec respondentis acumen ac solertia agnoscitur; nec urgetur articulus difficultatis iis, qui disputant, sese mutuo a re proposita avocantibus; nec auditores intelligere possunt, quid tandem post tantam contentionem constitutum sit; nec[c] disputatio trasigitur sine audientium offendicolo, cum nonnulla interponantur interdum carpendi adversarii gratia, quorum occasionem praebet licentia deserendi formam[c]. Quae si severe servaretur[d], ipsa per se contineret[e] in officio loquentes. Offenduntur[f] etiam viri graves, quod[g] disputandi leges negligantur[h], quae in illustribus academiis tanto sunt in honore, ut nihil ignominiosius obiici possit argumentanti, quam quod non probet, quod fuerat negatum, aut a filo susceptae disputationis recedat. Qua[i] in re nos aliquando male audimus; nec sine magna[i] iactura tum temporis, quod argumentorum nullus cernatur exitus, quae formae ratio atque ordo integer brevi dissolveret; tum existimationis, quod aberrare ab argumentandi forma eorum sit, qui [134] fugere malunt, quam pugnare; cumque ex adverso stare non possint, variis omnia tergiversationibus implicant. Itaque qui respondet, repetat primum argumentationem propositam. Deinde ad praemissas vel consequentiam dicat: nego, vel concedo dumtaxat[j]. Nam distinctionibus minus frequenter utendum est. Cum enim illae[j] crebriores sunt, et disputandi cursum interturbant, et displicent argumentantibus, et remedia quaedam videntur studiose quaesita ad extrahendam disputationem, donec vera occurrat solutio. Multo vero parcius adhibendae sunt declarationes vel etiam rationes, cur quidque dicatur aut negetur. Nihil enim ea res molestius, praesertim si obtrudantur invitis argumentantibus. Tandem ab ipsis logicae incunabulis sic instituantur iuvenes, ut nihil eos magis pudeat, quam a forma deficecisse; et nullius rei

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

acriorem exigat rationem praeceptor, quam ut coram se nihil in forma peccetur. Retractetur vero statim quicquid peccatum fuerit.

Sexto, diligenter etiam observetur quod Constitutiones in 4 P. c. 6 § 10: «Qui praeest, inquiunt, disputationi, ex ea concertatione eliciat declaretque ad audientium utilitatem, doctrinam, quae tenenda sit[9]». Accidit enim non rarok ultro citroque ita rem agitari, ut auditorum praestringatur et confundatur attentio, ideoque sine fructu recedant. Quocirca odisse solent disputationem, ut inutilem et non nisi confusis clamoribus perstrepentem. Ad[l] quam opinionem abolendaml studeat praeceptor aliquid bonae doc-[135]trinae semper afferre; quin et aliqua ex prolixis lectionibus resecare, ut ea in diem disputationis reservet, digna etiam quae sedulus auditor observet inter disputandum, et deinde breviter referat in libellum, si velit.

Septimo, illud praeceptor cogitet disputationis diem non minus, quam lectionis laboriosum sibi futurum esse. Quare ad otium et quietem non se comparet, sed ad laborem; eoque maiorem, quo difficilius est duas horas, quam unam tenere auditorem, et quidem nihil scribentem, nec putantem id sua multum interesse. Quod si langueat praeceptor et res progredi sinat ut possunt, quid mirum, si segnitia quadam ac taedio tota classis obtorpeat? Curet itaque primum, ut publice non disputent, nisi doctiores; caeteri raro[m] prodeant in publicum; neque vero tunc, nisi prius ita instructi a praeceptore, ut eo loco non putentur indigni. Deinde in privatis praesertim disputationibus, quae frigere plus solent quam communes, sic disputantibus assistat, ut ipse videatur esse, qui in utroque concertatore concertet. Collaudet, si quid boni afferatur; attendere omnes iubeat, cum insignis aliqua difficultas proposita est; suggerat subinde breve aliquid, quo vel fulciat respondentem vel argumentantem dirigat; aberrantes revocet in formam; exprobret etiam nondum intellectam rem aliquam, quam ipse toties inculcaverit: neque diu taceat, neque semper loquatur, ut ipsi etiam discipuli promant, quod sciunt; ipse vero quod promptum fuerit, emendet aut expoliat; et post aliquam concertationem, in-[136]dicta omnibus attentione, rem totam breviter explanet; nec patiatur vel argumentum pene solutum longius urgeri vel responsionem non bene constantem diu sustineri; contra vero non dissimulet difficultates, sed disputantem progredi iubeat, donec vim obtinet argumentum[n].

Octavo, invitent se invicem professores, diversarum licet facultatum, ad privatas etiam disputationes; saltem per horam aliquam, quo magis concertatio fervescat congressu praeceptorum[o]. Eandem ob causam invitentur ad easdem nonnulli etiam, qui in nostris academiis doctoratum consecuti sunt, vel suorum studiorum curriculum confecerunt. Si quid denique aliud uspiam est in usu, quo disputationes reddi solent celebriores, id sedulo retineatur[p]. [137]

---

[a] vel ... prandio] aliove quem vetus academiae consuetudo exigit, die *tRB* / [b] *p* horas *add. tRB* ultimas / [c] nempe ... scholarium *om. tRB* / [d] longius ... suaderet] longiores eas desideraret *tRB* / [e] *p* sabbato *add. tRB* Sed si haec duorum dierum vacatio tribus aut quatuor continuaretur hebdomadis, aliqua tunc disputatio interseratur in sabbatho / [f] In ... haberi *om. tRB* / [g] publice ... nequit *om. tRB* / [h] *p* sesquihoram

---

[9] Vide MP I 245.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

add. tRB aut etiam brevius, si id praepositis videbitur ob auditorum paucitatem / [i] quolibet...ultimos] si receptus academiarum usus nihil impediat, singulis, aut si magna fuerit paucitas auditorum, alternis mensibus (excipe duos ultimos aestivos, ubi caelum minus temperatum est) *tRB* / [j] *p* prandio *add. tRB* Atque haec, ubi citra offensionem aut fieri solent, aut introduci possunt. Alioquin regionum consuetudini et praepositorum provincialium stetur arbitrio / [k] *p* argumentandum *add. tRB* si ea vigeat consuetudo, aut introducenda videatur praepositis / [l] et sint ... nostris] licet etiam, si placet, easdem esse communes omnibus nostris intra eiusdem annum defendentibus *tRB* / [m] *p* horas *add. tRB* Idem fiat a prandio, ubi mane disputare moris non est / [n] ut ... Gallia *om. tRB* / [o] *p* professores *add. tRB m. Tucci in marg.* vel ambo simul quolibet de suis quaestionibus respondente / [p] *p* fuerint add. tRB vel etiam aliquis externus insigni authoritate, si ratione fundationis seu consuetudinis id vitari non potest / [q] *p* suscipiendos *add. tRB* ubi ex quarto anno haud multi suppetent auditores, deligant ex tertio. Proderit denique ab iis etiam externis (ad id enim invitandi essent), qui curriculum theologiae peregere, quotannis bis aut ter solemnes defendi conclusiones, invitatis doctoribus tam nostris, quam externis / [r] *p* habeat *add. tRB* Quae omnia transalpinis adversus haereticos ampliora, prout moris est, concedantur / [s] potius] Crebrius *tRB* / [t] *p* imperando *add. tRB* (nam et imperare necesse est interdum) / [u] ut ... videtur] universim ne disputationum fervor ac dignitas concidat; aut sicubi concidit *tRB* / [v] Videas non paucos] Quid enim praeposterum magis quam auditores *tRB* / [w] quae ...excitentur] quo oportet operae precio ac splendore obeantur *tRB* / [x] id *del. tRB* / [y] *p* praefectum *add. tRB* nihil aliud esse, quam nomen inane, ut propterea / [z] Porro sunt qui] Nec ferendum, ut *tRB*.

[a] *p* nanciscuntur *add. tRB* auditores / [b] *p* argumententur *add. tRB* (quod commode liceat per paucitatem) / [c] nec ... formam] posset et interdum non sine audientium offendiculo occasionem carpendi adversarii praebere licentia deserendi formam / [d] servetur *tRB* / [e] continet *tRB* / [f] offenderentur *tRB* / [g] quod] si *tRB* / [h] negligerentur *tRB* / [i] Qua ... magna] Quod ubicunque accidit, fieri solet non levis *tRB* / [j] dumtaxat ... illae] maiorem seu minorem etc. Interdum etiam distingue; modo minus frequenter, cum enim distinctiones *tRB* / [k] Accidit enim raro] Nec tolerandum *tRB* / [l] Ad ... abolendam] Id verum ne nobis accidat *tRB* / [m] caeteri raro] caeteri privatim exerceantur diligenter, eoque diligentius, quo rudiores; raro tamen *tRB* / [n] *p* argumentum *add. tRB* Quamquam si argumentator in coepto argumento persistere sibi videatur, revera tamen ad aliud transgressus fuerit, id praesidem dissimulare non oportet, ut intelligi possit ab omnibus quemadmodum unumquodque per se argumentum dissolvatur / [o] *p* praeceptorem *add. tRB* Atque his tempestive theses, de quibus disputandum est, forent indicandae; compellendi etiam, ut veniant ad celebriores quosdam actus / [p] *p* retineatur *add. tRB* nec omittendum quod Par. 4 Constit. cap. 6 § 10 habetur; nempe ut is, qui responsurus est, antequam alii argumententur, breviter suas confirmet theses, nimirum duas aut tres fere.

DE OPINIONUM DELECTU, CENSURA, RETRACTATIONE

CAPUT SEPTIMUM

[1] In opinionibus a Societate constitutis[1] non est satis, doctorem referre sententias multas[a] et de suo nihil apponere, sed defendat opinionem praescriptam, vel relinquat quaestionem vel differat donec melius cogitet. Sicut vero boni doctoris est, opiniones seligere tutiores ac magis receptas, ita ad superiorum pertinet vigilantiam curare, ne quid in eo genere peccetur; et si quid peccatum fuerit, emendare[b].

2. Ad observandum vero quae professores minus caute doceant aut loquantur in scholis, haec fere conducere videntur. Primo, praefectus illos audiat aliquando; nec rarius quam[c] semel decimoquinto quoque die[c] quamlibet classem[d] superiorem superior praefectus, inferiorem invisat inferior[d]. Legat interdum commentarios a discipulis exceptos. Duos etiam tresve auditores ex nostris non minus fidos, quam ingeniosos frequenter roget, quid in ista, quid in illa quaestione sentiat praeceptor, tanquam aliud

[1] Vide tractatum *De opinionum delectu* a deputatis patribus conscriptum; supra, p. 6-17.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

agens, nihil laesa, quantum fieri poterit, doctoris existimatione. Id quod aliquanto diligentius praestandum est, cum doctor aliquis in materiis lubricis versatur, vel in quibus[e] praescriptae iam sunt [138] opiniones[f]. Secundo, si quid animadversione dignum observatum delatumve sit, examinent[g] rector et praefectus scripta duorum vel trium[g]. Interrogentur etiam duo tresve secreto; et cavendum, ne quid calumniae subsit. Id enim impunitum esse non debet, ad terrorem aliorum. Tertio, ubi de re constiterit, rector praeceptorem admoneat suaviter, et si quid periculosum fuerit[h], retractet continuo. Secus amoveatur. Sin res non adeo clara sit, expectet occasionem aliquami, qua dicat illud sibi aliquando placuisse, nunc autem minime[j]. Quarto[k], in iis quae tenenda non sunt, quia prohibita a Patre Generali, moneatur etiam, ut retractet per occasionem. In gravibus autem etiam compellatur. Secus agatur ut cum inobediente. Pro gravibus autem habeantur vel quae sunt proxima temeritati ac scandalo, licet non clare, vel unde pendent multae aliae quaestiones[k].

3. Si quid ab aliquo professorum inter disputandum perperam dictum sit, si commode dissimulari potest, praefectus conniveat. Sin ea res plus habeat periculi aut erroris, quam ferendum sit, nihil differat, sed prudenter tunc rem totam curet declarandam sive per praeceptorem, sive per se, nisi inde timeat plus contentionis et turbarum. Tunc enim aliquid quod ad rem pertineat, breviter significet, et finem imponat, remque totam postea rectori referat.

4. Conclusiones, quas quis in classe defensurus est, postquam a magistro recognitae fuerint, osten-[139]dantur etiam praefecto. Qui opinionem nullam commutet aut deletur. Qui postquam eos aut etiam, si oportuerit, alios audierit, quicquid statuet, denuntiet atque exequatur per praefectum. [140]

---

[a] sententias multas] doctorum sententias *tRB* / [b] *p* emendare *add. tRB* In hoc siquidem capite non agitur de opinionibus, quae rectae in Deum fidei repugnant (in his enim quid facto opus sit, satis patet), sed de aliis, quae merito nostris placere non solent. Quocirca ad Societatis curam censuramque spectant / [c] quam ... die] quam bis in mense *tRB* / [d] classem ... inferior] classem sive inferiorem, sive superiorem invisat. Et semel quidem per seipsum; iterum autem per collegam, si eum habuerit *tRB* / [e] *p* quibus *add. tRB* a Societate / [f] *p* opiniones *add. tRB* certae / [g] examinent ... trium] praefectus admoneat professorem. Si admonenti non acquiescat, rem examinet rector et praefectus, adhibitis in consilium duobus, ubi sunt, professoribus aliis. Et si res postulet, recognoscant etiam scripta duorum triumve auditorum *tRB* / [h] periculosus fuerit] haud quaquam ferendum fuerit *tRB* / [i] *p* aliquam *add. tRB* sed omnino et quam primum quaerendam / [j] *p* minime *add. tRB* Et tam in his, quam in illis curet, ut quae scripserunt, corrigant auditores / [k] Quarto ... quaestiones *om. tRB* .

DE PRIVATO STUDIO SCHOLASTICORUM

CAPUT OCTAVUM

[1] Horis privato studio attributis scholastici servent hunc studendi modum: Praevideant ante scholas textum legendum. Post scholas domi relegant scripta. Curent intelligere. Intellecta sic examinent, ut ipsi sibi obiiciant, et quae obiecerint, solvant. Quae nequeunt, annotent ad interrogandum vel disputandum. Praescriptam tandem a

---

[1] Cf. *Regulae scholasticorum S.I.* (1569) § 4 et 5; MP II 228.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

praefecto divisionem temporis servent diligenter[1].

2. Quoniam in hoc privato studio aliquem commentarium concedunt scholasticis Constitutiones[2], libri auditoribus theologiae sic videntur distribuendi: Hi qui sunt ingenio vix mediocri, primo semestri non legant, nisi S. Thomam; ne Caietanum quidem. Sed postea detur eis unus tantum pro diversitate materiarum, isque perspicuum et facilis ut Durandus, Bonaventura, Richardus, Marsilius[a], Ferrariensis, Argentinas[3]. Poterit et aliquando commutari, si iudicabitur expedire. Qui sunt ingenio saltem mediocri vel plus, vix aliquid primo semestri praeter S. Thomam et Caietanum videant, nisi[b] qui legerint cursum philosophiae[b]. Postea aliquis autor dandus eis est ex clarioribus iuxta materias. Tertio anno Gabriel, Gregorius, Henricus, Paludanus, Herveus, Scotus [141] praesertim ingeniosis; sed unus fere, ut inquiunt Constitutiones[4]. Quarto anno quibusdam Capreolus posset dari. Biblia[c] vero et tridentinum concilium quilibet semper habeat[c]. Secundo anno aliquem etiam ex patribus, et eum fere quem petierint, si non sit parum utilis et, quantum fieri potest, accommodatum praesenti materiae. Is legatur succisivis tantum quadrantibus vel post taedium longioris studii. Poterit et commutari, si post aliquod tempus alium poscant. Sed curetur, ne in hoc sint nimii ut concionabundi[d]. [142]

---

[a] Marsilius *om. tRB* / [b] nisi ... philosophiae *om. tRB* / [c] Biblia ... habeat] Tridentinum vero concilium quilibet semper habeat, sicut et Biblia, ex quibus caput unum quotidie perlegat; turpe est enim theologo in his non esse probe versatum *tRB* / [d] *p* concionabundi *add. tRB* Permittendum etiam videtur transalpinis theologis, qui ad certandum cum haereticis informantur, aliquod controversiarum compendium, sed authoris non paenitendi.

DE VACATIONIBUS[1]

CAPUT NONUM

[1] Vacationesa intra annum nullae introducantur, ubi non sunt. Nec ubi sunt, longius extrahantur; tum quia per tot remissiones et longas vacationes multum temporis amittitur, ut expediri nequeant materiae; tum quia tempore vacationumb non solum externi, sed etiam nostrib minus possunt in officio contineri; tum quia multis nostrorum auditorum est taedio tam longa vacatio, cum ex se ipsi occupari nesciant. Aegrotant etiam crebrius ob occasiones nimiae relaxationis.

2. Optandum est, ut ubique legatur in anniversario Defunctorum a prandio; item statim post festum Sanctorum Innocentium; feria sexta et sabbato ante finem bacchanalium; feria secunda et tertia Quinquagesimae, ubi id consuetum fuerit; in feria quarta Cinerum a prandio; Hebdomadis Sanctae feria secunda et tertia, mane etiam quartae; post Pascha feria quinta et sequentibus; et ubimoris est, etiam quarta; mane etiam vigiliarum (nisi ubi id scandalo foret) Natalis et Pentecostes, saltem ut

---

[2] Vide *Const.* P. IV c. 6 litt. M; MP I 251.

[3] De scriptoribus antiquis, qui in hoc capite recensentur, cf. *Commentariolus;* supra, p. 18 adn. *.

[4] Vide supra, adn. 2.

[1] De re vacandi a scholis multa inveniuntur in MP I-IV.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

post paulo breviorem lectionem, aliquid piae cohortationis subiiciatur. [143]

3. Dies unus recreationis integer sit in hebdomada, ubi est in usu. Ubi vero solum a prandio vacatur, nihil addatur[c]. Hic dies[d] non interponatur, cum vel festum unum[e] est in hebdomada[f] et[g] cadit in feriam quartam seu quintam, vel cum duo festa sunt[g].

4. Remissiones studiorum a prandio italis consuetae ineunte iulio propter caloris vehementiam (quo tempore professores scholastici legunt alternis diebus) non introducantur, ubi non sunt. Sed vacetur duobus mensibus; minus etiam, si minus est consuetum propter mitiorem coeli temperiem. Ubi vero fiunt illae remissiones, maior quam oportet, fiet iactura lectionum, si ultra sesquimensem protrahantur vacationes. Desinant itaque ad finem augusti, et sub festum S. Lucae redeant ad scholas. Aliis in regionibus, licet citius tardiusve ferias finiri, repetique studia exigat vel vetus academiae publicae mos, vel coeli inclementia, vel consuetudo regionis; illud tamen universim curetur, ne nostri ultra sesquimensem vel duos menses lectionibus destituantur. [144]

---

[a] *p* Vacationes *add. tRB* plurium dierum / [b] non ... nostri] adolescentes *tRB* / [c] *p* addatur *add. tRB* nisi fortassis dies integer singulis aestivis mensibus / [d] Hic dies] Huius autem hebdomadariae vacationis dies / [e] *p* unum *add. tRB* (in quamcumque feriam cadat) / [f] *p* hebdomada *add. tRB* Ad hunc enim morem, qui florentissimis quibusque academiis celeberrimus est, scholae nostrae videntur redigendae. Per crebras enim cessationes nec litterarum studiis, nec morum disciplinae, nec Societatis existimationi probe consulitur. Nam valetudini satis esset, si in festo moderatus aliquis lusus seu deambulatio, aliudve huius generis, quod sine offensione posset in mores induci, a prandio nostris indulgeatur. Sin haec citra offensionem non liceant, nisi in quartam vel quintam feriam incidat festum, interponatur vacationis dies / [g] et ... sunt *om. tRB*.

DE GRADIBUS BACCALAUREATUS, MAGISTERII ET DOCTORATUS[1]

CAPUT DECIMUM

Constitutiones 4 P. cap. 15 n. 2: «In artium, inquiunt, studio cursus erunt ordinandi, in quibus scientiae naturales (ad quas minus quam trium annorum spatium satis non erit) praelegantur. Praeter quos medius adhuc annus ad audita repetenda et ad actus scholasticos celebrandos et gradum magisterii suscipiendum iis, qui eum susceperturi sunt, relinquetur». Infra § 3: «Theologiae, inquiunt, curriculum sex annis emetietur. In primis quatuor ea omnia quae legi oportebit, praelegentur. In duobus reliquis praeter repetitionem actus soliti ad gradum doctoratus ab iis qui promovendi sunt, absolventur»[7].

1. Optandum est ut, quod hucusque fieri non potuit, concedatur deinceps nostris ad repetendam vel philosophiam semiannus vel theologiam biennium.

---

[1] Eadem de re cf. *Rat. stud. Borg.* III § 34-82; MP II 272-87; et MP I-IV passim.
[7] Vide MP I 301-05.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. Porro aegre ab externis obtineri poterit ubique, ut actus non inchoent seu perficiant nisi peracto philosophiae vel theologiae studio, idque vel per dimidium annum vel per biennium ultra. Nam in Italia vix a nostris promoventur, nisi alumni vel convictores, qui tamdiu nequeunt expectare, et facile ad medicinam [145] vel ad iurisprudentiam dilabuntur. Quin etiam alienantur a nostris et offenduntur hac severitate, cum in caeteris Italiae academiis facillime gradum consequantur, si velint. In Germania quoque tantae dilationis intervalla vix tolerantur. Nec parum praestitisse se putant, si quadriennium theologiae impendant. Et esset illis aliquid remittendum. Alioquin deterrentur a doctoratu petendo, ut paucos proinde doctores catholicos habeat Germania, cum abundet doctoribus haereticis, quod eorum promotio semper in promptu sit. In Gallia quoque nihil ultra triennii finem expectant philosophi, ut magistri fiant, quod tantam moram non ferant, cum properent ad leges. Id quod etiam germanis accidit philosophis ob alias causas. Consideret[a] itaque R.P. Generalis, an cum italis et transalpinis dispensare velit, cum praesertim Constitutiones ibidem B dicant id esse servandum ut plurimum[a3]. Germanis quoque theologis posset indulgeri[b], ut in fine biennii primum celebrent actum, quo fiant baccalaurei currentes; formati vero in fine triennii post actum alterum; ut hoc pabulo detineantur in nostra academia. Atque illi duo actus computandi essent inter eos, qui ad doctoratum necessarii sunt; quem tamen suscipere non deberent, nisi post quadriennium celebratis aliis actibus; etiam si nonnulli in patriam interim redirent, ubi et suis negociis et privato studio vacarent, reversuri deinde in academiam nostram, quando oportuerit, ad doctoratum suscipiendum.

3. Promovendis ad gradus examinis et actuum [146] ratio, ubi severior alia non fuerit ex instituto et fundatione academiae, istiusmodi praescribenda videtur. Principio candidatum aperto capite sedentem in scamno doctores seu magistri quinque[c], quorum unus ac praeses sit cancellarius seu praefectus studiorum[d], privatim examinent duabus horis, argumentando nonnunquam, sed saepius interrogando de praecipuis totius theologiae vel philosophiae quaestionibus; quas pridie[e] praefectus distribuat examinatoribus. Examine peracto, exeat candidatus, et dum foris opperitur, inter se deliberent examinatores, an videatur idoneus, qui ad actus publicos admittatur; pluribusque suffragiis res decernatur. Quod si nondum aptus iudicabitur, perhumaniter ei denuntiet praefectus, egere illum diuturniore studio. Postquam vero aliquanto diligentius studuerit, alterum illi examen subeundum est. Sin maior illum pars idoneum censuerit, hoc illi significet praefectus, et diem primi actus celebrandi constituat[f].

4. Actus publicos quinque theologus persolvat. Quorum priores quatuor sint particulares, hoc est, ex una S. Thomae parte; nempe, primus ex I Parte, alter ex I-II, tertius ex II-II, quartus ex III Parte. Novissimus autem sit generalis de tota theologia. Quem sane ultimum esse oportet, non primum, ne statim initio tanta rerum multitudine opprimatur. Quare satius videtur, ut theologiam primum per partes ex-

---

[3] Vide MP I 303.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pendant ac tueantur candidati, deinde strenue exercitati in partibus, aggrediantur univer-[147]sam. Generalis actus totum scholarum tempus occupet mane et vespere. Particulares vero vel matutinis vel pomeridianis duabus horis et dimidia contenti sint. Constet vero ille quinquaginta circiter conclusionibus; isti autem fere quindecim. Porro actus philosophorum duo sint[g], et prior[h] quidem particularis, collectis ex universa philosophia quindecim circiter conclusionibus; alter generalis et plenior ex thesibus quinquaginta fere[h]. In iis vero actibus tantum nostri, qui magistri seu doctores sunt, utantur epomide, ubi eius usus fuerit. Neque vero promoti omnes ea utantur, sed solum philosophiae professores et argumentaturi ad tuendam academiae auctoritatem; nec nisi promoti argumententur, ubi eorum satis magnus suppetit numerus. Doctoribus[i] et professoribus theologiae assignentur loca distincta a doctoribus professoribusque philosophiae, cum ad actus conveniunt. Inter hos vero qui actu docent, praecedant alios, qui actu non docenti. Caeteri omnes sive promoti sive non promoti intersint, et nullo ordine sedeant inter alios.

5. Post quemlibet actum, qui examinandi munus exercent, inter se deliberent, an et quomodo progrediendum sit in actibus. Nam in aliquo actu candidatus, si inepte admodum se gereret, numerandus non esset inter actus necessarios, sed pro eo alter obeundus foret. Sin non usque adeo indocte responderet (ut aliqua existimationis eius habeatur ratio), non iteretur idem actus, sed alter longius differatur, donec diligentius studuerit, inseratque in actu sequenti difficilio-[148]res aliquas theses ex priori. Cum vero in actu sui specimen, quod oportet, praebuit candidatus, ad alios admittatur et fiat baccalaureus.

6. Conferatur baccalaureatus non alio sane ritu, nisi quod candidatum iam tertio theologiae actu defunctum cancellarius vel praeceptor publice pronuntiet baccalaureum post fidei professionem et oratiunculam, qua gradum istum postulet. Id quod praestari posset philosophis, qui octo *Physicorum* libris auditis, theses aliquas bene defenderint. Baccalaureis vero praescribendum non videtur, ut exponant aliquem librum *Sententiarum* vel Aristotelis[j], si nondum sua studia absolverint[k]. Id[l] enim non tam adiumento, quam impedimento est[l]. Baccalaureus dehinc caeteros persequatur actus, quibus peractis, indicatur illi dies, quo promovendus sit ad magisterium seu doctoratum. Qui tamen in sacra theologia nulli conferendum est, qui aliquo sacrorum ordinum initiatus non sit[m].

7. Promotionis ritus varii solent esse pro multiplici academiarum instituto et gentium moribus. Expeditissimus et ad Constitutionum[4] simplicitatem accommodatus videtur iste. Ante promotionis diem candidatus coram cancellario seu praefecto ter aperiat Bibliorum librum, si est theologus, vel Aristotelis, si est philosophus. Ex locis illis tribus, quos casu liber apertus obiecerit, unum quem maluerit, candidatus seliget; quem post viginti quatuor horas, sequenti die exponat in loco promotionis. [149]

8. Promotionis locus sit aliqua classis amplior caeteris, vel aula actibus et promotionibus destinata. Templum quoque esse posset, cum theologiae doctoratus confertur seu licentiatus, ubi est in usu. Ad eum vero locum altero die hora a praefecto

---

[4] Cf. *Const.* P. IV c. 15 § 4; MP I 305 307.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

constituta conveniant omnes superiorum facultatum[n] et professores et auditores[o]. Insternantur aliquot scamna tapetibus et[p] ex sede paulo editiore, infra tamen doctores, candidatus suam[p] habeat lectionem paulo longiorem semihora. Adversus eum deinde de proposita quaestione duo tresve doctores intra semihoram argumententur. Tum promotor (qui esse debet ordinarie cancellarius seu praefectus studiorum, nisi exonerandus videretur nonnunquam ob frequentiam promovendorum) brevi oratiuncula candidati sedulitatem atque ingenium commendet; vel si videatur de re aliqua theologica, tempori et auditoribus accommodata, nonnulla verba faciat. Surgat postea candidatus, et positis ante promotorem genibus fidem catholicam clara voce profiteatur iuxta formulam a Pio quarto editam[5]. Qua perlecta, iuret tacto evangeliorum libro. Astet bidellus manu tenens annulum, pileum novum et librum Bibliorum pro theologis, vel Aristotelis pro philosophis. Surgat denique promotor operto capite et gradum conferat hac verborum formula: Ego N., sacrae theologiae doctor, Apostolicae Sedis autoritate nostrae Societati concessa[6], mihi vero commissa, confero tibi R.N. sacrae theologiae seu philosophiae magisterium vel doctoratum, iuxta [150] omnia academiarum privilegia, ut ubique Divinas Scripturas scholasticamque theologiam vel philosophiam docere possis publice. In huius vero honoris et gradus monumentum ac pignus pileum capiti tuo impono, et hoc sacrosanctum volumen Bibliorum vel Aristotelis in manus tuas trado; digitum denique annulo doctoratus insigni nota circumdo. Id quod in Christi optimi maximi gloriam Ecclesiaeque utilitatem cedat, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Tum promotor novum doctorem amplectatur vel manum tangat pro more patriae, et reliqui deinceps doctores, quos interdum promotus considet, et honoris et hilaritatis gratia musicum aliquid interponatur; breviter tamen et modeste[7].

9. Promotione peracta, unus aliquis ab ipso candidato ad id invitatus oratione brevissima novum doctorem ad eam dignitatem morum gravitate et assiduo labore ac studio tuendam cohortetur. Novus postea doctor ex cathedra tanquam doctoratus possessionem aditurus aliquem divinae Scripturae locum interpretetur brevissime; eamque interpretationem claudat oratiuncula, qua Deo primum, deinde doctoribus suis ac promotori gratias agat. Tandem inter gratulantium occursus ac voces et instrumenta musicorum, inter rectorem et cancellarium medius deducatur in templum, vel si iam sit in templo, ad altere maius, ubi *Te Deum laudamus* decantetur et dimittatur concio. Porro necesse est, ut promotioni interfuerit ali-

---

[5] Formulam professionis fidei v. ad calcem bullae Pii papae IV (13 nov. 1564); in *Bullarium Romanum* (ed. Taurin.) VII 325-27; cf. BRAUNSBERGER III 654.

[6] Gregorius papa XIII bulla diei 7 maii 1578 concessit hanc facultatem omnibus S.I. collegiis; v. *Institutum S.I.* I 6; cf. MP III 325 adn. 4.

[7] De musica adhibenda in promotionibus congregatio provinciae romanae a. 1587 postulabat a P. Generali: «Omnium vota in congregatione fuerunt musicam, quae solet in disputationibus nostris interponi, omnino esse moderandam; multorum item vota fuerunt etiam omnino tollendam, et ut peteretur nomine privato a Nostro Padre»; ad quod respondebat P. Generalis: «Adhibendam esse musicae moderationem, omnino censemus; imo et eam prorsum tolli cupimus; et ut tolleretur, tentavimus. Propter cardinalium tamen instantiam id hactenus obtinere non potuimus. Videat tamen provincialis et rector Collegii Romani, si qua via iniri possit, ut citra offensionem tollatur» *Congr. 43*, f. 8 11 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quis notarius [151] sive academiae proprius, sive ad id extra ordinem conductus, qui autenticum promotionis instrumentum conficiat vel publico vel proprio Societatis sigillo muniendum.

10. Atque hae quidem promotionum ceremoniae satis esse videntur ubique, nisi ipsa academiae fundatio aliud exigat, quod facile mutari non possit; dummodo caveantur excessus. Quales[q] esse videntur tum cappa violacea, qua promotor induitur; tum chirothecae, quae doctoribus distribuuntur; tum convivia, quae et huiusmodi alia parum conveniunt cum Constitutionibus 4 P. cap. 15 F[q][8].

11. Nostri ad magisterium vel doctoratum promovendi essent, cum docturi sunt philosophiam aut theologiam ob maiorem autoritatem[9]. Quin etiam paucos alios oporteret esse iam promotos, qui vel subsidio esse possint aegrotantibus doctoribus, vel designantur, ut aliquando doceant. Non enim pridie fere antequam quis doceat, decet doctorem fieri. Insignia vero nostrorum, qui promoventur, essent moderanda; et satis esse possent fila illa serica, quae ponuntur in medio pilei, de quibus congregatio prima can. 19[10]; vel epomides, quae germanis sunt in usu. [152]

---

[a] Consideret ... plurimum] Eam ob rem R.P. Generalis, cum Constitutiones ibidem dicant, id esse servandum ut plurimum, simpliciter dispensat cum transalpinis. Itali vero, ut exacte promoveantur, curandum est, si fieri potest. Alias etiam cum ipsis dispensat. Ea tamen lege (quae et transalpinos et italos obstringat), si rigido prius examine ita fuerint approbati, ut fere docere possint. Alioquin gradus in nostris gymnasiis collati pro nihilo ducentur. Praestatque paucos promoveri, quam indoctos *tRB* / [b] indulgeri] indulget *tRB* / [c] quinque] saltem quatuor *tRB* / [d] *p* studiorum *add. tRB* cum praerogativa suffragii, cum suffragia paria sunt / [e] pridie] duobus tribusve ante diebus *tRB* / [f] *p* constituat *add. tRB* At cum aliquo insignioris ingenii, cuius eximii in studiis progressus notissimi sint, examen istud brevissime transigi posset et quasi perfunctorie / [g] duo] tres *tRB* / [h] et prior ... fere] unus ex logica, ex octo libris Physicorum, ex libris de Coelo; alter ex libris de Generatione, de Anima et Metaphysica. Quorum quilibet quindecim circiter conclusionibus instruatur: postremus generalis collectis ex universa philosophia thesibus quinquaginta fere *tRB* / [i] Doctoribus ... docent] In sedendo autem studiorum praefectus seu cancellarius caeteros antecedat, secundus a rectore. Doctoribus aliis et professoribus theologiae assignantur loca distincta a doctoribus professoribusque philosophiae, cum ad actus conveniunt. Inter hos vero, qui actu docent, praecedant alios, qui actu non docent, nisi antiquiores praeferendi sint ex academiarum instituto, quod immutare nostri iuris non sit *tRB* / [j] *p* Aristotelis *add. tRB* id enim non tam adiumento quam impedimento est, praesertim / [k] *p* absolverit *add. tRB* Nec exigendum, ut legant plus quam uno die, idque semel, nec ultra horam / [l] Id ... est *om. tRB* / [m] *p* sit *add. tRB* Turnoni baccalaureo dantur liber et annulus. Sed cum haec insignia doctoratus esse soleant, communicanda cum baccalaureo non videntur / [n] *p* facultatum *add. tRB* nec non rhetoricae / [o] *p* auditores *add. tRB* Id tamen a rectore moderandum foret, ubi frequens admodum est doctorum promotio / [p] et ex ... suam] et candidatus talari veste indutus ex sede paulo editiore, infra tamen doctores, suam (si unus sit. Nam si plures simul, fiat quod fieri solet) *tRB* / [q] Quales esse ... 4 P. cap. 15 F] qui non bene conveniunt cum Constitutionibus nostris Par. 4 cap. 15 F. Quocirca violacea cappa promotor non utatur, nisi forsan epomide,

---

[8] Vide MP I 307.
[9] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 17; MP I 257 259.
[10] Vide MP III 7-8 § 52.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quae haud multo sit aliis prolixior. Rectori academiae, si plus aliquid videbitur tribuendum, haud quaquam magnificentius sit, quam religiosa simplicitas ferat. Neque enim tam quae rectorem, quam quae religiosum rectorem deceant, spectandum est. Chirothecae aliave dona nostris doctoribus non distribuantur; nam externis, dummodo moderata sint, solent esse pars quaedam stipendii. Ad hanc celebritatem nullos invitent nostri per se ipsos. Invitent quos volunt promovendi, sed per bidellum. Convivia tollantur penitus. Vix enim modum legemque patiuntur ullam. Sin tolli nequeunt, ad id quod maxime deceat, severe redigantur. Nec his intersint nostri, nisi cum id praeceptor et promotor declinare non poterunt. Abrogetur et mos, quo candidatis publice sui mores et errata cum iocis et cachinnis exprobrantur. Non ab re tamen fuerit, ut ante promotionem sedere iubeantur humillimo loco, breviterque a promotore aliove admoneantur, ut humanae conditionis suorumque non immemores vitiorum tanto se honoris gradu existiment indignos; nec eum alia de causa poscant, quam ut divini nominis gloriae Ecclesiaeque illustrandae honestiorem utilioremque operam navare possint. Alia denique id genus, sicubi minus decenter fieri solent, aut amputentur aut commutentur in melius in academiis, quae pleno iure nostris subsunt; ita ut illa nostris nullo modo liceant; externis autem mediocria quaedam pro more patriae permitti possunt. Sed in academiis, in quibus habemus externos professores collegas, aliorum ritum et academiae leges sequi nostros oportet.

De Controversiis Praelegendis[a1]

[1] Retineatur[b] haec lectio Romae pro ultramontanis[2]. Quorum duo fiant ordines: unus positivorum, qui quadriennio audiant controversias, casus conscientiae et Scripturam; alter scholasticorum, qui audiant duas scholasticas lectiones, tertiam Scripturae primo biennio, controversiarum in secundo, nihil de casibus, nisi quae audiunt in scholastica. Cum enim audire omnia non possint, audiant quae per se consequi facile non valent. Ad secundum ordinem non eligantur, nisi qui praestant ingenio plus quam mediocri et natura valde docili, nec elatiore animo, qui superbiant postmodum, et nostris adversentur apud episcopos, ut sese in eorum gratiam insinuent[b].

2. Utrique[c] exerceantur strenue in concionando pene quotidie sive latine sive germanice in refectorio praesente semper aliquo germano de nostris, a quo observentur, emendentur, animentur, laudentur. Hoc enim praecipuum munus exercendum est inter haereticos. Eadem in anglos etiam conveniunt, et sequentia.

3. Quod ut praestare possint, et vacare studiis expeditius, moderandus videtur eorum tam diuturnus ac multiplex cantus[3], qui nec arma adversus haereticos suppeditat, nec magno usui, cum in Germaniam redierint, futurus est, nisi ad quaestum, [153] cum praesertim ea res ita studiorum tempus et corporis vires absumat, ut ad huius Collegii scopum non multi pertingant. Quare non immerito adversus eam consuetudinem saepe clamatum est a gravissimis patribus[4], ab ipsis etiam germanis, qui frequenter

---

[1] De controversiis praelegendis cf. MP II-IV 269-70 et passim.

[2] Hoc est, pro alumnis Collegii Germanici et Anglorum. – R. Bellarmino S.I. ab a. 1576 usque ad a. 1587 legebat controversias in Collegio Romano; cf. Villoslada, *Storia* ... 72 et 325.

[3] Vide *Ordo diurnus Collegii Germanici* (p. 1565); et *Constitutiones Collegii Anglorum* (1579) III § 19: *De studio cantus;* MP II 418 et IV 135.

[4] En postulatum congregationis provinciae romanae (1584): «Visum est etiam maiori parti proponendum esse P.N. Generali, ut tollerentur excessus, quos constabat fieri in cantu in ecclesiis aliquorum collegiorum et seminariorum; et nominatim hi primo in ipso genere modulationis, quod aliquando continet levitatem, aliquando etiam convenit cum turpibus cantionibus; 2° in instrumentis musicis, quae contra adhibentur ad voces; 3° in tot externis cantoribus; 4° in choris, qui sunt distincti, interdum bini, saepe etiam terni. — Responsio: Provideat provincialis omnino et curet efficaciter, ut excessus tollantur» *Congr. 94* 131. – Eadem congregatio a. 1587 quoque musicam, quae in disputationibus solemnioribus adhibebatur, moderandam esse censebat; v. *ib.* 133.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

experti sunt modicum ac pene nullum ex ea re fructum in Germaniam redundare. Satis itaque fuerit in festis ordinarie missam vel etiam vesperas simplici brevique cantu persolvere, nec apparatus ille ac splendor pene pontificius, nisi in paucissimis ac primariis solemnitatibus, adhibendus esset. Nec adiiciendae preces Matutinae vel Horariae, nisi sub Natalem Domini et per Hebdomadam Sanctam, propriisque suorum templorum festis[d].

4. Ratione[e] controversiarum ordo lectionum sic videtur instituendus in Collegio Romano: Mane prima hora fiat lectio Scripturae, secunda scholasticae. Deinde repetatur. Fiat et prima hora lectio casuum. A prandio prima hora legantur casus et hebraea lectio. Sed post dimidium primae horae scholastica per horam. Mox repetatur circiter quadrantem. Et dum fit haec repetitio, exeant ad audiendas controversias per horam in alia schola ultramontani. Nam alii non sunt admittendi, praeter paucos iudicio superiorum deligendos, ut ex aliis etiam nationibus non desint aliqui, quando res exiget, qui hanc scholam praelegant, vel ad partes mittantur transalpinas, ubi interdum hisce de rebus cum fidei hostibus dimicandum est; praeterquam [154] quod nostris saepe sit in Italia, in Hispania et alibi cum haereticis agendum[e].

5. Omnium controversiarum[f] curriculum redigatur in quadriennium et legantur hoc fere modo: Primo, explicentur haereses de re de qua agitur, et valde fideliter; nec diu professor moretur in earum origine vel autoribus conquirendis, sed de hoc dicat breviter, quod sibi certius videtur. Nec referantur haereticorum scommata[g] et exaggerationes, nec verba[g], sed nuda sententia[h]. Secundo, veritas catholica bene explicetur, cum ea intellecta magnam per se faciat fidem, et minus pateat calumniis, quia multa nobis imponunt haeretici, quae non docemus. Tertio, sit contentus duobus vel tribus[i] Scripturae locis valde manifestis[j], qui sunt corroborandi ex linguarum proprietate, collatione antecedentium et consequentium, allegatione locorum aliorum et patrum interpretatione[k]. Quarto, expendantur Ecclesiae decreta et patrum sententiae. Atque hae non afferantur nisi illustres, et tantum notatis locis. At si quando vis est in verbis, pauca illa verba allegentur potius per infinitivum modum. Quinto, subterfugia haereticorum non coacervanda, sed nec omittenda, quae nonnullam videntur habere vim. Sexto, rationibus vix erit locus, nisi paucissimis et illustribus. Septimo, si quando dissentiunt vel a se ipsis vel ab aliis, regulariter id non est curandum. Id enim ipsi fatentur[l]. Nec pugnandum cum obsoletis haeresibus, sed cum iis, quae nunc vigent et quotidie pullulant. Quarum catalogus conficiatur in [155] Germania[m]. Et si quid novi subnascitur, Romam perscribatur[n]. Octavo, haereticorum obiectiones non ponantur in principio, sed in fine; nec cum amplificatione nec sine stomacho[o]; et statim cuilibet propositae sua solutio annectatur. Nono, nulla fiat digressio in scholasticas quaestiones vel dubitationes; sed iis praetermissis ea tantum, quae sunt fidei seu proxima fidei, constabiliantur. Non enim est huius loci quicquid in re proposita difficultatis est, persequi, sed eam tantum partem, de qua convenit inter catholicos, et cum haereticis solum controvertitur[p].

6. Habeant[q] ultramontani in suis collegiis semel in hebdomada repetitionem domesticam de controversiis, relicta scholastica. Ad cuius finem si quae fuerint dubi-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tationes, breviter explicentur citra longam disputationem, quae et frequenter digredi solet in res scholasticas, et obesse posset iis, qui contra fidem disputare consuescerent. Optandum porro est, ut harum repetitionum non sit moderator, qui in iis parum versatus est, nec delectatur iis studiis, sed pater aliquis, harum rerum et scholasticae bene peritus, etiamsi ultramontanus aliquis ad hoc ipsum vocandus esset in Italiam. Si qui nostri auditores theologiae sunt Romae ultramontani, curandum est, ut habitent in Germanico vel Anglicano Collegio, quantum fieri potest, ne careant his exercitationibus[q].

7. In regionibus ultramontanis in collegio, quod quaelibet habet provincia pro nostrorum se-[156]minario, scholastica theologia explicetur accurate, et finiatur a duobus[r] professoribus quadriennio; et nihil in ea de controversiis; sed de iis lectio separata instituatur absolvendis etiam quadriennio. Has tres lectiones cum quarta Scripturae audiant per quattuor annos, cum[s] experti sint se id posse[t] sine incommodo valetudinis[u]. Ubi vero lectio controversiarum introduci non potest, vel non tam cito, duo scholastici explicent controversias, ubi occurrunt secundum ordinem S. Thomae. Et in iis (nisi ubi magis expedit haerere in scholasticis, ut in Gallia propter sorbonenses) plus morentur, quam in subtilitatibus scholasticis[v]; in quibus contenti sint S. Thomae conclusionibus, non multis aliis adiectis, cum paucis et claris probationibus. Id enim accommodatum est his temporibus[v].

8. Pragae, si praestari nequeunt, quae in primariis collegiis, tamen quia[w] habet aulam imperatoriam, et regnum haereticum est, et multi convictores et alumni[5], saltem post biennium philosophiae (haec enim non est praetermittenda, cum aliquo modo excitet tardos, faciatque promptiores contra haereticos) addatur aliud biennium pro casibus, Scriptura et controversiis redigendis in eam temporis angustiam, quantum fieri potest. Interim vero exerceantur in concionibus, in praxi sacramentorum etc. Alioquin ex sola philosophia ad animarum curam accedent longe minus instructi, quam rei magnitudo postulet, et spes Summi Pontificis, qui ea collegia erexit ac sustentat. In aliis [157] collegiis, in quibus id fieri non potest, nec legitur theologia, lectio *Catechismi Romani*[6] vel *Doctrinae* Patris Canisii[7], quae solet haberi in sextis feriis, habeatur etiam, et quidem paulo plenior in dominicis et festis, ut fiat maior progressus[x]. Hactenus de controversiis, nunc ad conscientiae casus. [158]

---

[a] *p* praelegendis *add. tRB m. Tucci* seu repetendis / [b] Retineatur ... insinuent] Controversiarum repetitio bis in hebdomada coram praefecto studiorum habenda esset Romae in Germanico et Anglicano Collegio, uno aliquo alumnorum per vices explicante aliquam controversiam iuxta ordinem P. Bellarmini, allatis in medium breviter praecipuis quibusdam conclusionibus, eorumque fundamentis; idque per semihoram, ut per alteram vacet respondere dubitationibus, quas condiscipuli proponent, non argumentantium, sed apte et graviter interrogantium more. Neque vero diebus huic exercitationi dicatis cessandum foret a scholasticae theologiae repetitione, sicut neque cessabatur olim, cum controversiarum lectionem quotidie audirent alumni. Iam vero extra Urbem, ubicumqu praeleguntur controversiae, repetantur etiam domi semel per

---

[5] De domo convictorum, de seminario pontificio et de domo pauperum studiosorum Pragae cf. KROESS, *Geschichte* ... I 101-12 et 510-23.

[6] *Catechismus ex decreto Concilii Tridentini ad parochos* (Romae 1566); cf. *Encicl. Catt.* III 1123-24.

[7] De variis Petri Canisii S.I. catechismis cf. MP I-IV 593 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

hebdomadam, eo die praetermissa repetitione scholasticae theologiae *tRB* / [c] Utrique] Germani Romae *tRB* / [d] *p* festis *add. tRB* Germania Superior confirmat haec omnia, et addit ista: Ob studium canendi aliasque huiusmodi occupationes alumni ex Germanico Collegio plerumque ita redeunt ad nos, ut in doctrinae soliditate longe superentur ab iis, qui hic apud nos studuere, et quos illi (quia scilicet non viderunt Italiam) molestissimo quodam fastu atque supercilio contemnunt. Haec illi / [e] Ratione ... agendum *om. tRB* / [f] *p* controversiarum *add. tRB* ubicunque publica earum habetur lectio / [g] scommata ... verba] verba sine necessitate aut fructu *tRB* / [h] *p* sententia *add. tRB* Multo minus exaggerationes eorum seu scommata, nisi brevissima et aptissima, quibus autores publice pudefiant. Quamvis haec popularibus potius concionibus aut etiam scribendis libris quam scholasticis disputationibus, in quibus expenduntur rerum momenta, conveniant / [i] duobus vel tribus] professor paucis *tRB* / [j] illustribus ac manifestis *tRB* / [k] *p* interpretatione *add. tRB* Quo sane modo si corroborentur, vix ultra quatuor explicanda sunt. Caeteri praetereantur aut indicentur tantum. Alioquin nullus erit finis et tardissimi progressus / [l] *p* fatentur *add. tRB* Tametsi id si raro, breviter et apte fiat, proditis ipsorum ineptiis, fraudibus, antilogiis, mirum in modum consternantur / [m] *p* Germania *add. tRB* aut ubicumque grassantur haereses / [n] *p* perscribatur *add. tRB* ut edantur in lucem authoritate R.P. Praepositi Generalis / [o] nec sine stomacho *om. tRB* / [p] *p* controvertitur *add. tRB* Petunt franci, ut praescribabatur, quid et quantum controversiarum sit exponendum singulis annis per quadriennium, ne professor licenter et ad longum vagetur pro libitu. Verum ista praescriptio esset a transalpinis conficienda, mittendaque Praeposito Generali, ut recognitam approbet et unam pro universis, si fieri potest / [q] 6. Habeant ... exercitationibus *om. tRB* / [r] duobus tribusve *tRB* / [s] cum] si *tRB* / [t] praestare posse *tRB* / [u] *p* valetudinis *add. tRB* alioquin Controverias et Scripturas alternis diebus audiant toto quadriennio / [v] [p] quibusdam *add. tRB* Illud tamen habendum docte quidem et dilucide de Controversiis esse disputandum; sobrie tamen, ut scholasticae etiam, quae prodest et ipsa magnopere adversus haereticos, non exigua ratio habeatur. Immo quo scholastici professores commodius in theologicas excurrant quaestiones, quo anno easdem Controversias pertractandi incideret occasio tam scholastico disputatori, quam Scripturarum interpreti, huic totae viderentur relinquendae / [w] *p* tamen quia *add. tRB* vel accuratior studiorum ratio potest institui, expdit tamen cum / [x] *p* progressus *add. tRB* Quod vero de P. Canisio praelegendo dictum est, obtineat, nisi aliquis alter decursu temporis eadem capita melius pertractaret. Quamquam gallis, ubicumque gallice exponitur catechismus, P. Emundus Augerius opportunior est.

De Casibus Conscientiae [1]

Constitutiones saepe commendant studium casuum conscientiae; praecipue vero in 4 Par. cap. 5 D[2], et plenius cap. 8 § 4 «In ministerio, inquiunt, sacramentorum confessionis et communionis sese exerceant, et non solum quod ad ipsorum, sed etiam quod ad poenitentium et communicantium officium pertinet, ut bene et utiliter ad Dei gloriam ea percipiant et frequentent, perspectum habere atque exequi curent»[3].

Ibidem D «In confessionibus, inquiunt, praeter studium scholasticum et casuum conscientiae, praesertim restitutionis, conveniet compendium aliquod casuum et censurarum quae reservantur, habere, ut videat, quo pertingat ipsius iurisdictio, et simul formulas, quae minus usitatae sunt, quarumdam absolutionum, quae occurrunt, ac brevem interrogandi methodum de peccatis et eorum remediis, et instructionem ad bene ac prudenter in Domino sine damno suo et cum proximorum utilitate hoc officium exercendum; et aliqua confessione audita, praesertim in principiis, confessarius apud se consideret, num in re aliqua defecerit, ut in posterum caveat»[3]. [159]

[1] De casibus conscientiae cf. MP I-IV 152 et passim.
[2] Vide MP I 221.
[3] Vide MI *Const.* III 133.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De eodem quoque studio aliquid praecipitur in secundae congregationis generalis can. 17[4]; et[a] in formula acceptandorum collegiorum data a Patre Laynez n° 3[a5], et in regulis provincialium reg. 56, ubi sic habetur: «Qui propter aetatem provectiorem aut alias causas in facultatibus et scholasticis studiis progressum facere non possunt, curabit, ne in illis tempus insumant, sed casibus conscientiae discendis dent operam; sintque semper aliqui ex nostris, qui huic studio diligenter incumbant, ut Societas copiam habere possit operariorum, qui confessionibus audiendis sint idonei»[6].

Et reg. 57: «In singulis, inquit, domibus et collegiis aliquem constituat, qui in casibus conscientiae bene versatus sit, ut difficultatibus domi et foris occurrentibus satisfacere possit»[6].

Nec immerito tot modis ac viis Societati commendatur haec scientia casuum, cum non solum confessariis nostris, sed etiam concionatoribus, rectoribus, professoribus, omnibus tandem, qui in aliquo iuvandi proximos ministerio occupantur, necessaria sit; idque pene quotidie, cum nihil frequentius his casibus in usum veniat. Tanto vero magis curandum est, ut huiusmodi studium bene constituatur ac vigeat, quod plures nostrorum huic facultati, quam altioribus apti sint; et ex eo citius operarii in vineam Domini prodeant; praeterquam quod externis clericis et animarum cura suscepturis nihil est utilius. Ad eam vero scientiam, quantum satis est, promovendam conferre videntur haec fere: [160]

1. Optandum est, ut in primariis saltem collegiis duo sint casuum conscientiae professores; et eiusmodi quidem, qui theologos professores[b] toto fere onere huius facultatis levare possint; cum illis graviores aliae incumbant disputationes, quibus aegre faciunt satis propter angustiam temporis quadriennalis[7]. Quare theologiae auditores cum hanc facultatem casuum ex professoribus theologiae haurire non possint, debent regulariter[c] unam quotidie lectionem casuum audire uno biennio, praeter[d] ultramontanos scholasticos, qui Romae vacant controversiis[d8].

2. Duo lectores casuum ita materias omnes sibi partiantur, ut biennio explicent sacramenta, censuras, status hominum, praecepta decalogi et Ecclesiae. Et quoniam eorum omnis labor spectat ad parochum seu confessarium instituendum, ex iis materiis non solum resecent difficiliora, sed ea quoque, quorum infrequens est usus in confessionibus. Itaque vel[e] nihil vel pauca quaedam et[e] utiliora confessariis attingenda sunt de interdicto, de suspensione, de depositione et de degradatione, de sacramentis confirmationis, ordinis, extremae unctionis et Eucharistiae, de magia, de emphyteusi, de haeresi et schismate, de statu regum et principum, de bello, de processu inquisitorum, et aliis id genus, quae omittenda vel percurrenda sunt[f], quo locus amplior fiat reliquus utilioribus exponendis[g8].

---

[4] Vide *Institutum S.I.* III 532 n. 17; et MP II 10 § 88 [69].
[5] Vide MP II 13.
[6] *Regulae S.I.* (1582) p. 36 n. 56; et *Institutum S. I.* III 79.
[7] Cf. *De theologia scholastica* c.I et II; supra, p. 48-55.
[8] Vide *De controversiis;* supra, p. 85-89.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. Praelegat unus mane[h] hora scholarum prima; alter prima itidem hora a prandio. Et matutinus [161] lector a theologis etiam audiatur. Quare is, caeteris fere materiis pomeridiano relictis, explicabit[h] contractus, censuras, impedimenta matrimonii. Namque iis[i] exonerandus est secundi professoris theologi quartus annus, qui vix par esse potest poenitentiae et matrimonii sacramentis sane copiosissimis. Sic enim fiet, ut theologi non audiant nisi materias, quas theologi professores derelinquunt, et dimidia fere pars theologorum audiat casus, dimidia vero Scripturam. Et cum non omnes theologi eodem anno incipiant audire vel desinant, quicunque auditores vel primi vel secundi sunt anni, audire possunt casus vel incipiendo a censuris, et progrediendo ad reliqua, vel contra; Scripturam vero, qui in tertio quartove anno versantur[j].

4. In quibus collegiis duo casuum lectores haberi non possunt, sed unus, si potest ipse binas quotidie lectiones sustinere, matutinam et vespertinam, legat mane materias a theologis audiendas, caeteras a prandio[k], ut biennio materias omnes emetiatur. Sin unus duabus lectionibus par non fuerit, sed uni dumtaxat, tunc si nulli seu paucissimi sint, qui casibus tantum studeant, non exponat nisi materias audiendas a theologis, quorum quia, praeterquam in primariis collegiis, non est tantus numerus, ut eorum pars ad audiendos casus, pars vero ad Scripturae lectionem dividi commode possit, necesse est simul universos audire Scripturae et casuum lectionem. Utramque vero non possunt eodem die, cum audiant etiam scholasticas lectiones. Assiduitas [162] enim quatuor lectionum tolerari vix potest a nostris salva valetudine. Quocirca cum nec Scripturae nec casuum lectione debeant carere, et cum utramque simul sustinere non valeant, alternis eas audiant; et quando casus audiunt, Scripturae lectio intermittenda est, cum auditores fere non habeat nisi theologos, qui propter paucitatem non possunt dividi. Ea vero harum lectionum duarum vicissitudo posset institui duobus fere modis. Uno quidem, ut duobus annis legantur casus, qui audiantur a theologis cessante Scriptura; altero vicissim biennio Scriptura exponatur, casibus intermissis. Atque haec sane ratio valde incommoda est, propter tam diuturnam vel Scripturae vel casuum intermissionem. Alter igitur modus videtur utilior, ut casus et Scripturae diebus alternis praelegantur; easque lectiones vicissim toto quadriennio audiant theologi.

5. Sin in eo collegio, quod unum habet lectorem casuum, non solum theologi sint, sed etiam mediocris aliquis numerus audientium casus, tam nostrorum quam externorum, decet tunc lectorem utrisque inservire, et omnes biennio complecti materias, quas duo lectores solent explicare. Quare oportet illum dimidio fere esse breviorem, quam ubi binae sunt quotidie lectiones. Itaque facilioribus omissis, seligat paulo graviores quaestiones; et in iis unam vel alteram opinionem referat. Quamlibet vero conclusionem fere probet argumento, nec diluat obiectiones, nisi aliquam forte molestiorem. Quin et in conclusionibus servet quam potest maximam pauci-[163]tatem; et constitutis primariis quibusdam regulis, ad minutiora non dilabatur. Ita vero materias audiendas et non audiendas a theologis dividet, ut quo die Scriptura praelegitur, edisserat materias, quae casistis propriae sunt; altero vero die theo-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

logis et casistis communes, prorsus ut servato compendio, quod paulo ante descriptum est, biennio materias omnes parocho seu confessario necessarias perstringat, sed[l] ita variantibus bienniis, ut habeat uno biennio auditores etiam theologos; altero autem casistas tantum. In quorum biennio possent theologi vel quotidie audire Scripturam, ne destituatur auditoribus, vel alternis; nam et alternis semper legi Scripturam satis esset in collegiis minoribus, quae magno audientium numero non abundant; in aliis vero quotidie[l]. Tametsi conandum esset, ut qui casibus student, nihilominus triennio illos audiant, si unum habeant lectorem; alioquin pleraque eos ignorare oportebit, et vix eiusmodi fore sperantur, quibus tuto possit animarum cura committi. Quocirca, nisi graves urgeant causae, triennium videtur tribuendum casistis. Si cuius vero opera interim superiores uti velint ad aliud quodpiam ministerium, ipse solus ante tempus removeatur ab eo studio, non totum huius studii spatium tot angustiis concludatur. Quod si triennium dabitur, professor explicet plenius, quae fuisset biennio traditurus. Quod tempus et explicandi ratio serventur etiam in collegio, in quo theologia non praelegitur.

6. Cum duo sunt lectores, licet exactius disputare debeant de casibus, non ita tamen, ut in schola-[164]sticas quaestiones invadent; tametsi quaedam, licet theologica saltem brevibus definitionibus perstringenda sint, ut quid sit sacramentum, quid character, quid peccatum mortale aut veniale, quid consensus etc. In referendis autem opinionibus habeatur delectus, ut non obsoletae vel manifesto falsae recitentur, sed paucae et probabiles. Neque argumenta pro et contra apparatu scholastico disponantur, sed per dubia vel conclusiones difficultas evolvatur, eo consilio ac ductu, ut confessarius informetur, non theologus. In confirmationibus autem conclusionum seligantur ad summum duae tresve rationes optimae. Non taceatur tamen, quorum auctorum ea sit opinio, dummodo canonistarum more non coacerventur allegationes. Porro ita professor suas opiniones constabiliat, ut[m] aliquam etiam aliam, quae bonos habeat autores, significet esse probabilem[m]. Neque contentus sit generali quodam praecepto seu regula, sed etiam exempli gratia ad tres quatuorve casus particulares descendat; sed non plures fere, ne tempus utilioribus subtrahatur; nec usquam ultra hora legatur.

7. Lectione peracta, fiat in scholis repetitio per dimidiam horam, praesente praeceptore, ut in theologia scholastica dictum est[9]. Domi quotidie et die dominico repetantur huiusmodi lectiones a casistis. Tres moneantur, qui repetant; et liberum sit praeceptori ab illorum quolibet exigere lectionis partem, quam maluerit. Praesto sit praeceptor repetentibus, eosque ita sublevet, ut frequenter etiam, [165] quae breviter docuit, explicet. Ea namque re magnopere indigent casistae. Post repetitionem dubia proponantur.

8. Quolibet sabbato praetermissa lectione, per duas horas de propositis conclusionibus disputetur in schola coram magistro. Ea vero disputatio non tam insti-

---

[9] Vide *De theologia scholastica* c. V § 1; supra, p. 69.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tuatur argumentationis filo, quam interrogationis, ita ut vel exigatur explanatio alicuius obscuritatis, vel novus casus mutata circumstantia aliqua proponatur, dummodo non sit extra materiam conclusionum; vel petatur, quommodo haec cohaereant cum antecedentibus, cum quibus parum consentire videntur; vel alicui conclusioni opponatur canon seu doctor ex primariis, seu nonnulla mediocris argumentatio, quo res plus habeat dignitatis; temperate tamen et longe infra philosophicam consuetudinem. Eadem haec praestanda sunt etiam ubi lector unus est, sed decimo quinto quoque die, nec ultra sesquihoram.

9. Ubi vero nulla est publica lectio casuum, sacerdotes nostri tam in collegiis quam in domibus, ut in eorum regulis habetur[10], bis in hebdomada, vel semel saltem, conveniant ad habendam de casibus collationem inter se, aliquo praeside, qui prudenter ac tuto possit id praestare. Ab hac autem collatione sacerdotes nulli (exceptis theologiae professoribus, aliisve pene paribus praesidi, qui mutuis horam extraherent contentionibus) eximantur, si ex professo vel aliquando audiunt confessiones, etiam si magistri scholarum sint. Vel enim liberandi sunt [166] ab onere confessionum, vel si id fieri nequit, non relinquant huiusmodi collationem. Est enim tam varia ac multiplex haec scientia casuum, tam lubricum ac fallax iudicium, tam fugax et inconstans memoria, ut sine crebra harum rerum inculcatione vix graves lapsus valeant evitari. Nec parum verendum est, ne quosdam taedere laboris incipiat, et malint ex tempore, quam meditato, et suo potius ipsi iudicio, quam ex doctorum praescripto respondere, non sine magna nostrae existimationis, ne dicam conscientiae, iactura. Superiores etiam iis interesse collationibus oporteret, tum quo magis ordinate et graviter peragantur, tum quia nonnumquam nihilo minus hoc auxilio indigent ipsi, quam reliqui, cum frequenter iis de rebus consulantur.

10. Atque hae collationes quo fructuosiores sint, instituendae videntur hoc fere modo: Si in collegiis, quae publicam habent casuum lectionem, aliqui sint sacerdotes, qui eam lectionem non audiunt, licet audierint, vel ad altiora etiam progressi sint, si tamen confessiones audiunt externorum, bis in hebdomada, aut semel saltem, intersint (nisi suam seorsim habere malint; quod ordinarie satius est) domesticae repetitioni, quam habent quotidie casistae. Audiant eos repetentes, interrogent, de quibus dubitant. Interrogentur et ipsi a praeceptore nonnunquam, quid ad istum vel ad illum casum respondeant. Accedant vero parati ad eam materiam, de qua tunc disputatur in schola. [167]

11. Ubi nihil publice praelegitur de casibus, collationum praeses statuat materiam aliquam, de qua disserendum sit, ut de usura, de simonia, de voto, de matrimonio, de homicidio, de irregularitate, etc. Et principio quidem ipsemet breviter aperiat praecipua capita ac fundamenta illius materiae, ut generalem quandam notitiam, et tanquam lucem in omnes illius tractationis partes praebeat. Deinde ad singularum partium et quaestionum examen accedat, non ut ipse per se illas exponat, sed alicui demandet, ut de aliqua quaestione aut capite illius materiae tres quatuorve casus seligat,

---

[10] Vide *Regulae sacerdotum;* in *Regulae S.I* (1582) p. 161 n. 11; et *Institutum S.I.* III 15 n. 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eosque a se recognitos et emendatos affigi iubeat in loco repetitionis, notato ibi die, quo examinandi sint. His vero casibus studeant caeteri vel indistincte apud quoscunque voluerint doctores, vel quilibet apud unum aliquem a praeside praestitutum. Postquam convenerint omnes, interroget unum aliquem de primo casu; deinde duos fere alios de eodem. Postea ex iis quae dicta sunt, colligat doctrinam, quam ut tutiorem omnes sequi debeant. Idem postea faciat in examine secundi casus et reliquorum. Illi vero tres, qui interrogandi sunt, vel ex tempore nominentur a praeside, cum omnes parati accesserint, vel quod satius videtur, ante praemoneantur, et vicissim commutentur. Explicata vero illorum casuum doctrina, proponant, qui volent, suas iisdem de rebus dubitationes, respondente uno ex illis tribus praemonitis, et praeside tandem definiente, quid sentiendum sit. Hoc ordine examinari possunt sin-[168]gulae quaestiones, quae ad aliquam materiam pertinent. Deinde ad aliam gradus fiat. Si qui tamen casus extra ordinem acciderent alicui confessario, quorum explicatio gravis ac difficilis esset, deferantur (si nihil aliud obstet) praesidi, ut ipse iubeat illos examinari in proxima futura repetitione, servato modo ac forma ordinariis quaestionibus praescripta. Porro sicut superiorum est eum praesidem iis repetitionibus praeficere, qui eam provinciam sustinere possit cum dignitate, ita et sacerdotum erit praesidis sententia esse contentos, nec illius opiniones exagitare apud professores theologiae aliosve doctores. Qui si quando iis de rebus consulentur, tueri studeant praesidis existimationem. Alioquin vix reperietur, qui velit praesidere, et universa haec exercitatio fiet inutilis[n]. [169]

---

[a] et ... n° 3 *om. tRB* / [b] *p* professores *add. tRB* (nisi alia ratio, qua conscientiae casus theologiae auditoribus explicetur, constituta sit a praepositis provincialibus) / [c] regulariter *om. tRB* / [d] praeter ... controversiis *om. tRB* / [e] vel ... et] pauca tantum et eaque *tRB* / [f] sunt ordinarie *tRB* / [g] *p* exponendis *add. tRB* nisi schismatis bellive tempus, aliusve casus horum omnium vel aliquorum pleniorem exigat explanationem / [h] mane ... explicabit *om. tRB* / [i] iis] his impedimentis *tRB* / [j] *p* versantur *add. tRB* Professor vero alter biennio item explicet septem sacramenta et praecepta tam Dei quam Ecclesiae, et status atque officia hominum / [k] *p* prandio *add. tRB m. Tucci in marg.* vel e converso / [l] sed ... quotidie *om. tRB* / [m] ut aliquam ... probabilem] ut si qua alia fuerit probabilis, bonis autoribus, ut munita, eam etiam probabilem esse significat *tRB* / [n] *p* inutilis *add. tRB* Multae tandem provinciae petunt, ut a nostris *Summa* aliqua casuum perfectissima scribatur, qua utamur universi ad consensionem et securitatem.

De Lingua Hebraea [1]

[1] *Constitutiones* (4 Par. cap. 6 D)[2] hebraeam linguam discendam esse statuunt ab iis, qui vel in theologiae facultate ad aliquem gradum promoti sunt, vel in ea mediocriter eruditi. Huic constitutioni ut maxime satisfiat, ante tertium annum non videntur theologi ad hebraeam lectionem admittendi ordinarie, praeterquam quod tyrones theologi paucioribus onerandi sunt lectionibus, quam provectiores. Ea quoque res

---

[1] De lingua hebraea docenda et discenda cf. MP I-IV 26 et passim.
[2] Vide MP I 235.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

commode cedit ratione Scripturae, quam anno tertio incipiunt audire[3], ut tunc maxime hebraeae linguae praesidio videantur indigere.

2. Omnes autem, quibus *Constitutionum* 4 Par. cap. 6 D congruit, obligandi videntur ad studium hebraeae linguae per annum[4], cum enim ex praescripto Constitutionum, et ex instituto scholarum nostrarum hanc etiam linguam doceat Societas[5], conari oportet illam mediocri saltem audientium numero sustentare, et nonnullos alere atque ita instituere, ut illam postea docere possint. Quorum iam magna penuria laboramus. Non videntur itaque ulli eximendi ab hac lectione. Nam etiamsi nonnulli in principio aversi sint, contingit tamen interdum, ut post aliquem eius linguae gustum erga eam bene afficiantur. Quin etiam expedit, aliquos ad eam vel aptiores vel propensiores designare, qui etiam [170] quarto anno in huius linguae studio perseverent, saltem privata ad id academia instituta, ut ex iis postea seligi possint, qui illam publice profiteantur. In eadem academia tradi etiam deberet aliqua introductio ad rabinos intelligendos.

3. Bimestri circiter spatio grammaticae institutiones absolvantur. Quo in genere Patris Bellarminii[6], quam Clenardi Grammatica[7], commodior videtur; quamquam et illam autor aliquanto magis locupletare atque explanare deberet. [171]

---

[3] Cf. *Rat. stud. Borg.* (1569-1572); MP II 235.

[4] Ratione linguae latinae, graecae et hebraeae collegia S.I., ad usum eius temporis, appellabantur collegia trium linguarum; cf. MP I 188-89 adn. 1 et 425 adn. 1.

[5] De ratione legendi linguam hebraeam expedit typis mandare ea, quae P. Bader, praep. prov. Germ. Sup., die 8 nov. 1582 ad P. Generalem referebat: «In eodem collegio ingolstadiano quaedam occurrerunt dubia, quae paucis perstringam ... De lectione hebrea praescripserat P. Hoffaeus, ut ter in hebdomade publice haberetur. Sed iam a longo tempore semel tantum habetur. Quo fit, ut nec nostri, nec externi quicquam possint proficere, etiamsi per totum audiant annum. Cupiebat praeceptor saltem bis legere, sed consultores cum rectore non probant. Ego si hoc non concedatur, puto magis expedire, ut nostri publice non audiant, sed in una atque altera vacatione a studiis, quae plures hic sunt, privatim quotidie exerceantur. Qua ratione paucis diebus plus proficient, quam priore per annum» *Germ. 160*, f. 233*v*-34*r*. — P. Generalis die 14 ian. 1583 respondebat in hunc sensum: «De lectione hebrea ita censuimus, ut si P. Visitator quidpiam de ea statutum reliquit, id ad nos perscribatur, simulque rationes, quae eum moverunt. Alioquin si ille nihil praescripsit, servetur vetus ordinatio P. Hoffaei, de qua R.V. scribit. Quam quidem miramur omissam fuisse propria rectoris auctoritate. Neque enim grave potest videri scholasticis, ter in hebdomada dimidiam horam vel circiter aliis studiis subtrahere, quam in rem adeo utilem impendant, praesertim in istis partibus, ubi haeretici linguarum cognitione non solum se vel maxime iactant, sed etiam religioni negotium facessunt. Quin etiam non impedio, vel potius probo, ut praeter hoc tempus, etiam – ut R.V. scribit – ipsis vacationibus certae horae, quae aliis studiis officere non possint, huic exercitationi privatim tribuantur, quo magis in ea lingua nostri proficiant» *Germ. Sup. 1*, f. 81*r*.

[6] De opusculo R. BELLARMINO, *Institutiones linguae hebraicae* ... (Romae 1578) cf. SOMMERVOGEL I 1151.

[7] De Nicolai Clenardi (Kleynaerts – 1494-1542) grammatica cf. MP I-IV 456 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Studio Philosophiae[1]

[1] Philosophiae cursus triennio absolvendus[a] est iuxta Constitutiones (Par. 4 cap. 15 num. 2)[2]. Id tamen non servatur Conimbricae, ubi ex fundatione academiae, quae ex regia autoritate dependet, post triennium audiunt etiam philosophi dimidio circiter anno lectionem unam philosophiae antemeridianam. Id quod discipulis non parum confert. Nam eo semestri tempore ad publicum examen et gradum quotidie exercentur a praeceptore. Alioquin non sine nostro dedecore examini exponerentur. Hanc vero exercitationem vix frequentarent, nisi alicuius lectionis tamquam pabulo allicerentur. Nostri vero eo semestri spatio vacant repetitioni, quam ibidem praescribunt Constitutiones. Et quia tunc habetur lectio una, quae ipsis prodesse potest, illam etiam audiunt, cum praesertim Constitutiones dum dicunt ad philosophiam «minus quam trium annorum spatium satis non erit», non tam cavent, ne plus triennio audiatur, quam ne minus. Reliquo autem semestri vel parant se ad literas humaniores et grammaticam, si eas anno sequenti docturi sunt, vel theologiam incipiunt audire. Tametsi non incommode fieret, si exercitatio illa philosophica circumscriba-[172]tur quinque mensibus, et in sexto examen omne perficiatur.

Idem fit in eborensi collegio; licet enim sine consensu regis possit id P. Generalis mutare, optandum tamen est, ne minus habeant eborenses, quam conimbricenses, cum utraque academia sit regis opus, et ex una in alteram fiant discipulorum frequentes commigrationes; quibus non parum incommodaretur, si non idem rerum cursus ac tenor utrobique servaretur; audita namque cogerentur audire, vel carere prorsus non auditis.

Sunt[b] et in Germania pontificia quaedam alumnorum collegia, in quibus biennio vel paulo amplius philosophia percurritur, quia propter inopiam operariorum, qui gerant curam animarum, nequeunt triennio detineri. Immo secundo anno valde pauci sunt philosophiae studiosi. Satius vero censetur esse biennali illos philosophia, quam nulla imbui. Ea namque non parum iuvantur tum ad melius intelligendos conscientiae casus, tum ad se facilius extricandos ab haereticorum captionibus, quibuscum oportet eos congredi frequenter. Qua in disputatione magis iuvantur philosophia, quam rudi quodam casuum conscientiae auditu. His itaque locis indulgeri posset, si P. Generali videbitur, ea dispensatio, quae significatur in 4 Parte Constitutionum cap. 15 litera D[3]. Qua dispensatione uti possent et illa Germaniae collegia, quibus satis magnus vel auditorum vel professorum numerus non suppetit[b].

---

[1] De studio philosophiae cf. ea, quae in MP I-IV 8 et passim traduntur.
[2] Vide MP I 301 303.
[3] Vide MP I 305.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Porro ubicunque sit consuetudo, qua ad finem [173] aestatis in classe rhetoricae compendium logicae praelegi solet audituris philosophiam altero anno, abroganda videtur. Id enim et triennii limites excedit et singulare est, et alieno fit loco, et impedit eo tempore rhetoricae lectionem cum damno eorum saltem, qui ad philosophiam non sunt ascensuri. Satius est igitur initio triennii philosophici exponi et audiri logicae compendium, quae *Summula* dicitur.

2. Constitutiones (4 Par. cap. 13 litera E) «Posset aliquis, inquiunt, ea aetate vel ingenio esse, ut sola latina lingua ei sufficiat, et ex aliis facultatibus quantum ad confessiones audiendas et agendum cum proximis opus est. Cuiusmodi sunt aliqui, qui curam animarum gerunt, nec magnae eruditionis sunt capaces. Alii rursus erunt, qui ad superiores scientias progredientur. Has autem capessere et illas relinquere quatenus conveniat, superioris erit iudicare»[4]. Et cap. 5 litera C «Iuxta modum, inquiunt, aetatis, propensionis animi et institutionis in literis uniuscuiusque, vel communis boni, quod speraretur, posset in his omnibus facultatibus vel aliqua aut pluribus earum quis exerceri. Qui enim in omnibus non posset, curare deberet, ut in aliqua earum excelleret»[5]. Infra litera D: «Aliqui ad collegia mitti possent, non quod speretur doctos eos evasuros iuxta eum modum de quo dictum est, sed potius, ut alios sublevent; cuiusmodi esset aliquis sacerdos ad audiendas confessiones idoneus; et hi et alii, in quibus propter aetatem provectio-[174]rem vel alias causas sperari non potest, quod in omnibus his facultatibus magnum facturi sint progressum, conveniet, ut iuxta superioris praescriptum in iis studiis, quibus vacare poterunt, occupentur, et in linguarum peritia, et in iis, quae ad doctrinam confessionibus utilem pertinent, et demum in iis, quae ad communem animarum bonum commodiora sunt futura, proficere curent»[6].

Ut hae Constitutiones serventur, operae pretium videtur, ut qui mediocri saltem non sunt ingenio, philosophiam non audiant, sed vel casibus conscientiae pro confessionibus audiendis studeant, vel si in lingua latina, quantum satis est, profecerint, eam docere contenti sint, nec in philosophia ac theologia occupentur. Nam si confessarios aut ludi magistros agant, Societati nostrae, quae huiusmodi operariis valde indiget, magno erunt adiumento. Sin philosophiae ac theologiae applicentur, nullum aut parvum afferent operae pretium, post magnam Societatis molestiam ac sumptum ex reditu pauperum ad id nobis collato, ut in Ecclesiae bonum impendatur, non ut infructuose consumatur. Cum praesertim huiusmodi ingenio rudes non solum ex philosophia commodum pene nullum allaturi sint, sed nocumentum etiam aliquod. Nam post philosophiae studium philosophos agere volunt, et nihilo minoris fieri, quam eruditi. De iis etiam disputant, quae non intelligunt, et implent Societatem indoctis, ut aliis, qui docti esse possunt, locus non suppetat.

Verumtamen si qui ab ingenii mediocritate non [175] longe abessent, magnam vero prae se ferrent indolem ad regendum vel ad concionandum, non viderentur ar-

---

[4] Vide MP I 293.
[5] Vide MP I 219.
[6] Vide MP I 219 221.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cendi a philosophiae et theologiae studio, nisi magna appareat inaequalitas, quae nostrorum tranquillitatem valde perturbat; cum praesertim eos in primis, qui concionatores aut superiores futuri sunt, oporteat in humilitate fundari, et paratos esse ad desistendum a studiis, cum oportuerit.

3. Quo certius diiudicetur, qui philosophiae studiis idonei sint, adhibendum est examen illud, quod per doctorem aut cancellarium fieri mandant Constitutiones (Par. 4 cap. 5 num. 3 et cap. 13 num. 4)[7] et habetur in regula 37 rectoris[8]. Cuiusmodi examen non solum ingressuris philosophiam, sed ingressis etiam necessarium est, cum in progressu studiorum certius perspici possit, quid quisque valeat, quam principio. Et propterea in 4 Par. cap. 6 § 15[9] monetur rector, ut post incoepta etiam studia observet, quis nolit aut non possit progressum facere. Et cap. 13 § 4[10] iubetur rector in scientiis superioribus propter ingeniorum et aetatum inaequalitatem expendere, quantum quisque eas discere, et quamdiu in eisdem versari debeat». Quocirca praeter examen, quod haberi solet in promotione rhetorum ad logicam, expedit post inchoatum etiam logicae studium, nostros iterum examinari. Id[c] quod commodissime fieri posse videtur post finem *Summulae;* a qua audienda nulli, ne futuri quidem casistae sunt arcendi, cum ad conscientiae etiam casus intelligendos prosit non parum. Et secundae [176] congregationis can. 17[11] ad altiora studia non promovendos compendio dialecticae iubet esse contentos. Hoc autem peracto, examinandi sunt omnesc, et severe quidem, ut singulorum facultas et habilitas innotescat, et ex ea iudicetur non minus, quam quatuor vel quinque patrum arbitrio, quibus quisque ministeriis addicendus sit. Nam gubernatio Societatis constare non aliter potest, nisi in suis quisque locis ac sedibus collocetur. Et multi examinis severitate deterriti non affectabunt philosophiam, aut sponte petent ab ea removeri. Examinentur vero (nisi obstet multitudo) simul omnes, ut et boni stimulentur ad diligentiam maiorem, et minus idonei a suis etiam condiscipulis convincantur. Possent et nonnulli praemoneri, ne se exponant examini. Quod si velint, confusionis sustineant periculum. Si qui vero honestis de causis examini videbuntur subtrahendi, fiat ita caute, ut ab aliis minime intelligatur. Alioquin vix acquiescent. Possent post hoc examen nonnulli statim amoveri. Alii, quorum paulo maior spes videatur, tolerentur ad Pascha vel ad finem anni. Nam transalpinis annus videtur indulgendus. Qui vero amovendi sunt, quam suavissime fieri potest amoveantur, sumpta occasione alicuius necessitatis. Possent etiam nonnulli, de quibus plus timetur, ante cursum philosophiae praemoneri, Societatem eorum opera indigere in docenda grammatica, vel in audiendis confessionibus. Quare ingredi eos debere philosophiam ea mente, ut cumprimum oportuerit, eam relinquant. Quod si quis his [177] adhibitis cautionibus nondum acquiescet, satius erit tunc huic malo mederi, quam dissimulando alere morbum, qui philosophia mox inflante plus noceat.

---

[7] Vide MP I 221 293.
[8] Vide *Institutum S.I.* II 532.
[9] Vide MP I 251.
[10] Vide MP I 293.
[11] Vide *Institutum S.I* II 532.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4. Cum Constitutiones (4 Par. cap. 6 § 4)[12] iubeant non esse ascendendum ad facultates superiores, nisi post solida in lingua latina et literis humanioribus fundamenta, expedit ordinarie, ut nostri ad logicam audiendam non admittantur, nisi post[d] annum saltem in humanitate et biennium in rhetorica consumptum[d]; aut si patiatur aetas, et egregii sperentur progressus[e], triennio etiam oratoriis perficiantur praeceptis et exercitationionibus. Alioquin et rhetorica classis fere deseretur, et magno, quod ex illa speratur, ornamento atque auxilio auditores carebunt[f]. Ad quod[g] germani quoque et angli, qui romanis aluntur collegiis, videntur compellendi. Qui si oratorii cultus et graecae linguae rudes in patriam redeant, quamvis philosophi ac theologi, parvi penduntur ab haereticis, eosque suis parum utiles esse experientia demonstrat. Externis vero, licet grandioribus aliquid indulgendum sit, cum caeteris tamen aliquanto severius agatur, ut vel annum rhetoricae tribuant, eorumque parentibus, quantum id expediat, exponatur. Id quod multo magis praestandum erit cum nostris alumnis aut convictoribus, licet italis, salva semper illa Constitutione, quae «Has facultates, inquit, capessere et illas relinquere, quatenus conveniat, superioris erit iudicare. Quod cum scholasticis externis significaverit, si volent illi ni-[178]hilominus aliam rationem sequi, cogendi non erunt»[13]. Verumtamen si nimium pueri ad philosophiam velint accedere, ex quibus perturbatio potius timetur ordinarie, posset cum iis agi, quod de iis, qui nollent promissione obligari, vel nomina in matriculam referenda dare, praescribunt Constitutiones (4 Par. cap. 17 D) «Non ideo, inquiunt, a scholis excludendi sunt, dummodo pacifice et sine offendiculo in eis versentur. Et sic eis significari poterit, addendo nihilominus, quod cura magis peculiaris scholasticorum, quorum nomina scripta in libro universitatis sunt, haberi solet»[14].

5. Constitutiones (4 Par. cap. 14 § 3) «In logica, inquiunt, et philosophia naturali et morali et metaphysica doctrina Aristotelis sequenda est»[15]. Huic Constitutioni vix potest satisfieri, nisi nostri strenue conentur Aristotelem bene interpretari. Qua[h] in re non optime audimus, quod Aristotelis contextu posthabito in cogitationibus et inventis nostris pene evanescimus[h16]. Quod si plus[i] operae in textu enarrando poneretur[j], esset nostrorum philosophia maioris apud externos auctoritatis, et tutior in publicis disputationibus, et solidior, cum magna pars argumentorum et textu depromatur. Videas nonnunquam longas texi quaestiones, quibus tamen si varii textus hinc inde collati auferantur, vix aliquid modicum superfuturum sit. Tanta vero distantium textuum coacervatione opus non esset, si Aristotelis sententiae suis quaeque locis exponerentur, servato autoris ordine, qui ad intelligentiam [179] maxime confert. Memoriam quoque et securitatem affert, cum antecedentia et subsequentia observata fuerint. Secus, si paucula quaedam verba a reliquo contextu avulsa ac nuda per se perpendantur. Eam ad rem conferet non parum, si professores et scholastici ipsum Aristotelis textum ferant in scholam.

---

[12] Vide MP I 233.
[13] Vide MP I 293.
[14] Vide MP I 317 319.
[15] Vide MP I 299.
[16] Cf. Rom. 121.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Et primo, professor praelegat prima quaeque verba praesentis lectionis, explicata breviter continuatione cum praecedentibus[k]. Secundo, memoriter praesentis textus sententiam indicet[l]. Tertio, si textus sit paulo perplexior, descendat ad aliquam constructionem verborum; graviter tamen, ut discipuli aristotelicae phrasi consuescant; et una aliqua fere interpretatione, quae optima videatur, contentus, non alias congerat. Quarto, cum incidit textus celebrior et in disputationibus saepe iactatus et accommodatus ad varios usus, is erit accurate perpendendus, non omnibus quidem, sed illustrioribus aliquot interpretationibus allatis atque excussis, ut quae quibus anteferenda sit, innotescat vel ex antecedentium et consequentium collatione, vel ex vi graeci sermonis, vel ex aliorum locorum observatione, vel ex insignium interpretum auctoritate, vel ex rationum momentis. Quinto, veniatur ad dubiola quaedam sive de re ipsa, sive de mente Aristotelis. Non affectanda quidem, sed si cuius momenti sint, non omittenda. Sexto, his peractis tractandae sunt quaestiones; quarum duplex genus accidere solet: unum earum, quae per se ad materiam, de qua disputat Aristoteles, pertinent; [180] earum alterum, quae ex alicuius propositionis, quam incidenter protulit Aristoteles, occasione nascuntur. Et quaestiones quidem posterioris ordinis, ubi[m] primum occurrunt, tractandae fere sunt[m]. Quaestiones vero prioris generis differantur usque ad finem omnium textuum ad propositae rei summam spectantium, cum ea de re nihil fere definiri possit, nisi perspecta prius tota serie disputationis aristotelicae, tamquam fundamento quaestionum, quae superstruuntur. Quod ut servetur, magnopere non interest, si ea de causa necesse sit tota una aliqua aut altera lectione in Aristotelis verbis enarrandis haerere professorem, quia honorificum est et non ingratum scholasticis, si iuventur, ut Aristotelem probe possideant. Levatur etiam molestia tum dubiis literalibus, tum insigniorum textuum illustri interpretatione, tum insertis adventitiis quaestionibus, tum celeri decursu textuum, si eorum una aliqua tantum interpretatio seligatur.

Quod si contextus de una aliqua materia aequo prolixior sit, ut de principiis generationis, de causis, de motu etc., non esset totus contextus anteponendus quaestionibus, sed cum illis grata vice coniungendus. Et in primis caveantur tractatus, quibus nihil molestius; sed difficultatis partes in suas dividantur quaestiones, post aliquam textus partem interponendas. Porro expediret quam maxime, si cui nostrorum in graecis, in latinis, in philosophia versatissimo demande-tur provincia interpretandi Aristotelem ex graeco in latinum sermonem, re-[181]tenta, quantum fieri potest, sententiae aristotelicae veritate; ea tamen perspicuitate, ut per se etiam intelligi possit ab eo, qui non sit penitus philosophiae ignarus, etiam si ipsa verba aliter et aliter construenda aut formanda essent, dummodo integra maneat aristotelicae doctrinae sinceritas[n]. Cuius etiam versionis ad finem operis, exemplo Lambini[17], reddi possent rationes per singula, collatis ac perpensis graecis latinisque vocabulis. Id enim et

[17] Dionysius Lambin (1519c-1572), gallus; eximius latinitatis studiosus, qui numerosos scriptorum classicorum textus emendavit atque edidit. Cf. *New Cath. Encicl.* VIII (1967) 345-46.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

operi auctoritatem compararet, et magnam afferret lucem tenebris aristotelicis. Atque huic versioni magno esset praesidio, si plenior accederet commentarius, nostrorum opera compilatus[18].

6. Logicae *Summula* praemittatur; et *Summula* quidem P. Fonsecae[19] esset forte magis ad rem, quia latior, clarior, accommodatior Aristoteli, et sine tricis, quae et inutiles sunt et deterrent tirones. Immo° et ex iis longe plures adhuc essent recidendae per ipsum Fonsecam vel opera professorum°. In explicanda *Summula* duo menses collocentur, quia tirones magna egent explicatione et satis magnum tempus logicae supererit, si metaphysicalia resecentur. Nec inutile erit *Summulam* explanate ac plene tradere, cum aliquos ea contentos esse oporteat, transituros postea ad conscientiae casus, ad controversias, ad leges etc. Dum autem *Summula* exponitur, nihil scribant auditores, nisi brevissima forte scholiola, ut assuescant. Prima vero hebdmada, quotidiana quae domi [182] et in scholis fieri solet repetitio, nihil habeat argumentorum, sed nudam fere explanationem et dubiorum solutionem. Postea vero argumentatiunculis aliquot locus praeberi posset. Toto vero tempore *Summulae* nec professor, nec auditores in menstruas disputationes cum aliis conveniant. Tametsi post unam aut alteram hebdomadam in sua classe possent defendere theses aliquas in sabbato, suggerente, si oporteret, argumenta praeceptore, donec paulatim exerceantur ad pugnam.

7. Nec ab re fuerit experiri, an pro Isagoge Porphyriana[20] possit a nostris alia conscribi ex ipsomet Aristotele, ut a nostris classibus ablegemus Porphyrium, hominem impium, de christianis pessime meritum, et pleraque tradentem improprie, supervacanee, platonice et nimium prolixe. Ea res si scriberetur, posset privato alicuius nomine exponi Parisiis vel in Lusitania. Et si res bene cederet, sensim in alias partes induceretur.

8. De vacationibus, de remissionibus studiorum, de modo legendi, de formandis partibus quaestionis, de repetitionibus domesticis, de hebdomadariis disputationibus in schola, de privato studio scholasticorum, quaecunque de theologis dicta sunt, de philosophis eadem intelligantur[21].

9. Congregatio tertia generalis can. 8 «R., inquit, Pater Noster Praepositus Generalis [183] commendatum magnopere habeat, ut praeceptores nostri, qui Aristotelem interpretantur, non nisi cum magno delectu interpretes eos legant, qui contra christiana dogmata impie scripserunt, et maxime impugnent, quae christianae veritati adversantur. Et ita philosophiam interpretentur, ut verae theologiae scholasticae, quam nobis commendant Constitutiones, ancillari et subservire faciant»[22]. Propterea professores Averroem aliosve huius farinae philosophos ita legant et allegent, ut non dividere videantur sectam averroistarum, sectam graecorum, sectam la-

---

[18] De commentariis in Aristotelem et de cursu artium conimbricensi ad usum S.I. compilando cf. MP III 317; RODRIGUES, *História* ... II/2 102-22 et SOMMERVOGEL II 1273-78; III 838-40.

[19] Petrus de FONSECA, *Institutiones dialecticae* ... (1564); v. SOMMERVOGEL III 837-38; *Encicl. Filos.* II (1968) 1451-52.

[20] De *Isagoge* Porphyrii cf. MP I-IV 11 adn. 27 et passim.

[21] Vide *De theol. schol.* c. 9: *De vacationibus;* supra, p. 79-80.

[22] Vide MP IV 248 § 72.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tinorum. Nec ipsi harum sectarum alicui se vel suos addicant, sed singulorum per se sententias exponant. Et si quando male senserit Averroes, inde sumant occasionem deterrendi eius auctoritatem, sed potius argumentis, quam convitiis. At si quando bene, sine eius laude id defendatur, et ne auditores ad eum afficiantur, ostendant, si possunt, id Averroem aliunde sumpsisse. Nec legant eius digressiones tamquam separatum aliquem tractatum philosophicum, sed eius opinionem tantum referant in ordinariis quaestionibus. Ostendant quoque eum a nostris non minus recte intelligi, quam ab averroistis; nec illum esse doctiorem aliis philosophis, sed[p] ex affectata quadam obscuritate seu barbarie parasse sibi auctoritatem apud multos[p].

10. Constitutiones (4 Par. cap. 9 § 2) «Aliqui, inquiunt, aliquando e collegiis educentur, quod ipsis [184] ad maiorem in spiritu vel in litteris profectum alio transferri, vel quod ad universale bonum Societatis conveniat, ut accideret, si qui artium curriculum in aliquo collegio emensus esset, ut easdem alibi praelegeret, ante theologiae studium educeretur»[23]. Quibus ex verbis non obscure colligitur, non nisi ob aliquam necessitatem eos, qui nondum theologiae cursum peregerint, fieri debere philosophiae professores. Nam si theologi non fuerint, minus erunt tuti in concludendo, in probando, in loquendo, aetatis minus maturae, doctrinae parum uberis, vix dissolvere poterunt argumenta infidelium iuxta decretum concilii lateranensis[24], neque ita philosophiam pertractabunt, ut theologiae deserviat. Tandem cum postea ad theologiae studendum accesserint, vix possunt se gerere ut discipulos decet.

11. Constitutiones (4 Par. cap. 6 M) privatum etiam et quietum studium praescribunt nostris, dum audiunt philosophiam; quo tempore «possent, inquiunt, si rectori videretur, commentarium aliquem videre, qui fere unus et is quidem selectus esse deberet»[25]. Hunc vero praeceptor unicuique dividat, prout expedire iudicaverit, dummodo is Averrois[q][26] non sit, nec obscurior alius, nisi forte in metaphysicis.

12. Duas quotidie lectiones, antemeridianam unam, alteram pomeridianam, et quamlibet unius horae habeant professores philosophiae. Quod autem ad morem dictandi spectat, servent quod de theologis dictum [185] est[27]. Qui[r] vero non dictant, ita sibi temperent in legendo, ut quae annotari oportet, commode excipiant auditores. Quod si praestari non poterit tam exacte, ut non frequenter accidat, multa desiderari in scriptis discipulorum, quod assequi docentem non possint, lectione finita, ne repetitio, quae statim sequi deberet, interrumpatur, discipulis curantibus potius ea, quae scriptis desunt, resarcire, quam repetitioni attentos se praebere, operae pretium fuerit, priusquam ad repetitionem veniatur, aliquantisper subsistere praeceptorem, donec auditores, qui per initia praesertim, lactandi quodammodo sunt, expleant, quae inter scribendum exciderant[r].

---

[23] Vide MI *Const.* III 136.
[24] Cf. Sess. oct. (19 dec. 1513) Concilii Later.; in *Conc. Oecum. Decr.* (1962) 581-82.
[25] MP I 251.
[26] De Averroe cf. supra, § 9 et adn. 6.
[27] Vide *De theol. schol.* cap 3 § 4-10; supra, p. 56-58.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Eaque[s] re, quam brevissime fieri poterit, expedita, inchoetur repetitio praesente praeceptore, eamque ut oportet, moderante; ita ut unus repetat, audiant caeteri, ut habetur in 4 Par. Constitutionum cap. 6 H[s][28], adhibitis, et quidem severius, remediis, quae in theologica repetitione proposita sunt. Sicubi vero id obtineri nullo modo posset, quod grandiores iam discipuli eam repetendi legem non ferunt, dividat praeceptor quaternos aut quinos, qui inter se repetant, uno aliquo fratrum nostrorum, si fieri commode potest, attributo singulis quaternionibus. Praeceptor interim curet, ut ea res diligenter et quiete peragatur; et nunc haec, nunc illa obambulans auditorum scamna, de dubiis, quae suboriuntur, interrogandum se praebeat. Impendatur autem repetitioni spatium semihorae, etiam in Lusitania. Demorari namque in schola philosophos totas [186] duas horas et dimidiam, ut modo fit, onerosum est praeceptori, et molestum auditoribus, quos privato etiam studio consuescere non ab re fuerit, ne tamquam psittaci loqui semper videantur ex praescripto.

13. Optandum est, ut philosophia moralis, quam in nostris scholis tractari iubent Constitutiones (4 Par, cap. 12 C)[29] introducatur in ea collegia, in quibus tamquam seminariis instituuntur nostri superioribus facultatibus. Huius enim scientiae explicatio et a multis etiam nobilibus expetitur, et cum fundamenta iaciat moralis theologiae, multarum rerum onere levare potest theologos professores, et prodest audituris ius civile, et adiumento est nostris, si qui post auditam philosophiam docturi sunt litteras humaniores, in quibus attinguntur crebro nonnulla, quae ad morales quaestiones pertinent. Tandem hac lectione dum caremus, mancas et mutilas habemus academias. Ea[t] vero facultas, cum philosophiae pars sit, philosophis videtur praelegenda; et quidem anno tertio eadem hora, qua in secundo mathematicam audiunt. Neque vero tribus lectionibus metaphysicos nimium gravari putandum est. Nam et totidem audiuntur tam a physicis quam a theologis, cum praesertim ea lectio contenta sit tribus horae quadrantibus, et quartus tribuatur repetitioni, vel modicae intermissioni, antequam altera lectio succedat. Porro curandum est, ut non a lectore cursus philosophici ethica praelegantur, ne trium lectionum oneri succumbat. [187] Ut autem uno anno possint octo libri *Ethicorum* (nam octavus et nonus compendio percurrendi essent) absolvi, satis erit sic singula capita Aristotelis exponere, ut cuiusque capitis sententia breviter comprehensa, annotentur mox et expendantur quaedam sententiae celebriores; tum paucae quaestiunculae tractentur ex solis principiis Aristotelis, iis omnino praetermissis, quae ex revelatis veritatibus pendent. Quin potius de iis disseratur fusius, quae vix attingit theologus, ut de passionibus, de habitibus, de virtutibus in genere, et aliis huiusmodi. Atque haec omnia maiore quadam exornentur elegantia sermonis et cognitione antiquitatis, apophtegmatum, adagiorum, sententiarum ex philosophis aut poetis et aliis id genus. Habeat et professor *Ethicorum* privatas semel in mense theses ac disputationes per horam suae lectioni praestitutam, et in menstruis philosophorum disputationibus metaphysicae auditor ponat duas etiam tresve theses ex *Ethi-*

---

[28] Vide MP I 239 241.
[29] Vide MP I 283.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cis; adversus quas disputabitur mane et vespere duabus extremis semihoris, praeside lectore *Ethicorum*[t].

14. Constitutiones (4 Par. cap. 15 § 2) «Singulis, inquiunt, annis unus philosophiae cursus inchoabitur, et alius cum divino auxilio absolvetur». Et in declaratione C «Si opportunum non fuerit, id ita omnino praestare, vel quod desint homines, vel alias ob causas, praestabitur cum praepositi generalis[u] assensu, quod poterit»[30]. [188]

15. Singulis dominicis a prandio, ut[v] habetur in Constitutionibus (4 Par. cap. 6 § 10)[31] defendantur philosophicae conclusiones alternatim: primum a metaphysico, a physico hebdomada altera; tertia vero a logico, praesentibus studiorum praefecto et tribus professoribus philosophiae, quorum unusquisque stabit pro suo discipulo, qui respondet. Caeteri iuvabunt argumentantes, et eorum pro- sequentur argumenta, sed non nisi postquam animadverterint argumentantem per se non posse ulterius urgere vim argumenti utiliter. Id quod in publicis etiam disputationibus observetur a theologis etiam. Et ut haec disputatio sit omnibus utilis, inter theses, quas metaphysicus proponit, aliquae sint pro metaphysicis, duae tresve pro physicis, totidem pro logicis. Idque ex materiis, quae tunc per- tractantur in schola. Tres erunt argumentatores per sesquihoram. Et quidem contra metaphysicum primus erit auditor aliquis theologiae, secundus physicus, tertius logicus. Adversus autem physicum primus erit metaphysicus, alter physicus, novissimus logicus. Iidem quoque eunt adversus logicum. Sic enim satisfiet magis Constitutionibus (4 Par. cap. 13 § 3)[32], ubi statuitur expedire, ut inferio- rum classium auditores cum superiorum studiosis, et ii cum illis vicissim disputent. Optandum[w] quoque esset, ut quoad eius fieri poterit, servetur quod insinuant eaedem Constitutiones (4 Par. cap. rap103)[33], ut hae disputationes eo loco ac tempore habeantur, quo externi etiam cum no-[189]stris interesse et argumentari possint[w].

16. Quolibet mense tres philosophiae professores cum praefecto in scholam unam, quae caeteris philosophorum classibus sit capacior, cum omnibus philosophiae studiosis ad disputandum conveniant. Tres studiosi ex scamno uno paulo editiore defendent theses quilibet ex materiis, quae tunc in classe tractantur: primus metaphysicus, alter physicus, tertius logicus. Idque per totum schola- rum tempus mane et vespere. Et mane quidem tres argumententur. Contra metaphysicum aliquis theologiae studiosus, contra physicum metaphysicus, contra logicum physicus. Totidem quoque a prandio argumentabuntur, sed metaphysicus cum metaphysico, physicus cum physico, logicus cum logico; et[x] priorum quidem duorum argumentantium cuilibet tres circiter quadrantes horae tribuentur; tertio autem semihora, ut duas horas absumant tres argumentatores; postrema namque semihora debetur ethicis. Ubi ve-

---

[30] Vide MP I 303.
[31] Vide MP I 243.
[32] Vide MP I 287.
[33] Vide MP I 241 243.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ro non est nisi unus philosophiae professor, ad excitandos audientium animos, ter aut quater in anno instituat solemniores aliquas disputationes pomeridianas in festo aliove die feriato. Idque eo splendore atque apparatu, invitatis etiam religiosis et medicis ad argumentandum, ut ex ea re studiis nostris non infructuosus aliquis fervor accedat[y].

17. In fine triennii cursusque philosophici ad exhibendum specimen aliquod suorum studiorum, actum aliquem paulo celebriorem de universa [190] philosophia, qui eam audierunt, tueantur. Id enim vehementius ad studendum inflammat adolescentes, et pudefacit desides ac ignavos. Affert et gymnasiis nostris auctoritatem non parvam. Verum ad huiusmodi actum admittendi non sunt, nisi qui multo plus quam mediocriter profecerint. Alioquin et frigebit disputatio, et scholarum collabetur auctoritas, et nimia defendentium multitudo pariet satietatem. Praestat ergo hos esse paucos, sed egregie instructos, qui eius loci dignitatem sustinere possint. Quare ad id seligendi erunt examine praevio[z], quod non priva- tim, sed (quod commode fieri possit) publice habendum est. Et si nostrorum est[z], coram omnibus nostris philosophiae auditoribus. Sin alumnorum seu convictorum, coram omnibus sui collegii philosophis. Sin externorum, coram omnibus externis philosophis, saltem suae classis; quamvis externi ad hoc examen cogendi[a] non sint, nisi velint. Ex nostris vero fratribus vel alumnis vel convictoribus nullus ordinarie ab hoc examine excipiatur, sed omnes severe examinandos se esse intelligant, ut inepti deterreantur a philosophia, apti vero magis accendantur ad studium. Erunt examinatores duo cum praefecto, aut etiam plures, si cuius academiae mos id exigat. Neque semper iidem, sed ut onus dividatur in plures, aderit semper cum praefecto praeceptor proprius; tertius vero vicissim commutetur, dummodo sit aliquis professor, aut certe theologiae studiosus eo loco non in- dignus. Alumnos vero seu convictores sa-[191]tis est examinari a suo praefecto et duobus philosophiae repetitoribus; aut, si ii defuerint, a provectioribus duobus theologiae auditoribus. Tametsi qui ad actum videbuntur idonei, priusquam ad eum sese accingant, proprii quoque praeceptoris et studiorum praefecti generalis iudicio essent probandi. Duret examen singulorum non minus duabus horisb. Quare statim post Pascha tertii anni posset inchoari, distributis dierum praesertim festorum vicibus, eo ordine, quem rector, audito praefecti et praeceptoris proprii consilio, existimaverit commodiorem. Expedit autem, ut per omnes primarias materias fiat examen. Illas vero praefectus eodem die vel pridie distribuet examinatoribus, ne in easdem concurrant, aut graviores aliquas praetermittant. Et ordinarie quidem res agetur per interrogationes, ut natura examinis postulat. Admisceantur tamen interdum breviores quaedam argumentationes, quibus exploretur magis respondentis ingenium.

Actus autem totum scholarum tempus occupet cum minimum vel mane vel a prandio. Nam si brevioris fuerit temporis, nihil habebit dignitatis, nec magnum fiet ingenii periculum, nec nisi paucae attingi poterunt quaestiones; neque vero id futurum est caeteris rebus incommodum, quia paucissimi futuri sunt, qui tanto praestent ingenio et doctrina, ut hoc actu digni censeantur. Quod si complures fuerint, ut octo vel decem vel eo plures, necesse non est, ut eadem aestate tot actus habeantur, sed

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ita dividantur, ut duo circiter in aesta-[192]tem cadant, totidem fere in tempus vacationum autumnalium. Alii in sequentis anni tempora distribuantur, ut in ferias Natalitias, in dies bacchanalium, in paschales vacationes, aliosve dies festos. Nec refert, si tam longe distrahantur, dummodo cum fructu et dignitate singuli obeantur. Fient etiam ipsa raritate gratiores.

Argumentatores vero tres esse oportet intra duas horas; et primum quidem aliquem ex nostris professoribus philosophiae vel theologiae; secundum doctorem aliquem externum tertium aut aliquem theologiae studiosum non mediocris ingenii, aut etiam aliquem ex defendentis condiscipulis, egregium tamen; cum enim bene percalleat fundamenta doctrinae praeceptoris sui, acrius urgebit, et inter ipsos condiscipulos vehementior aemulatio non parum auget atque excitat ardorem disputationis. Et quoniam horum actus oportet esse celebriores, interesse compellantur non solum philosophi omnes tam auditores quam professores, sed etiam theologiae studiosi, ut refricent memoriam rerum praeteritarum, et frequentiorem efficiant conventum. Intersint etiam professores theologiae, et omnes quidem, cum actus aliquis caeteris est magnificentior; in aliis vero alternatim, ut duo fere nunquam desint, qui laudando, instando, interrogando aliaque huiusmodi praestando alacriorem ac solemniorem reddant disputationem[c].

18. Caveant philosophi, ne amplificent, quae percurrenda sunt, vel res difficiliores ac praecipuas perstringant, vel quaestiones alio transponant, quam [193] oportet. Itaque in prolegomenis logicae disputent tantum: An sit scientia et de quo subiecto; tum pauca de secundis intentionibus. Disputationes universalium[d] differant in metaphysicam; contenti tironibuse tradere earum disputationum breves definitiones sub interrogandi, dubitandique charactere[e]. De *Praedicamentis* etiam faciliora quaedam, quae fere attinguntur ab Aristotele, explicent; caetera metaphysico relinquant. Librum secundum *Perihermenias* et ambos libros *Priorum*, praeter primi prima capita 8 vel 9 compendio percurrant. Exponant tamen quaestiones illis proprias; brevissime vero eam, quae est de contingentibus, et nihil in ea de libero arbitrio: *Topicorum* quoque, praeter primum forte et secundum librum, et *Elenchorum* textus praetereundus est. Loci tamen et fallaciae in commodiorem quendam ordinem redigantur, ne a logicis ignorentur. In octo libris *Physicorum* compendio tradantur textus librorum sexti et septimi; etiam primi in ea parte, quae est de antiquorum opinionibus. In octavo libro *Physicorum* nihil disseratur de numero intelligentiarum, nec de infinita virtute et libertate primi motoris, sed haec in metaphysicis disputentur; et quidem solum de mente Aristotelis[f]. Nam secundum veritatem simpliciter pertinent ad theologum; cui etiam relinquatur tota quaestio de concursu Dei cum secundis causis. Eum tamen philosophi supponant. Textus secundi, tertii, quarti librorum *de Caelo* breviter perstringantur, magna etiam ex parte praetereantur. Nec tractentur quaestiones, nisi paucae [194] *de Elementis; de Caelo* autem quae disseri solent, relinquantur mathematico, praeterquam de substantia caeli et de influentiis. Ubi vero non est professor mathematicus, harum rerum epitome tradatur a philosopho. Libri *Meteorologicorum*, si vacat, redigantur in compendium; quamquam optandum potius esset, ubi fieri potest, ut ii libri eo tempore, quo studia remittuntur, cum una

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tantum in die habetur lectio, exponerentur ab uno aliquo extraordinario praeceptore; vel ab ipso praeceptore cursus, si posset et vellet, ultima hora pomeridiana. Si enim Meteora secundo vel tertio anno inserantur ordinariis lectionibus, fiei nulla ratione potest, quin tempus necessarium praeripiatur libris *Physicorum* vel *de Anima* vel *de Generatione*. Et mutiletur necesse est tractatio eorum librorum atque interpretatio, qui sunt omnes perdiligenter explicandi. In lib. 1 *de Generatione*, et primo item libro *de Anima* antiquorum opiniones breviter attingantur. In secundo vero libro *de Anima*, expositis sensoriis, non digrediantur philosophi *in Anatomiam*, et caetera, quae, medicorum sunt. Addant potius, si vacat, *Parva Naturalia*. In *Metaphysicis*, praeter prooemium et magnam partem quinti, septimi, duodecimi librorum, quorum textus explicandi videntur diligenter; in caeteris necesse non est ordinate textum interpretari. Possent quidem in unoquoque libro seligi quidam textus, qui sint tamquam fundamenta quaestionum, quae ad metaphysicum pertinent, dummodo de supposito et natura nihil [195] disseratur, neque de aliis, quae pendent ex veritatibus revelatis[g].

19. Magnopere cavendum est, ne in libris *Physicorum* professores tamdiu morentur, ut paucos menses reservent libris *de Anima* et *Metaphysicae*, quae primaria pars est philosophiae; cum praesertim caeteris in libris quicquid disputatur, resolvatur ultimo in axiomata metaphysicorum, vel in aliquot librorum *de Anima* sententias. Quare in iis nostros oportet strenue esse exercitatos, et aliis potius quam istis libris detrahendum est, si quid detrahendum sit per temporis angustias. Quocirca anno primo *Logica* explicetur, anno secundo libri Physicorum per sex menses, deinde libri *de Caelo* et prior liber *de Generatione;* anno tandem tertio liber secundus *de Generatione* et libri *de Anima* per quinque circiter menses; deinde libri *Metaphysicorum* per[h] quinque seu cum minimum per quatuor menses[h]. Ii namque menses posteriores et aestivi sunt, et habent alicubi studiorum remissionem a prandio post iunium. Nec minus aliquid requiritur, ut tam multae tamque arduae quaestiones possint absolvi. Porro ne secundus annus nimis oneratus videatur, prolegomena *Physicae*, quae duos fere menses occupare solent, contrahenda videntur, et magna ex parte communicanda cum logico; qui cum a multis quaestionibus, quas in metaphysica transposuimus, liberatus fuerit, potest sub finem librorum *Posteriorum* instituere pleniorem quandam de scientia trac-[196]tationem, et in ea disserere de divisionibus et abstractionibus scientiarum, de speculativo et practico, de subalternatione non solum in genere, sed etiam, an scientiae omnes subalternentur metaphysicae, de modo diverso procedendi in mathematicis et in physicis, de quo Aristoteles libro secundo *Physicorum;* et quicquid de definitione dicitur libro secundo *de Anima*. Haec enim et huiusmodi alia commodissime coniungi possunt, nec superant captum auditorum, qui in fine logicae versantur[i].

20. In opinionum delectu generales regulae theologis praescriptae[34], quatenus ad philosophos pertinere possunt, observentur. Illud proprie caveant, ne ab Aristo-

[34] Quas regulas videsis: *De opinionum delectu;* supra, p. 6-13. .

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tele recedant, nisi in iis, quae vel fidei derogant aliqualiter, vel doctrinae cuipiam, quae ubique fere recepta sit, repugnant. Enixe quoque studeant communiores magisque nunc approbatas philosophorum sententias tueri; quales exempli gratia sunt, quae sequuntur:

1. Materia[j] prima habet propriam existentiam, seu actum entitativum[j].
2. Materiam primam et fieri et esse sine forma per divinam potentiam non repugnat.
3. Naturalis est motus caeli, saltem secundum principium passivum.
4. Est de ratione motus proprie dicti successio.
5. Intensio[k] fit per additionem partium gradualium[k].
6. Motus et tempus sunt entia realia. [197]
7. De anima intellectiva, etiam ut intellectiva, tractare physici est.
8. In uno homine una tantum est anima.
9. Anima rationalis secundum Aristotelem est immortalis, nec educitur de potentia materiae, et est vere proprieque corporis forma.
10. Naturaliter demonstrari potest animam[l] rationalem esse immortalem, nec unam in omnibus; et ita naturalem[l] esse corporis formam, ut definitio animae ab Aristotele tradita ei competat univoce, secundum gradum etiam intellectivum.
11. Anima rationalis, dum est in corpore et ut est forma corporis, ab eo non dependet, sed vere ac proprie per se subsistit.
12. Non negetur, esse aliquam potentiam motivam in substantia animae, per quam anima separata per se movere se possit.
13. Nec brutum nec hominis cogitativa discurrunt formaliter.
14. Non datur sensus agens.
15. Ab appetitu sensitivo seu voluntate non minus distinguitur potentia motiva, quam intellectus vel imaginatio. Tametsi has potentias ab animae angelive substantia realiter distinguere cogendus sit nullus. Et aliae id genus opiniones. [198]

---

[a] praelegendus *tRB* / [b] Sunt ... suppetit] Ne in Germania quidem ratio praelegendi cursus triennio immutanda est. Permittitur tamen superiorum providentiae, ut de alumnis pro necessitate disponant, sive expleverint tertium annum sive non *tRB* / [c] Id quod commodissime ... examinandi sunt omnes] Ut si qui tunc iudicarentur ad philosophiam inepti, ad casus conscientiae transferantur. Nostrorum namque, qui casuum studio deputandi sunt, duae classes distingui possunt et solent. Una quidem eorum, quos, sive ex ingenii tarditate, sive ex nimium provecta aetate pene nihil profecturos in philosophia certum est. Atque hi anni statim initio ad casuum scholam mittendi sunt. Verum quoniam secundae congregationis canon 17 ad altiora studia non promovendos compendio dialecticae iubet esse contentos (id enim ad conscientiae etiam casus melius intelligendos prodest non parum), idcirco Summulam antea audire deberent; non publice tamen in scholis, sed privatim domi ante studiorum renovationem; tum ne casuum praelectiones, quae primis duobus tribusve mensibus, veluti fundamenta reliquarum habentur, amittant; tum ne cum caeteris in philosophia perseveraturis coniuncti aut meliorum comparatione pudefiant aut ab ipsis postea separari moleste ferant. Altera classis est eorum, qui spem aliquam exhibent de non mediocri in philosophia progressu faciendo. Atque hos cum caeteris philosophiae cursum inchoare ex usu est; postea tamen examinandos vel fere non ante paschales ferias, quoniam observatum est saepenumero nonnullos indolis alioquin non poenitendae primis illis Summulae rudimentis velut tricis implicari. Qui tamen, si eas evaserint salebras et quaestionum splendorem, varietatem, methodum, subtilitatem degustarint, tanquam e gravi somno excitati, magnum praebent ingenii specimen in reliquis. Semianno igitur probandi sunt, et in Paschate ad examen vocandi. Ex quo si de nonnullis adhuc non poterit valde probabiliter statui, quales in philosophia futuri sint, in eo studio totum illi annum absolvant, examinandi rursus in septembri, certoque vel philosophiae vel casibus deputandi. Sin in paschali examine se gesserint aliqui infelici-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ter, statim mittantur ad casus, si eorum explicatio eo progressa non sit, ut ab ipsis commode nequeat intelligi. Alioquin videat superior, magisne expediat eam aestatem ab illis traduci in absolvenda logica, an in grammaticae vel humanitatis vel rhetoricae schola; idque sive audiendo, sive, si opus fuerit, docendo, donec sequenti anno referantur inter casistas. Memoratum vero examen habeatur *tRB* / [d] post ... consumptum] post unum saltem annum in humanitate et in rhetorica alterum, si grandiores sint, ex quibus haud magnus in hisce rebus fructus expectari queat, consumptum. Nam caeteri biennio detineantur in rhetorica *tRB* / [e] *p* progressus *add. tRB* neque id ipsis molestum sit / [f] *p* carebunt *add. tRB* quin etiam siqui pueri in saeculo rhetoricam audire biennio, deinde Societatem ingressi, perfunctique novitiatu, adhuc adolescentiores sunt, tertium adhuc annum in rhetoricae schola conficiant, ut ea quorum pene obliti sunt, et repetant et confirment / [g] Ad haec autem *tRB* / [h] Qua ... evanescimus] Non enim optime audire solent, qui Aristotelis contextu posthabito in cogitationibus et inventis suis pene evanescunt *tRB* / [i] multum *tRB* / [j] ponamus *tRB* / [k] *p* praecedentibus *add. tRB* et indicato scopo, ad quem ea disputatio Aristotelis pertineat / [l] *p* indicet *add. tRB* et unamquamque aucthoris probationem in formam redigat syllogisticam, ut eius usum auditores observent in Aristotele et imitentur. Sedulo autem eius assertionem a ratione distinguat, ne una pro altera per errorem sumpta totum confundant ordinem / [m] ubi primum ... fere sunt] breviter tractanda sunt; idque ubi primum occurrunt, si in aliis philosophiae libris proprium non habent locum. Nam si habent, in eum reiiciantur *tRB* / [n] *p* sinceritas *add. tRB* nec sit paraphrasis quaedam, sed pura ac fidelis versio / [o] Immo ... professorum] Oporteret autem illam redigi ab aucthore in longe breviorem methodum, ut plane nihil praeter ea, quae explicanda sunt a professore, contineat; idque non ornato et copioso (is enim non parum obscurat ac pene elumbat res dialecticas), sed proprio concisoque sermone. Donec autem id ab aucthore praestetur, professores non putent eum sibi librum exhiberi, quem totum explicent, sed ex quo nonnulla, quae magis ad rem facere videbuntur, seligant; non ex iis unam aliquam sibi Summulam seorsim componendo, sed diversa aucthoris loca, ex quibus et ad quae transeatur, indicando *tRB* / [p] sed ... multos] Quin et pro re oblata modeste ac graviter eius inordinatam methodum obscuritatemque coarguant, eo sane consilio, ne plus illi, quam oporteat, deferatur. At contra, quo philosophia theologiae aptius subiugatur, de S. Thoma nunquam non loquantur honorifice, libentibus animis quaecumque placent sequendo; quae autem displicent, reverenter et gravate deserendo *tRB* / [q] Averrois] aliquis ex obscurioribus *tRB* / [r] Qui .... excideant *om. tRB* / [s] Eaque ... cap. 6 H] praelectione absoluta fiat statim in scholis repetitio praesente praeceptore, eamque, ut oporteat, moderante. Servetur autem in repetendo, quod P. 4 Constit. c. 6 H habetur *tRB* / [t] Ea vero ... ethicorum] Intelligat autem philosophiae moralis professor sui instituti non esse, in theologicas quaestiones, praesertim quae a Spiritu Sancto revelatae sunt, digredi, sed breviter, docte et graviter praecipua capita scientiae moralis, quae in decem libris Ethicorum Aristotelis habentur, explicare per horam quotidie, idque semestri tempore. Auditores habebit eos philosophos, qui post triennium auditae philosophiae repetendae eiusque actibus celebrandis vacant per sex menses, nisi ubi moris est, ut a philosophici cursus professore et in ipsomet cursu ethica praelegantur. Absoluta lectione iubeat eam per quadrantem saltem repeti in scholis iuxta morem aliorum philosophorum. Binas etiam per hebdomadam domi repetitiones habeat duobus semper adversus ea quae repetita fuerint argumentantibus; bis etiam singulis mensibus per sesquihoram iisdem de rebus disputetur in schola *tRB* / [u] *p* generalis *add. tRB* vel certe provincialis / [v] ut habetur ... cap. 6 § 10 *om. tRB* / [w] Optandum ... possint *om. tRB* / [x] et priorum ... ethicis] et primo quidem argumentantium hora tribuatur, duorum vero aliorum singulis terni circiter quadrantes. Haec autem intelligantur, ubi theologorum suppetit copia et tres professores philosophiae *tRB* / [y] *p* accedit *add. tRB* Nec illud praetereundum sicubi ex academiae more magna est disputationum frequentia, tam dominicalibus, quam menstruis disputationibus esse supersedendum, ut in Lusitania / [z] praevio ... nostrorum est] praevio vel privato vel, si facile potest introduci, publico; hoc est, si nostrorum is est *tRB* /

[a] *p* cogendi *add. tRB* (sicubi tamen facile possunt, multifariam expedit eos compelli) / [b] *p* horis *add. tRB* si per alias occupationes licet; sin minus, hora. Ubi vero pauci praesto sunt examinatores et examinandi non pauci, differantur in aliud atque aliud tempus, quoad commode res confici possit / [c] *p* disputationem *add. tRB* nisi id alicubi videatur indecorum ut in Polonia. Ubi vero ad finem cursus solent fieri actus promovendorum, posset tam horum, quam promovendorum examen ad illud tempus differri / [d] Plenam de universalibus disputationem *tRB* / [e] tironibus ... charactere] hic tradere mediocrem quandam eorum notitiam; idque fere sub interrogandi dubitandique charactere *tRB* / [f] *p* Aristotelis *add. tRB* qui si cui videbitur aliter quam oporteat sentire, eius argumenta dissolvat iuxta concilium lateranense. Idem de aliis quaestionibus iudicium / [g] *p* revelatis *add. tRB* Si tamen tam de supposito et natura, quam de concursu Dei cum secundis causis velit aliquid attingere philosophus, non tam disputando, quam rem declarando et probando brevissi-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

me in gratiam externorum, qui theologiam audituri non sunt, liberum permittitur / [h] per quinque ... menses] reliquo anno *tRB* / [i] *p* versantur *add. tRB* Nec sit liberum magistris cursum philosophiae absolvere cum velint; multa inde sequerentur incommoda, Quare non absolvant antequam venerint aut proximae sint vacationes, quae ad anni finem dari solent. Lusitanis etiam conceditur, ut in ipsorum provincia ante baccalaureatus examen explicentur quartus et quintus libri Metaphysici, quod eorum intelligentia ad multas logicae quaestiones, quae in examine attinguntur, dissolvendas necessaria videntur / [j] 1. Materia ... entitativum *om. tRB* / [k] 5. Intensio ... gradualium *om. tRB* / [l] animam ... naturalem] et iam demonstratum est animam rationalem *tRB*.

De Mathematicis [1]

[1] Constitutiones (4 Par. cap. 12 C) «Tractabitur, inquiunt, logica, physica, metaphysica, moralis scientia et etiam mathematicae, quatenus tamen ad finem nobis propositum conveniunt»[2]. Convenire autem videntur non parum, non solum quia sine mathematicis academiae nostrae magno carerent ornamento, quin et mutilae forent, cum nulla sit fere paulo celebrior academia, in qua suus non sit, et quidem non ultimus locus mathematicis disciplinis; sed multo etiam magis, quia illarum praesidio caeterae quoque scientiae indigent admodum. Illae namque suppeditant atque exponunt poetis ortus occasusque syderum, historicis locorum facies atque intervalla; analyticis solidarum exempla demonstrationum[a]; politicis artes plane admirabiles rerum bene gerendarum domi militiaeque; physicis coele- stium conversionum, lucis, colorum, diaphanorum, sonorum formas et discrimina; meta- physicis sphaerarum atque intelligentiarum numerum[b]; theologis praecipuas divini opificii partes; iuri et consuetudini ecclesiasticae accuratas temporum supputationes. Ut praetereantur interea, quae ex mathematicorum labore redundant in rem-[199]publicam utilitates in morborum curationibus, in navigationibus, in agricolarum studio. Conandum igitur est, ut sicut facultates caeterae, ita et mathematicae in nostris gymnasiis floreant, ut hinc etiam nostri fiant magis idonei ad variis Ecclesiae commodis inserviendum; cum praesertim non parum indecore careamus professoribus, qui rerum mathematicarum lectionem tam multis, tam praeclaris urbibus exoptatam habere possint. Romae quoque, si unum, aut pene alterum demas, vix ullus reliquus fiet, qui aut has facultates valeat profiteri, aut Apostolicae Sedi praesto esse, cum de ec0lesiasticis temporibus disputatur.

2. Ut tantae paucitati ac penuriae medeamur, duobus in Romano Collegio mathematicis professoribus indigemus. Quorum unus sesquianno quotidianis lectionibus breve curriculum mathematicarum rerum conficiat a nostris et ab externis audiendum; cuius initium professor auspicabitur post Pascha Resurrectionis mane prima hora scholarum auditoribus logicae; quia per id tempus fere parant se ad *Posteriora Analytica,* quae sine mathematicis exemplis vix possunt intelligi; et cum sint paulo tunc provectiores, impares non videntur oneri trium lectionum. Illud tamen constitutum esse oportet, ut Euclidis elementa paulo spinosiora aliqua semper interpretatione vel geographiae vel sphaerae condiantur; cum praesertim hae res non egeant magnopere

[1] De disciplinis mathematicis cf. MP I-IV 26 et passim.
[2] Vide MP I 283.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cognitione omnium principiorum Euclidis, sed primorum quorundam, quae postquam duobus cir-[200]citer mensibus exposita fuerint, ex tribus deinde quadrantibus, quibus mathematica lectio circumscribitur, duobus prioribus sphaera aliave id genus gratiora tradantur, et in iis ad studiorum usque finem perseveretur. Altero postmodum anno iisdem auditoribus, qui physici tunc erunt, prima hora scholarum a prandio reliqua pars compendii mathematici, a P. Clavio conficiendi[3], explicabitur. Cum vero ad Pascha perventum fuerit, in gratiam novorum logicorum accedat altera lectio matutina, qua denuo mathematicum compendium inchoetur. Qui cursus ac recursus eodem ordine quotannis servandus est.

3. Professor alter, qui modo P. Clavius esse posset, constituatur, rerum mathematicarum pleniorem doctrinam conferat in triennium, explicetque privatim nostris octo circiter aut decem, qui mediocri saltem sint ingenio, nec a mathematicis alieno, et philosophiam audierint; qui ex variis essent convocandi provinciis, unus ex qualibet, si fieri posset. Nec pauci futuri sunt, qui ex horum numero cupiant esse, si post philosophiam quo tempore docent alii litteras humaniores, studeant ipsi mathematicis; deinde etiam theologiae; ita sane ut primo biennio nihil praeter mathematicam audiant. Tertio vero anno duas etiam lectiones scholasticae theologiae cum earum brevi repetitione, quae fiet in scholis tantum; reliquum autem diem totum mathematicis impendant. Porro ex hac academia eximii prodirent mathematici, qui eam facultatem in [201] omnes provincias, ad quas essent reversuri, disseminarent, et nostrorum tuerentur existimationem, siquando oporteret eos de mathematicis respondere. Neque grave futurum est cuilibet provinciae unum aliquem ex suis philosophis tertio quoque anno dicare mathematicis, cum spe tam eximii fructus. [202]

---

[a] *p* demonstrationum *add. tRB* quales non raro profert Aristoteles in duobus libris Posteriorum / [b] *p* numerum *add. tRB* Hunc enim Aristoteles lib. 12 Metaphysicae petit ab Eudoxo astrologo.

---

[3] Christophorus CLAVIUS S.I., *Epitome arithmeticae practicae* (Romae 1583); cf. SOMMERVOGEL II 1215-16. — De Chr. Clavio S.I. (1538-1612), germano, professore celeberrimo mathematices Collegii Romano cf. VILLOSLADA, *Storia* ... 59 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Studiis Humanitatis
hoc est, grammaticae, historiae, poeticae et rhetoricae

Nostrorum progressus in literis humanioribus magnae curae fuisse Patri Nostro Ignatio, sanctae memoriae, indicant Constitutiones[a][1], quae de iis non minus multa, quam de superioribus facultatibus praecipiunt; et iubent[b] esse collegia quaedam, quae tota[c] linguis docendis discendisque impendantur[2]. Porro ad haec studia non utilitas modo[d], sed evidens necessitas et nonnulla iustitiae ratio debet nostros impellere, cum multorum collegiorum reditus in onere docendi grammaticam, literasque humaniores fundentur. Cuiusmodi obligationi satisfieri non potest, nisi per idoneos praeceptores. Quales habituri non sumus, nisi huiusmodi studia apud nostros floreant. Adde, quod linguae latinae scientia atque usu nostri cumprimis indigent propter variarum nationum communicationem, propter scholasticas exercitationes, theologorum etiam et philosophorum, propter frequentes librorum et tractatuum scriptiones, propter germanam intelligentiam sanctorum patrum, qui satis latine scripserunt; propter frequentem cum viris doctis consuetudinem. Tandem horum studiorum adminiculo potius quam superiorum facultatum Societas brevi propagata [204] est in praecipuas orbis christiani partes[3]. Neque in iis melius ac firmius conservari potest quam iisdem artibus, ob quas initio admissa fuit. Et nisi hoc insigne ornamentum, quo Deus Societatem cohonestare dignatus est, tueri studeamus, verendum est, ne in[e] eam barbariem, quam in aliis probare non solemus[e], facile dilabamur. Nam caeteras facultates, quae per se ipsae splendescunt, colimus non gravate. Fastidimus vicissim ignoblliora studia, et ad ea tamquam repugnante natura trahimur. Quare bonos agricolas imitari oportet, qui plus in sativis ac peregrinis arboribus alendis, quam in nativis laborant. Cuiusmodi peculiaris humaniorum literarum cura graviter commendatur reg. 50 provincialis[4].

Dolent vero plerique omnes, haec studia magna ex parte apud nostros concidisse[5], ut bono aliquo grammatico aut rhetore aut literarum humaniorum perito nihil plane sit rarius ac difficilius inventu. Fiet autem difficile magis in dies, nisi huic malo superiorum sedulitas vigilanter medeatur. Ex iis vero, quae ad id conferre videntur, pauca nunc attingemus. Et primo quidem, non impune ferendum esset ab iis, qui studiis altioribus vacant, contemni et plane irrideri grammaticos ac rhetores[6]. Id enim literas humaniores reddit odiosas. Et meminisse nostros oporteret, arborum radices ac fibras non esse spernendas. Quippe sine illis nullus esset virgultorum, foliorum, florum, fructuum decor ac venustas.

---

[1] Vide P. IV c. 6 § 4; MP I 233.
[2] Vide *Const.* P. IV c. 7: *De scholis collegiorum;* MP I 263-69.
[3] Legas declarationem Patris Vitelleschi, praep. gen. anno 1639 factam; AHSI 30 (1931) 103.
[4] Vide *Regulae S.I.* (Romae 1582) 34-35; et *Institutum S. I.* III 78.
[5] De statu haud florenti humaniorum litterarum multa inveniuntur in MP IV; e. gr. p. 6 209 211 250 323 249.
[6] Cf. ea, quae P. Maffei hac de re anno 1570 referebat; MP II 786 § 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secundo, in actibus et conventibus publicis inferiorum classium praeceptores non [205] deberent abiici in tenebras aut stare inter turbas, sed inter philosophos et theologos professores considere. Cuiusmodi honor officio, non personis haberetur; in collegiis praesertim, in quibus id usu receptum est. In caeteris rhetoricae saltem professori is locus deferatur; aliis alius plane non obscurus.

Tertio, in ministeriis domesticis obeundis non essent usque adeo onerandi grammatici[7], nec magis quam caeteri professores, cum illi non minus, sed multo magis laborent in schola, iis praesertim diebus, quibus docetur. Vix enim aliquando inter scholasticos et domesticos labores respirandi locus est, ut dicant nonnulli se in pistrino versari toto tempore quo grammaticam docent. Satis fuerit praeceptores in humilitatis ac obedientiae specimen ac exemplum in huiusmodi functionibus occupari dominico (nisi alius ipsis professoribus sit commodior) die tantum, quod nunc in Collegio Romano servatur; cuius consuetudines in caeteris collegiis servandas esse significant Constitutiones[8]. Potius auditores, si quando oporteret, onerandi essent, àut alii, quorum munus minoris est assiduitatis et laboris quam praeceptorum. Aut, si id fieri non potest, augeatur numerus coadiutorum. Id vero si nec praestari potest, alia ratione consulendum est praeceptoribus, qui ex instituto pertinent ad collegium; confessarii vero ex concessione quadam. Nec patiantur rectores postremam haberi curam eorum, quorum gratia et labore aluntur caeteri; nec putent grata fore Deo quaecunque agimus ex consilio, nisi prius satisfiat praecepto ac iustitiae, ex qua [206] populis, quorum reditu sustentamur, bonam debemus iuventutis institutionem; de qua tamen non optime merentur, et vix nostrae obligationi respondent praeceptores, quamdiu amaro sunt animo.

Quarto, sua quoque grammatici recreatione carere non debent, semel in hebdomada pomeridianis scholis intermissis, ut praecipitur 4 Partis Constitutionum cap. 13 F[9] et regula 40 rectoris[10]. Vel, si id nullo modo potest obtineri, a prandio diebus dominicis rusticari deberent. Quod si in aestate non potest fieri, alia quaeratur ratio, ut recreentur ordinarie, et quidem missi a superiore sicut caeteri professores. Ea namque cura praepositorum mirifice exhilarat subditos, redditque alacres ad laborem. Quare in vestibus, in cubiculis, in libris aliisque rebus necessariis nihil fere intelligatur esse discriminis inter istos et illos professores.

Quinto, cum quis se strenue ac patienter gerit in docendo, non inde sumatur occasio, magis ac magis illum onerandi et diutius in eo labore detinendi. Alioquin, ne id sibi contingat, segnius alii atque oscitantius suo munere fungentur.

Sexto, si quid carminum aut orationum publice proferunt aut pronuntiant, intersint superiores, videant, audiant, collaudent, et caeteros iubeant interesse[11]. Sin nihil tale scribunt atque edunt rhetores et grammatici, eos urgeat rector atque in-

---

[7] Cf. MP IV 211 §2.
[8] *Const.* P. IV c. 7 litt. C; MP I 267; cf. *ib.* p. 551 §9.
[9] Vide MP I 295.
[10] Vide *Regulae S.I.* (Romae 1582) p. 84; et *Institutum S.I.* III 111
[11] Cf. MP IV 210.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

flammet ad hoc exercitationis genus; et sicut praemia distribuuntur externis, non ab re foret ter aut quater in anno egregias aliquas sive solutas sive astrictas compositiones nostrorum pub-[207]lice pronuntiari vel in refectorio vel in vinea cum aliqua celebritate et conventu omnium.

Septimo, nonnulli quoque, qui post theologiae studium scholis inferioribus sese addicerent, non parum iuverit, si ad professionem admittantur; aut si cum ullis dispensandum sit, cum iis dispensetur etiam; ut aboleatur opinio quorumdam, qui de studiis humanioribus parum honorifice loquuntur aut sentiunt[12].

Octavo, per octavum vel decimum quintum quemque diem convocandi essent a rectore et (quod eius regulis valde congruit[13]) benevole rogandi, quid eis desit, qua in re iuvari velint, quidve optatos scholarum progressus impediat, quid emendandum, quid commutandum, quid amplificandum occurrat.

Nono, in iis, qui vel in Societatem cupiunt admitti, vel admissi iam ad superiores facultates profitendum promovendi sunt, aliis (si caetera valde imparia non sint) praeferantur, sedulo etiam quaerantur ii, qui literis humanioribus magis excellunt.

Tandem, illud universim habendum est, rectoribus nihil antiquius, nihil optabilius esse debere, quam, ut salva religiosae pietatis disciplina, praeceptorum conservent hilaritatem, et in ea posita esse praesidia omnia scholarum bene gerendarum existiment.

Iam vero aliquanto propius ad huiusmodi studiorum temperationem institutionemque accedamus; quae dilucida ac distributa magis ut sit, priusquam ad ea, quae propria sunt humaniorum scholarum singulis, descendamus, capita quaedam exponemus eorum, quae communia sunt universis. [208]

---

[a] *p* Constitutiones *add. RB* Par. 4 cap. 7 B / [b] admittunt *RB* / [c] fere tota *RB* / [d] non amaenitas modo et utilitas *RB* / [e] in ... solemus] aliquam barbariem *RB*.

---

[12] Vide supra, p. 111 adn. 6.

[13] Vide reg. 38 rectoris in *Regulae S. I.* (Romae 1582) p. 83; et *Institutum S. I.* III 111.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

SEPARANDANE[a] SINT HUMANIORUM ET SUPERIORUM FACULTATUM SEMINARIA

CAPUT PRIMUM

An expediat nostrorum studiosorum seminaria, quae propria singulis provinciis esse debent, ita separari, ut in aliquo collegio floreant studia humanitatis, in alio vero philosophiae et theologiae, merito dubitatur. Videretur admodum quidem utilis haec separatio; tum quia ex multitudine non parva confusio, tum quia qui grammaticae et humanitati vacant, vilescunt coram philosophis et theologis; quorum splendore ita opprimuntur, ut pene contemni videantur[1]; tum quia si in alteram partem propendeat favor superiorum, alteram plane iacere oportebit. Neque vero ius aequabile servari potest, cum superioribus facultatibus plus debeatur; et si posset, favor ille divisus neutram partem, ut par est, foveret; tum quia non pauci aegre ferunt se posthaberi aliis, quos vident quotidie ad philosophiam promoveri, se vero ad inferiora deiici; tum quia collegium unum vix duplicati sumptus onera sustinere potest; tandem Constitutiones in hanc separationem propendent (Partis 4 cap. 7 B)[2].

Contra vero, huiusmodi separatio non multum utilitatis pollicetur; tum quia insignes hu-[209]maniorum literarum doctores in primario collegio oportet esse, in quo philosophia et theologia vigent. Quod si nostri, qui ad literas humaniores praecipue instituuntur, amandentur in aliud collegium, privabimus nostros auditores illustribus magistris, et illustres magistros nostris auditoribus; tum quia ipsa multitudo scholasticorum et scholarum varietas splendorem et fervorem studiis afferre solent non modicum; tum quia mutuo se iuvant ac fovent utraque studia. Nam in suarum disputationum praefationibus indigent philosophi ac theologi humanistis, quorum etiam versibus et orationibus recreantur interdum. Humanistae quoque in obscuro iacerent, nisi suarum exercitationum testes, spectatores, approbatores haberent philosophos et theologos; tum quia aliquot academiae certas habent fundationes pro utrisque studiis, ut seiungi non possint. Forte res ista magna deliberationis non indiget. Nam collegiorum quaedam primaria sunt atque insignia, ut Romanum et similia; et horum amplitudo exigit omnium studiorum complexionem; doctores etiam quum optimos in omni facultate; quare ad eos mittendi sunt, quicunque pollent ingenio in ea natione aut provincia; quaedam vero primaria non sunt, nec magnorum proventuum; et in iis ipsamet fundatio postulat separari superiora ab inferioribus studiis, cum utrisque non suppetant rreditus; qui sicubi essent paulo magis

---

[1] Vide c. *De stud. hum.*; supra, p. 112 adn. 7.
[2] MP I 263 265.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

opimi, ampliandus videtur numerus philosophorum et theologorum, [210] quo magis studia ferveant. Nam si dividantur reditus ad alendos hinc paucos humanistas, hinc paucos theologos et philosophos, utraque studiorum pars suorum paucitate frigescet[a]. [211]

[a] Separandane ... frigescet] Ac primum, separandane sint humaniorum et superiorum facultatum seminaria, provinciales consultant Generalem, ex sua unusquisque provincia *RB*.

HUMANITATIS DOCTORES
QUOS ET QUALES OPORTEAT ESSE [1]

CAPUT SECUNDUM

Aegerrime dispensandum videtur, ut aliqui, qui philosophiae ac theologiae aliisve Societatis ministeriis vacaturi sunt, non doceant aliquamdiu humanitatem vel grammaticam in scholis inferioribus. Nam primo, si qui excipiantur, caeteris querelarum et aemulationum praebetur occasio; ipsum etiam magisterium grammaticae contemnitur, tamquam vile aliquid atque ignobile, si ab illo superiores eximant eos, quorum existimationi vel autoritati volunt esse consultum.

Secundo, quia linguae latinae usus late patere videtur in omnia ministeria Societatis nostrae. Illum vero consequi vix possunt, nisi qui grammaticam vel literas humaniores aliquando docuerunt. Contra vero, si qui ab onere scholarum immunes ad alia officia promoveantur, in iis parum decore illos versari experimur. Nam et concionatores nonnunquam errant in pronuntiando; confessarii quoque, si quem latine debent audire, aestuant atque implicantur; praeterquam quod vix commode intelligunt patrum homilias et Breviarii lectiones, quas tamen interdum eos cum praelatis recitare contingit; ut omittantur errores in missa legenda.

Tertio, proderit [212] eadem exercitatio non parum futuris superioribus. Experimur enim nusquam maiorem rationem studiorum et professorum haberi, quam in collegiis, quorum rectores aliquando scholarum onus sustinuerunt, et aliis misereri didicerunt ex iis, quae passi sunt. Alioquin effundunt se totos in res alias, ea quae nunquam pertractarunt, non magnopere promoventes, cum tamen pro literarum studiis collegia instituta sint. Praeterquam quod incidunt non raro difficultates in scholis, collegiorum praesertim minorum, quae superari vix possunt, nisi rectore harum rerum perito; alioquin vel res non bene is constituet, vel si quando bene, aegre praeceptores acquiescent, vix credentes ab homine ignaro recte posse ista pertractari. Imo, si quando oporteat aliquid paulo durius statui in praeceptores, obstrepunt incusantes rectoris

[1] De magistris multa exhibentur in MP I-IV (v. Indicem).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

inexperientiam. Ministros etiam oporteret prius ea in re esse versatos, alioquin nimium onerant magistros, et curam maiorem habere videntur coadiutoris unius, quam omnium praeceptorum. Ipsos etiam auditores a studiis abstrahunt alieno tempore etc. Tandem, decet superiores lingua latina uti posse, si quando oportet agere cum transalpinis, cum praelatis, in congregationibus etc. Quod vix praestare possunt, si linguae latinae praecepta, quae didicerunt, non etiam usu docendi confirmaverint.

Quarto, si huiusmodi occupatio omnibus generaliter imponatur, singuli ferent eam libentius, et reiecta omni spe declinandi hoc onus, studebunt etiam ita se com-[213]parare, ut hoc munus, quod aliquando subeundum est, exerceant quam commodissime. Contra vero, si quos animadvertunt eximi, putant etiam sibi patere aliquot effugia et tamquam cuniculos. Quare causantur et obtendunt vel capitis imbecillitatem vel imperitiam grammaticae et humanitatis, vel praepropere invadunt in alias occupationes. Haec vero aliaque id genus facile tollerentur, si persuasum esset omnibus hanc molestiam singulis aliquando devorandam esse et, si diu non possunt, per annum saltem; etsi altiora nesciunt, ad infimam classem mittendos, ut doceant rudimenta grammaticae, ne quis ignorantiam causetur. Neque vero ab onere docendi grammaticam liberandi videntur theologi, qui eam nunquam docuerunt, sive in Societate sive extra studuerint theologiae. Istud enim ministerium cum ex ordinariis unum sit, et prodesse possit etiam theologis ad latinae linguae et humilitatis exercitationem, nullus ordinarie videtur eximendus. Tametsi cum caetera paria sunt, docendae grammaticae partibus gravandi potius videntur caeteri, quam theologi; horum enim et maior est paucitas et usus multiplicior. Si qui tamen excipiendi videntur, esset hoc indulgendum vel valetudinariis, vel iis, qui ingrediuntur Societatem grandiores iam, vel quorum insignis esset spes et necessitas pro gravioribus occupationibus. Hos enim excipi fere nullus indigne fert.

2. Longe vero utilius videtur scholis humanitatis et grammaticae, ut has nostri doceant an-[214]tequam audiant philosophiam, quam postea. Primo, quia inferiorum classium praeceptores in singulis pene rebus indigent directione praefecti et rectoris propter quotidianas difficultates in pueris regendis, promovendis, examinandis, expellendis etc.; at philosophi non tam faciles ac tractabiles se exhibent praefecto; posse ac debere se multa constituere existimant, nec in singulis alieno ex arbitratu pendere; quin etiam dum adhuc in humili loco versantur, et novitiatus fervorem retinent, alacrius humeros submittunt tot laboribus ac molestiis, quibus doctoris munus implicatur.

Secundo, postquam philosophorum subtilitates degustarunt, adduci vix possunt, ut grammaticorum tamquam spinosis et insipidis institutionibus delectentur. Quare non raro deprehensi sunt in cubiculis, abiecta grammatica, philosophiae scriptis incubare. Et si qua se praebet occasio, facile excurrunt in philosophorum digressiones, quae ad ostentationem potius, quam ad utilitatem pertineant.

Tertio, si ex philosophia ad grammaticam revertuntur, tam grammaticae, quam theologiae subsecuturae incommodant. Nam vel serio ac strenue statuunt va-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

care grammaticae et humanitati, vel oscitanter ac perfunctorie. Si strenue, cum postea ad theologiam ascenderint, nihil plane recordabuntur philosophiae, quam constat iacere fundamenta theologiae. Sin perfunctorie, magna fiet auditorum et totius scholae iactura; et hoc potius pertimescendum est; nam barbariem, quam ex philo-[215]sophis hauserant, dediscere non possunt sine magno labore; hunc vero fugimus libentius, quam subimus. Quare vel barbariem non deponunt, vel sero tandem. Satius esset grammaticam, quam didicerunt, usu statim docendi confirmare, ut linguae latinae peritia facile postea conservetur, etiam cum opus fuerit philosophiam vel theologiam profiteri.

Quarto, etiam philosophiae prodest magisterium grammaticae. Hoc enim ita exercentur atque excitantur ingenia, ut aptiora postea fiant ad ea percipienda, quae philosophi disputant. Praeterquam quod aetas ipsa quo maturior est, eo altiores agit radices in philosophorum speculationibus.

Quinto, grammaticae studia alacritatem quandam iuvenilem desiderant, et nisi a pene pueris decurrantur, non possunt uberiores fructus a grandioribus expectari. Si quid vero iunioribus deest autoritatis aut usuperitiae, facile est suppleri a praefecto, qui grammaticae classibus sedulo assistit.

Sexto, est etiam hoc probationis genus, ut priusquam tanto labore ac sumptu Societatis nostrae fiant philosophi, aliquid utilitatis incipiant afferre, et periculum sui facere in nostris ministeriis. Magis vero docendo, quam discendo agnoscitur, quid quisque praestare possit. Et si ante philosophiam grave alicui videretur ad docendam grammaticam descendere, fiet post philosophiam fortassis contumacior, quod philosophus iam non magnopere videatur nostra opera indigere, cum eo sit prove-[216]ctus, ut sibi ipse satis esse possit.

Septimo, peracto philosophiae cursu solent non pauci sibi praestituere vitae quendam statum, ad quem se magis esse idoneos vel propensos intelligunt. Itaque ita cogitationes suas et studia omnia moderantur, ut exigere arbitrantur praeiudicatum illum statum. Ex quo fit, ut eorum animus propriis quibusdam rationibus et consiliis praeoccupatus minus quiete ac libere ad progressus in re grammatica tam suos, quam suorum puerorum possit adverti aut intendi. Id vero ante philosophiam vix accidit. Quare se totos exponunt aut componunt ad superioris arbitratum.

Tandem, Pater Annibal Codretus[2], in literis humanioribus egregie versatus, scripsit e Gallia, enitendum esse magnopere ut, qui grammaticam docturi sunt, nihil philosophiae antea degustaverint. Illa enim sic solet animus absorberi, sic plures in partes mens distrahi, sic sermo latinus inquinari, ut vix unquam postea soleant nostri egregium aliquid praestare in litteris humanioribus.

Constitutiones etiam (4 Par. cap. 9 § 2)[3] dum statuunt, ordinarie non esse nostros e collegio, in quo didicere philosophiam, educendos, antequam theologiae dent operam, non obscure significant, philosophiae et theologiae cursus esse continuandos; et propterea grammaticam docendi tempus non philosophiam inter ac theologiam in-

---

[2] De H. du Coudret S. I. (1525-1599) v. MP I-IV 93 adn. 1 et passim.
[3] Vide MI *Const.* 136.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

terponendum, sed philosophiae potius praemittendum. Id quod etiam constitutum fuit in provinciali congregatione ro-[217]mana anno 1575 cap. 23[4]. Quare praeter rhetoricae scholam, quae philosopho doctore videtur indigere propter maximam huius facultatis cum dialectica cognationem, et adhuc praeter humanitatis classem in primariis collegiis, scholis caeteris praeficiendi videntur nondum philosophi, nisi aetatis morumve ratio vel magisterio ineptos plane probet adolescentiores, vel a philosophia retardandos non esse suadeat aequo grandiores.

3. Esset autem operae pretium, ut non minus triennio (quamvis id et prorogari et contrahi possit arbitrio praepositorum) in scholis inferioribus singuli versarentur[5], quia tam crebra ac frequens praeceptorum mutatio plurimas excitat civium querimonias[6]. Ipsi etiam praeceptores non possunt breviori tempore perfici in re grammatica, et cum intelligere incipiunt, quae sint boni praeceptoris partes, amoventur a docendo[7]. Quin etiam si modico tempore sciunt se in iis scholis moraturos, vix ad id, quod agendum est, animum possunt adiungere; et dum alio spectant et ad altiora se comparant, satis esse putant, si quoquomodo impleant praesentis temporis functionem.

4. Porro quaesitum est, an expediat esse aliquos, qui (si se ad id sponte obtulerint) scholis inferioribus addicantur perpetui praeceptores. Utile sane id videtur; tum quia diuturno docendi usu evadunt eximii doctores; tum quia eorum exemplo animantur caeteri ad hoc munus hilariter obeun-[218]dum, saltem ad tempus; tum quia est insigne quoddam humilitatis exemplum. Contra vero, id non videtur magnopere optandum. Nam inferiores classes grammaticae non indigent valde diuturno tempore ut, quae sunt illis propria, sciantur. Quare sine incommodo scholarum servari possunt praeceptorum commutationes et vices, quo suavius ac libentius toleretur hoc onus, et cum minore valetudinis detrimento. Ea vero perpetuitas sicubi optabilis esset, conveniret maxime classibus humanitatis et rhetoricae, quae praestantes quosdam praeceptores, et in omni eruditione versatos, et Tulliani styli laude conspicuos desiderant; quae non possunt, nisi annorum multorum spatio comparari. Verum neque id semper accidit ex animi sententia, cum perpetuitas ista otii atque ignaviae ansam nonnullis possit exhibere. Postquam enim primis aliquot annis aliquam sibi existimationem et doctrinae opinionem collegerunt, malunt praeteriti, licet modici, laboris fructu ac nomine frui, quam novis confici laboribus. Itaque nihil fere novae supellectilis, nihil eruditionis parant, sed haerent in eodem fere, et quae docuerunt, eadem licet aliter atque aliter docent; et quod peius est, ac si diuturno opere defatigati essent, non posse se aiunt, sicut antea, laborare in auditoribus exercendis. Quare frigent plane omnia, et libenter poscunt adiutorem qui, si indoctus est, nocet potius; sin doctus, ut quid duo in uno opere occupantur, cum possit alter suam in res alias operam conferre?

---

[4] Vide *Acta prov. rom.* (1575-76); MP IV 250-54; ubi vero nihil huiusmodi invenitur.
[5] Vide petitionem congr. prov. Venetae (1579); MP IV 300.
[6] De huiusmodi querimoniis v. MP IV 341-42 373-75 481 483-84.
[7] Cf. MP II 786 et III 450.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ea vero re in utramque [219] partem iactata, tandem visum est valde optandum esse, ut multi (videlicet neque ingenio neque doctrina abundantes) sese etiam inferioribus classibus perpetuos magistros dicent. Si nihil aliud hoc inde consequemur, ne adolescentes maioris ad doctrinam indolis in docendi munere inviti sine discipulorum fructu et cum sua iactura diu versentur. Atque adeo provinciali faciendum videretur, ut ex iis, qui ad Societatem sese adiungunt, si quos nactus esset eiusmodi, qui per aetatem et ingenium non magnos in gravioribus studiis processus facturi viderentur, hos (cum id sine vocationis periculo fieri potest) priusquam reciperet in Societatem, benigne et comiter adhortetur, ut velint et apud se statuant perpetuo, aut quoad superioribus videatur, pueros docere; quod in Hispaniis factitatur, et succedit ex sententia. Ex iis autem, qui hisce scholis sese addicunt, si qui defatigatione aut satietate docendi minus diligentes sese in suo munere praebeant, vacent uno alterove anno, et postquam vires refecerint, redeant ad scholas, id si fructuosum esse speratur; sin minus, officiis ac muneribus aliis occupentur.

5. Iamvero scholis nostris admodum conducibile videtur, eos qui nunc primum incipiunt docere, non statim (nisi praesens necessitas aut aliquorum praestans indoles ac doctrina aliud exigant) fieri praeceptores primae classis grammaticae aut humanitatis, etiamsi alioquin ad id inepti non viderentur, sed initium facere ab infimis fere classi-[220]bus, et quotannis ad superiorem progredi cum magna parte auditorum[8]; quia prima illa ruditas atque imperitia regendarum scholarum minori cum damno in infimis, quam in supremis classibus usu docendi paulatim deponitur. Et si quid erratur a novis doctoribus, tolerabilius est in minimis, quam in maximis errari. Naturae quoque ordo postulat, ut a levioribus ascendatur ad graviora. Huc quoque accedit, quod non toties auditores magistros, aut magistri auditores commutarent non sine aliqua temporis iactura, donec utrique alteros agnoscant et intelligant, quid cuique praestandum sit. Sed cum ascendentibus magistris ita discipuli ascenderent, ut essent fere semper iidem et auditoribus magistri et magistris auditores. Id quod servandum videtur in minoribus certe collegiis, si non potest etiam in maioribus ac praecipuis, quod in his et magistris multi praesto sunt, ad quos confugiant, et scholae satis habent autoritatis, neque magistrorum mutatio magnum momentum habet. In illis autem cum scholarum autoritas fere ex magistrorum opinione et autoritate pendeat, incredibile dictu est, quantum incommodi afferat mutatio magistrorum, cum notis et magna existimatione praeditis ignoti et nulla doctrinae opinione succedunt, praesertim cum quem consulant, habeant neminem. At si qui primae scholae praefuturi deinde sunt, priore anno secundae praeerunt, famae aliquid interea colligent, sese ad superiorem scholam comparabunt, quibus rebus egeant disci-[221]puli, videbunt; eos secum ad superiorem classem deducent. Efficient denique, ut magistrorum mutatio, quae tot saepe tragaedias excitavit[9], non admodum sentiatur.

---

[8] Vide ep. Patris Coster (1578) et responsum Patris Generalis; MP IV 751-52.
[9] Vide MP II 473 773 et III 20 23 374 481.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6. Denique scholis consultum esset quam maxime, si futuri praeceptores duobus ante mensibus, aut eo amplius, privatim ab aliquo peritissimo exercerentur in ratione legendi, docendi, emendandi, scribendi et scholam regendi[10]. Haec enim si ante non didicerunt, ea postmodum discere coguntur cum auditorum damno, et sero proficient post existimationis iacturam, et forte nunquam deponent inolitum vitium; quod interdum nec magnum nec inemendabile est, si principio curetur. Non curato autem fit prope inutilis, qui alioquin esset utilissimus. Dici vix potest, quam moleste emendari patiantur praeceptores, postquam certam aliquam docendi rationem inierunt, et quam crebrae ea de re cum praefectis contentiones audiantur. Ab hoc malo nostris ut sedulo caveatur, studiorum praefectus, qui fuerit in primario collegio, ex quo litterarum humaniorum et grammaticae professores solent educi, quotannis sub extremam circiter aestatem tribus fere mensibus, antequam sequentis anni studia instaurentur, rectori ac provinciali revocet in memoriam, si novis in annum alterum praeceptoribus indiget provincia, deligant unum aliquem in scholis moderandis valde versatum, sive sit ex professoribus, sive ex theologiae, philosophiaeve auditoribus, ad quem quotidie per ho-[222]ram futuri doctores conveniant, ut ad novum ab illo instituantur magisterium, vicissim praelegendo, scribendo, dictando, emendando aliaque munia boni praeceptoris obeundo. Hactenus de praeceptoribus. Nunc de ipsis humanitatis partibus recte constituendis ac tradendis agendum est. [223]

QUANTUM REFERAT OPTIMA NOSTROS UTI GRAMMATICA QUAEVE EIUSMODI VIDEATUR[1]

CAPUT TERTIUM

Quoniam totius humanitatis fundamentum in arte grammatica positum est, ab ea videtur exordiendum esse. De ea vero facultate praecepere quam plurimi. Sed in optimo seligendo laborandum est inprimis. Nihil enim praeclare sperari potest de male ruderata initio structura. Nec facile est, si quam barbariem puerorum tener animus combiberit, exuere. Nam quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu[2]. Superioribus plane annis per varios itum est grammaticos; et cum priores non placerent, alios atque alios subinde in scholas nostras adscivimus. Quae tam crebra commutatio nec levitatis nota, nec doctrinae iactura caruit, quod homines nostri, quo tempore oportuit eos ad meliora proficere, cogerentur identidem nova conquirere; dediscere quae didicerant; et tamquam de vertendo solo potius, quam de statuendo domicilio cogitare. Igitur e re nostra quamplurimum fuerit, unum aliquem grammaticae facultatis scriptorem nancisci, qui iure optimo possit caeteris anteponi; repertum vero ita

---

[10] Cf. MP II 20 n. 18; 122-23 n. 3.
[1] De grammatica latina vide MP I-IV 95 et passim.
[2] HORATIUS I 2 69.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

constanter retinere, ut turpe esse posthac existimemus, iterum incertis quasi sedibus vagari.

Et [224] quidem in ea re strenue laborasse videtur Emmanuel[3] noster. Significationes enim et constructiones verborum, nominum aliarumque partium orationis ex optimis collegit autoribus, et in methodum redegit accuratissimam. Siquid igitur in syntaxi latinum, purum, tutum, elegans optari potest, id non ex aliis grammaticis, qui ea de re vel falso, vel improprie, vel barbare praeceperunt, sed ex Emmanuele petendum videtur.

Ordo fortassis non nihil commutandus esset, ut facilior, planior, aptior pueris reddatur. Ordo siquidem Emmanuelis iis fere laborat incommodis[4]: Primo quidem, quod in rudimentis, quae primo loco tradenda sunt pueris, quatuordecim ponit praecepta toti syntaxi communia[5], quae plus habent obscuritatis, quam ut intelligi possint a tironibus. In iis enim aliquid praecipitur de gerundiis, supinis, participiis, infinitis. Additur etiam aliquid de causa, de instrumento, de temporis continuatione et huiusmodi aliis, quae pueris nunc primum ingredientibus tanquam salebrae aut tricae obiici videntur.

Secundo, sub initium libri secundi et syntaxeos[6] regulae quaedam traduntur, in quibus mentio fit neutrorum, deponentium etc., quorum expositionem nullam autor praemiserat in secundo libro, sed in Rudimentis pag. 116[7], ubi tot generum et classium verborum coacervatio obruit puerum. Adde quod aliter in Syntaxi, aliter in Rudimentis verba activa et neutra describit atque explicat. Quod confusionem parit non modicam.

Tertio, quod in omni Syntaxi eundum sibi putavit per casus. Cu-[225]iusmodi ordo postulat, ut principio difficiliora quaedam ponantur, quae postea facilius intelligerentur; ut in genitivo explicando afferuntur nonnulla de *refert* et *interest* supra captum eorum, qui lactis indigent potius. Additur et nescio quid de *sum*, cum ad aliquid pertinere significat, obscurum et obscure. Alia multa huiusmodi occurrunt difficiliora, quae tamen suscepti ordinis ratio principio collocari exigebat.

Quarto, verba omnia, quae ad eundem casum pertinent, in unum colligit, cuiuscunque sint generis. Miscuit itaque activa deponentibus, neutra communibus, personalia impersonalibus. Quam methodum probarent quidem maxime philosophi, qui in certa quaedam genera res universas reducunt. At non omnis ordo quo exactior, clarior etiam est. Alioquin frustra philosophi alium naturae, alium doctrinae distinguunt ordinem. Alius igitur inservit ordo subtilitati, alius perspicuitati. Certe Emmanuelis ordo ex omni genere verba omnia in unum casum coacervantis, subtilissimus est. Sed pueris non admodum commodus, quorum fere lactescens ingenium tam variorum generum connexione, et tam dissimilium terminationum colliga-

---

[3] E. Alvares S.I. (1526-1583), lusitanus; de eius grammatica latina multa exhibentur in MP II-IV (v. Ind.).

[4] Ipse auctor intendebat praeparare novam grammaticae editionem; cf. MP IV 470 § 4 et p. 681.

[5] In margine P. 126. — Patres commissionis videntur prae manibus habere editionem grammaticae romanam, quae anno 1584 apparuit; cf. SOMMERVOGEL V 225.

[6] P. 245 et sequentes.

[7] Potius 126, prout ex adn. quinta sequitur.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tione, tanquam versicoloribus aulaeis, aut variis luminibus simul obiectis imbecillior oculus praestringitur.

Quinto, in uno quolibet casu exponendo redigit multa verba in duo vel tria vel plura quaedam capita, verbi gratia, omnia verba, quae significant obsequium vel possessionem, vel quae significant studium etc. Haec gene-[226]ralitas quanto methodica magis est, eo minus apta tironibus, qui axiomatum generalium non sunt capaces, sed singularium potius. In pueris enim viget magis sensus, qui est singularium, quam intelligendi vis, ad quam generalia pertinent. Praterquam quod horum generalium tot sunt exceptiones aliquando, ut vix diiudicari possit, ex iis ne, an ex illis regula constituenda sit.

Sexto, esto haec generalia capiantur a pueris. At ea singularibus adaptare non est puerorum. Quali enim iudicio opus est, ut dignoscant an *adulor* sit verbum obsequii, an *fruor* sit verbum possessionis etc. Quam vero generalia singularibus applicare arduum sit, indicant scientiae medicorum, nautarum et casuum conscientiae et consultationes prudentium.

Haec et alia huiusmodi incommoda observari possunt in Emmanuelis ordine, optimo quidem per se, sed minus apto tironibus. Cum igitur illius res et institutiones egregiae sint, sed non plurimum fructuosae ob methodum obscuriorem, operae pretium videtur eas tanquam uberes vites in eum dirigere ordinem, qui feracior esse speratur. Posset vero res tota hoc fere modo digeri.

2. Duas in primarias partes tota syntaxis tribuenda esset. In quarum priorem conferatur simplex omnium verborum constructio, divisa in ordines activorum, passivorum, neutrorum, communium, deponentium, impersonalium. Activa quoque in suas classes bene latina et perspicua oratione subdividantur, quas ponit Emmanuel [227] lib. 2 pag. 178. In qualibet vero classe ponatur mediocris aliquis et selectus sane numerus verborum, quae essent ex solo Emmanuele desumenda, quia eorum constructiones et significationes fidelius, quam caeteri, observavit. Ponantur vero seorsim verba singula cum suo vulgari significatu, quia singularia et simpliciter tradita puerorum ingeniis aptiora sunt, et inhaerent altius; discunt enim more psitacorum, potius ex impressione sensuum, quam ex acrimonia iudicii haec et illa conferentis aut connectentis. Idem fiat postea in passivis ex pag. 187, deinde in neutris ex pag. 189, tum in communibus ex pag. 188, postea in deponentibus, postremo in impersonalibus.

Et quoniam imbecillitati puerilis ingenii sic consulendum est, ut cum paulo magis confirmatum fuerit, non defraudetur perfectione doctrinae, non ab re fuerit ad finem primae classis activorum (idem iudicium sit de aliis classibus tum activorum, tum neutrorum et aliorum), post simplicem verborum ad eam classem spectantium enumerationem, subiicere, tamquam appendicis loco, ex Emmanuele observationes quasdam utiliores de significatu seu constructione cuiusque verbi seorsim.

3. Ad posteriorem Syntaxeos partem pertinent difficiliora quaedam, tradenda provectioribus, qualia sunt insignia quaedam accidentia verborum, ut gerundia, supina, participia etc. Huc etiam spectat nominum regimen et aliarum partium [228] orationis; huc et figurata constructio. Quae omnia sic digerenda viden-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tur: Primo loco ponantur quatuordecim illa praecepta toti Syntaxi communia, quae habentur pag. 126, demptis iis, quae supra videntur exposita cum verbis. Deinde veniatur ad secundum Emmanuelis librum; cuius et res ipsae et rerum ordo integra retinenda videntur, recisa solum ac dempta verborum constructione cum suis observationibus. Haec enim reiecta sunt in priorem Syntaxeos partem, et alio digesta ordine; nec repetenda nunc videntur, tum quia satis iam exposita fuerunt superius, tum quia diversus ordo, quo ab Emmanuele ponuntur, praeteritorum memoriam perturbaret. Quare nihil iam amplius hic de verbis agendum. Sed alia sit materies, alius ordo, aliae observationes. Idque eo prorsus modo, quo ab Emmanuele ponuntur; ita ut primum regulae exponantur omnes, deinde redeatur ad appendices. Hac vero distributione id assequemur, ut provectioribus, qui eum ferre possunt, Emmanuel ita tradatur, sicuti est; rudioribus vero ruditer emensus et clariore methodo explicitus offeratur, et coniungatur simul perspicuus italicae grammaticae ordo a Prisciano[8], Phoca[9], Diomede[10], caeterisque antiquioribus observatus, quo lactentur pueri cum soliditate tum altioris methodi, tum purioris latinitatis; ita tamen, ut toti grammaticae nomen Emmanuelis praefigatur. Quam in ordinem modumque supra memoratum redactam anno superiore romani nunc professores et facillimam esse et utilissi-[229]mam pueris experiuntur[11]. Hactenus de Syntaxi.

4. Rudimenta aequo prolixiora videntur, ut iis non modo puerorum ingenium obruatur, sed nimium etiam detineantur, antequam ad syntaxim accedant; cuius exercitatio potissima esse debet, et longioris indiget temporis. Igitur utilius fore videtur, ut primo loco ponantur in grammatica, et pueris explicentur breves et perspicuae quaedam singularum fere partium orationis descriptiones, subiecto uno aut altero exemplo. Secundo, simplices nominum substantivorum declinationes quinque ex pag. 1 ad 6 cum prima tantum adiectivorum declinatione ex pag. 7, et cum pronominum declinationibus ex pag. 12 ad finem decimae octavae tantum. Haec enim magis necessaria videntur. Caetera differri possunt non incommode. Tertio, simplices verborum coniugationes sine modo potentiali et permissivo. Est enim obscurus et non valde necessarius. Quare satis fuerit post modum subiunctivum addere hanc annotatiunculam: Modus subiunctivus aliquando explicatur per *possum* vel *sino*. Igitur substantivo verbo iam coniugato, quattuor tantum simplices coniugationes ponendae videntur. His vero expositis et memoriae commendatis, statim ad concordantias veniendum esset; et a concordantiis ad syntaxim pedetentim ordine supra exposito per quotidianam thematum compositionem. Haec enim est quae longo usu debet linguam latinam reddere pueris familiarem.

---

[8] De Prisciano v. MP II 590.

[9] De Phoca grammatico v. PERIN, *Onomasticon* II 483.

[10] De Diomede v. *Der kleine Pauly* II (1967) 56-57.

[11] *De Institutione grammatica libri tres. Quorum secundus nuper est ad veterum fere grammaticorum rationem revocatus.* Romae 1584; cf. SOMMERVOGEL I 225. — De hac grammaticae retractatione Fulvius Cardulus S.I., professor rhetoricae in Collegio Romano per multos annos, die 25 maii 1585 scribebat ad P. Sebastianum Berettario: « ... Della correttione della grammatica d'Emanuel, ego et Maffeius idem sentiamus, quod Berettarius: ex bono factam esse minus bonam; nequid gravius dicam. Sed quid nostra? Ipsi viderint ... » Romae, Arch. Univ. Greg., cod. 202/C, f. 68.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

5. Toto vero tempore, quod concordantiis et scri-[230]bendis thematibus impenditur, simul exerceantur pueri in intelligendis et discendis declinationibus ac coniugationibus, quae supra fuerant omissae ex Emmanuele. Hae namque colligendae forent in unum, et collocandae post quatuor simplices verborum coniugationes, ut post has certo quodam diei tempore exponantur et memoriter reddantur.

6. De nominum vero generibus illud habendum est, necesse non videri, ut sciat puer genera omnium linguae latinae nominum. Vix haec docti sciunt, et scita facile excidunt, et semper Calepino[12] opus est. Adde, quod hae generum regulae versibus fere traduntur. Alioquin vix memoriter retinentur. Versus vero et per se obscuri sunt, et impliciti sexcentis exceptionibus et monosyllabis quibusdam terminationibus, insuaves et fere barbaro stylo conscripti, ut iis ad barbariem potius, quam ad latinitatem instituantur pueri.

Eadem fere quadrant in praeterita et supina verborum, de quibus et longae sunt praeceptiones et nimium tenebricosae, et coniectae in versus vix bene latinos, et extremis detruncationibus insulsos, qui diu remorantur pueros in re difficili, nec admodum necessaria. Cur enim sciant pueri statim praeterita et supina omnium verborum? Cur in iis consenescant, praesertim qui debiliori sunt ingenio? Itaque fuerit satius ad Emmanuelis genera, praeterita et supina addere paucos versus non illepidos atque insulsos, sed bene latinos, quibus [231] regulae quaedam eorum, quae frequentius in usum veniunt, dilucide comprehendantur et a pueris ediscantur. Aliae vero regulae ac multiplices exceptiones memoriae non mandentur, sed a praeceptore intra duas circiter hebdomadas (praeterquam ubi prolixam horum explicationem esse longe utiliorem experientia docuit) breviter exponantur; et tanquam indicentur, ut in promptu habeat puer, siquando opus fuerit, unde petat cuiusque vel nominis genus vel verbi praeteritum ac supinum.

7. De prosodia vero illud habendum est, paulo post initium ponendos atque explicandos esse communiores quosdam pedes, ut dactylum, spondeum, trochaeum, anapestum, pyrrichium, dichoraeum; tum quaedam pervulgata magis metrorum genera, ut hexametrum, pentametrum, sapphicum, phaleucium, asclepiadaeum. Id enim proderit, ut antequam omnis syllabarum quantitas perlegatur, incipiant pueri pedetentim versiculos aliquot et scandere et scribere.

8. Porro annotationes illae, quae typographo ascribuntur, tollendae sunt; tum quia interturbant regularum cursum; tum quia typographo tribuuntur, quae nec ipse cogitavit, nec intelligere potest; tum quia supervacuum est, tam frequenter rationem reddere mutationum omnium, cum satis videri possit, si in epistolio, quod grammaticae principio praefigi posset, dicatur: In Emmanuele nonnulla fuisse commutata, ut magis ad captum puerorum explanaretur. Eaque asterisco notanda essent. [232]

9. Tandem Rudimenta conferenda non videntur in unum volumen cum Syntaxi, ne haec grammatica aequo prolixior videatur; italis praesertim qui, cum rudi-

---

[12] A. Calepinus (1436-1510), italus, lexicographus; cf. MP II 554 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

menta a reliqua grammatica seiuncta soleant habere, ac proinde uti breviore quodam libello grammaticae, nancisci possent aliqui nostras scholas calumniandi occasionem ex grandiore quodam nostrae grammaticae volumine; cum praesertim infimae classi, quae tota fere in declinando et coniugando est, nulli usui sit libellus sytaxeos. [233]

An cum primis ferme Latinae Grammaticae elementis Graecae etiam literae Discendae sint

Caput quartum

Magnas ac multiplices esse graecae linguae utilitates, ambigit nullus. Nam praeterquam quod praecipui fere autores omnium disciplinarum graece scripserunt, ut patet in medicina, in philosophia, in mathematicis, in graecis bibliis, in conciliis et patribus, quorum veram ac germanam sententiam vix assequi possumus sine graecae linguae adiumento, ipse adhuc sermo latinus graecis literis non parum indiget. Non enim possunt peti nisi ex graeco fonte multarum rerum nomina, et nominum proprietates, etymologiae, accentus, quantitas syllabarum etc. Ipsa etiam graecorum poetarum, oratorum, historicorum lectio atque imitatio uberiorem reddit et locupletiorem latinam eloquentiam, poesim et historiam. Magnae igitur et multae sunt graecarum litterarum utilitates. At nisi discantur a puero et cum primis adeo latinae grammaticae elementis, apte distributis pro numero classium graecae grammaticae partibus, vix unquam discuntur.

Itaque primo, latini veteres semper cum latinis graeca coniunxerunt, et gravissimi quique viri no-[234]strae memoriae simul utranque linguam discendam esse sentiunt, ut Sigonius[1], Muretus[2], Petrus Victorius[3], Manutius[4]. Id servatur in nonnullis Galliae collegiis et in scholis fere omnibus Germaniae.

Secundo, molestias graecorum rudimentorum melius pueri devorant, grandiores vero illa exhorrent. Et si ea pueri didicissent, inciperent postea graecam suavitatem degustare, et in ea alacrius versarentur. Contra vero, humanitatis et rhetoricae auditores ita nunc afflictantur et torquentur spinis graecorum elementorum, ut ad tormentum se trahi putent, cum ad graeca venitur. Eaque de causa nonnunquam post unum aut alterum annum vix scribere, vix legere sciant. Certe satis patet experimento, esse puerorum ingenia maxime ad linguas addiscendas accomodata; qui nisi cum teneri sunt, et memoria in primis vigent, ista perdiscant, quae unius pene memoriae praesidio nituntur, ubi adoleverunt et memoria obduruit, nulla ratione animum ad eam rem posse adiicere.

Tertio, si tam multi anni latinae grammaticae tribuuntur, cur non et graecae, quae et plenior est et obscurior et nostris peregrina magis. Et si quotidie multas horas consumit latinitatis exercitatio, quia eius usus in communi vita frequentior est,

---

[1] Carolus Sigonius (c. 1520-1584), italus; eius opus inscribitur: *Regum, consulum, dictatorum ac censorum romanorum fasti* (1550); *Diz. Encicl. Ital.* v. XI (1960) 282.

[2] De M.A. Mureto (1526-1585), gallo cf. *Ouvrages pédag.* ... 465-66.

[3] Vide MPII 558.

[4] Vide MP III 347.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cur graecae linguae, quae latinam valde adiuvat et ad pleraque alia valde conducit, semihorula denegetur?

Quarto, turpe est in ea re vinci ab haereticis, qui a teneris annis graece instituti contemnunt catholicos graeci sermonis imperitos, et ad graecos fontes [235] provocare solent non sine catholicorum ignominia.

Quinto, hic modus, quo nunc graeca traduntur a nostris, nunquam egregium aliquem fructum peperit; et experimur, pueros in solo τυπτο consenescere, cum iactis tempestive primis fundamentis citra ullum fere sensum laboris paulatim provehi possent ad maiora sine molestia; quae magna nunc est grandioribus, rei difficultatem et intelligentibus et libenter declinantibus; ascensuris praesertim paulo post ad philosophiam vel ad ius civile, ut propterea uno aut altero anno quicquam boni se consequi posse diffidant. Pueri plane facilius, si sit opus, coguntur a magistris. At grandiores cum semel obfirmare animum coeperunt, atque a literis graecis abhorrere, quod ad illas attinet, nequaquam possunt in officio contineri.

Sexto, fatentur plerique praeceptores grammaticae superesse sibi aliquid temporis post latinas exercitationes, et pueri varietate detinentur iucundius autore Quintiliano; et non oporteret quotannis in scholis humanitatis redire ad rudimenta graeca cum iactura et taedio provectiorum.

Septimo, cum inter alias nostrae academiae partes una sit graecas literas profiteri, vel ea res perficienda est, vel istiusmodi provincia deserenda, ne nobis probro vertatur, tam tenuis ac pene pudendus fructus, qui in nostris auditoribus cernitur, quod ad graeca pertinet, ut propterea alicubi viri graves suos filios non mittant ad academiam nostram tanquam mutilam ac mancam.

Verendum quoque est, ne [236] haec imperitia inter nostros etiam serpat, ac futurum sit (ne dicam esse pene iam factum), ut careamus aliquando praeceptoribus, qui graeca docere possint. Manabit etiam eadem calamitas in magnam Ecclesiae partem, cum raro alibi praeterquam in Societate catholici theologi graece sciant; ut multa, quae in sacris literis et re theologica ex graecis pendent, monumentis, paulatim exolescere atque obliterari necesse sit. Quod si graecae linguae fundamenta in nostris scholis probe constabiliantur, satis ea ratione prospicietur, tum ut in tota Ecclesia graecarum cognitio literarum perpetuo vigeat, tum ut nostra Societas abundet semper viris graecae linguae peritis; quales enim in suis scholis educat atque instituit, tales postea, cum eos in suorum numerum cooptabit (cooptat autem ex scholis quam plurimos) habitura est.

Contra solent obiici nonnulla, sed quae facile diluantur. Latinis, inquiunt, exercitationibus tempus detrahetur. Primum, si paulo procedatur ob eam causam in latinis litteris lentius, ut anno serius ad rhetoricam aut ad logicam veniatur, quid erit, quaeso, cur quempiam tantulae morae poeniteat? Deinde, negandum videtur, ullam iccirco in latinis faciendam esse iacturam; tum quod ex quinis horis quotidianis graecae linguae semihoram tantum tribui satis esset; quam semihoram saepe a magistris ipsis auditum est, cum dicerent, ex latinis exercitationibus superesse; tum quod re ipsa compertum est cum in aliis locis, tum in Romano Collegio, nullum propterea [237] afferri latinis litteris detrimentum. Nam et in prima classe grammaticae et in secunda

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quoque ac tertia ante aliquot annos pueri quotidie semihoram in graecis ponebant, quo tempore P. Morales visitator nihil censuit immutandum, atque adeo probavit[5]. At per eos annos ex inferioribus classibus ad superiores ita de more gradus est factus, ut qui tunc magistri ac praefecti res hasce tractabant, nunquam vel ipsius latinae linguae peritiores fuisse discipulos recordarentur.

Quae cum ita sint, neque obrui puerorum ingenia dici potest, quod secundo loco consuevit opponi, cum contra potius grata quadam vicissitudine ac varietate mirifice subleventur, praesertim si res paulatim ac sensim illorum animis instillentur. Nam quae sola prope memoria indigent, ea multo facilius ac melius, quamvis multa sint ac minuta, percipiuntur a pueris; grandiores vero, qui paulo plus iudicio, minus memoria valent, flectendorum nominum atque verborum caeteraque huiusmodi spinosa ediscendi molestiam reformidant. At quo nunc modo illis graeca traduntur, vere obrui videntur ingenia, cum simul fere ac brevissimo tempore, provectiore iam aetate adolescentes historiae, oratoriae, poeticaeque artis ac linguae graecae praeceptis et exercitationibus opprimantur.

At etiam qui suos, aiunt, ad ludum nostrum liberos mittunt, fere de graecis litteris non laborant. Immo vero multi fortasse propterea non mittunt, quod graeca in classibus inferioribus non tradantur. [238] Nonnulli etiam qui mittunt, ut his graece quoque discere liceat, magnis a nobis precibus contendunt. Nemo unquam, qui sciatur, recusavit quominus graecam linguam sui, dum adhuc sunt pueri, docerentur. At nunc suos iam grandiores literis hisce incipere studere cum vident, multi valde recusant. Negant enim id fieri posse sine latinae linguae iactura; malle se suos liberos unum aut alterum annum utiliter in latinis tantum, quam in utrisque sine fructu consumere.

At vero veniunt ad nos interdum, qui nihil omnino graece, latine aliquid sciant. Huic incommodo facile videtur adhiberi posse remedium, si eadem in omnibus classibus hora literae graecae discantur. Ita enim ultro citroque pueri commeabunt, ut est hucusque ob eandem causam in duabus humanitatis classibus factitatum. Ad haec qui ex aliis locis, latinis imbuti literis, graecarum prorsus ignari ad nos veniunt, pauci sunt, si cum iis conferantur, qui apud nos prima fundamenta iaciunt in utrisque. Quod si quibusdam erit vel propter ingenii tarditatem, vel propter aetatem immunitas concedenda, qui erunt certe paucissimi, cur id in graecis videtur absurdum, cum in versibus etiam faciendis, in hebraicis literis, in mathematicis disciplinis non omnes operam ponere cogantur, sed aliqui semper iustis de causis eximantur?

Quod si Constitutiones (4 Par. cap. 13)[6] in classibus humanitatis ac rhetoricae significant graecas literas esse discendas, id non incommode de autoribus explican-[239]dis, scribendisque compositionibus intelligi potest ac debet; non item de rudimentis, cum cernamus oculis triginta fortasse et eo amplius annorum experientia docti, si in duabus hisce classibus tantum graecae linguae aedificium tamquam tu-

---

[5] Vide *Acta visitationis Collegii Romani*, anno 1578 a P. S. Morales factae; MP IV 321-27.
[6] MP I 289 litt. B.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

multuarie coniectis lapidibus fiat, nunquam ad culmen posse perduci. Et si quid est aedificatum, id totum, quantulumcunque tandem est, repente corruere, simulac se ad ius civile, ad dialecticam, ad alia studia iuvenes contulerunt. Quare ut non violari maiores nostri Constitutiones existimarunt, cum multis ante annis cum alibi tum Romae in prima classe grammaticae adolescentes literis graecis tingendos esse voluerunt, ne tempus deinde atque opera in aliis classibus perderetur; ita neque nunc esset ab iisdem Constitutionibus alienum, si in caeteris quoque classibus pueri eisdem literis erudirentur; cum alioquin tempus illud, quod graecis datur in humanitatis classibus, frustra positum esse videatur.

Verum, inquiunt, magistri, qui docere possint graeca, tam multi non reperientur. Responderi potest, ne paucos quidem propediem repertum iri, qui graecas literas vel in classibus humanitatis ac rhetoricae doceant, nisi provideatur. Deinde scientia non tanta esset illis necessaria, quibus esset in tribus vel quatuor inferioribus classibus docendum, ut non facile quivis privato studio ac peritiorum ope hoc onus possit pro dignitate sustinere.

QUONAM MODO INSTITUENDA SINT EXERCITATIONUM GENERA QUIBUS LATINAE GRAECAEQUE LITERAE PERDISCI SOLENT

CAPUT QUINTUM

Exercitationum genera, quae prope quotidiano teruntur usu, septem fere numero sunt; de quibus sigillatim ita praecipiendum videtur.

Ac primum, pueris haud mediocriter proderit exerceri quotidie in epistolis aliisve libris Ciceronis, quos deinceps a praeceptore sunt audituri, quam optimis characteribus diligentissime describendis. Eadem enim opera et literam efficient meliorem, et orthographiam sensim ediscent, et memoriam adiuvabunt; et quod a praeceptore interpretandum est, intelligent melius, si id attente praelegant; et quod in exscribendo Thucydide ferunt Demostheni contigisse, occultam Ciceronis imitandi facultatem et consuetudinem nanciscentur. Haec vero, quae ex Cicerone transcribunt, aliique eorum libelli exceptorii nonnunquam a magistro, interdum etiam a praefecto legantur[1], tum ad illorum diligentiam explorandam, tum ad emendandam orthographiam, qua nihil vitiosius in iis, quae scribuntur a puero. Tanto vero vigilantius arripiat magister quancunque potest occasionem inculcandi et emendandi diphton-[241]gos, aspirationes, accentus, interpunctiones, aliaque id genus, quorum frequens est in scribendo corruptela. Quo in genere nulla paulo provectiorum admittenda videretur excusatio, quod eos scribere pene nihil opor-

[1] Vide *Ratio stud. Borg.* (1569); MP II 251 reg. 8.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

teret, quod aliquo ex libro non transcripserint.

2. Audiant attente praelegentem magistrum, cum autorum interpretatio ac stylus longe maioris utilitatis sint, quam praecepta grammatices; quamquam haec ipsa minime negligenda sunt. In praelegendo autem nil optandum magis est, quam ut unusquisque magister intra suae se scholae fines contineat, nec studio maiorum rerum modulum suum transcendat, nec minuta quaedam et ieiuna consectando, ad humiliora, quam quae sui sunt ordinis, se demittat.

Iam vero in grammaticae atque latinae linguae autoribus explicandis longe diversam ineat rationem. In illis praeceptionum, in his vocum et locutionum nobis praecipue supellectilem comparamus. Quocirca in grammaticorum scriptis curandum est maxime, ut res ipsas pueri quam optime teneant, verba non ita religiose attenteque sectentur; contra in epistolis M. Tullii, et reliquis huiuscemodi libris non tam sententiarum, quam singularum vocum ac locutionum ducenda est ratio. Sententiarum vis (praesertim cum eam rudes pueri minime capiunt) classibus altioribus reservetur.

In classibus ergo grammaticae magister interpretandi Ciceronis aliusve autoris hanc regulam te-[242]neat. Primum, sententiam autoris et antecedentium cum iis, quae modo interpretanda sunt, connexionem perstringat quam paucissimis. Deinde, periodum ad verbum interpretetur servata collocatione, itemque figuris autoris, quoad eius fieri poterit. Verborum namque dispositio tanti est, ut uno interdum verbo male collocato, tota fere labi et concidere sententia videatur. Ex illa quippe exoritur numerus ille, qui si vel reliquis careat ornamentis, ipse tamen per se mirabiliter aures animosque delectat. Praeceptores igitur suis locis voces, nisi coacti, non dimoveant; ut simul et locutionis integritati, quae disiungendis vocibus persaepe vitiatur atque corrumpitur, et aurium interiori illi iudicio, quod plurimum refert in cognoscendis oratoriis numeris, consulatur. Tertio, tota periodus ad structuram cognoscendam ita resolvatur, ut quae quamque vox regat, clare pueri intelligant, nec utiles quasdam linguae latinae observationes bonis autoribus familiares ignorent.

Singula deinde verba ita perpendantur, ut et quid unoquoque significetur, et quibus eorum quodque rebus aptari possit, ostendatur; cureturque, ut puer vocis cuiusque nativam ac propriam (quoad eius fieri poterit) notionem ac vim, non communem quandam atque adumbratam significationem intelligat. Sciat etiam, quae vulgaris consuetudinis phrases latinis ex aequo proprieque respondeant. Metaphoras ac translationes praesertim Ciceroni proprias (quae nisi intelligantur, veram ac propriam [243] linguae cognitionem vehementer impediunt) demonstret magister pueris maxime rudi Minerva, exemplisque rerum notissimarum; tum phrases elegantiores excerpat, dictet discipulis, et earum postea usum atque imitationem exigat in scribendo. Postremo verba auctoris, quemadmodum initio, rursus interpretetur; et si opus fuerit, etiam tertio et quarto.

Porro severe pueris interdicatur ut, ne unam quidem literam scribant, nisi iussi. Ea vero, quae scribenda pueris dictantur, intra tempus explicationi definitum absolvantur, ne sit necesse scribendi causa tempus interpretationis prorogare. Fit enim interdum, ut magno cum labore, iactura temporis, nulloque studiorum usu res ne-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que prudentissime excogitatas, neque diligentissime dispositas, persaepe etiam leves, protritas et male coagmentatas, non raro etiam vitiosas, turpi chirographo mendisque et erroribus referto pro pretiosis rebus pueri literis mandent, ac sedulo studeant conservare. Pauca igitur et quidem lectissima quaeque dictentur.

Caveant praeceptores, ne paedagogi pueris domi lectiones alias praelegant, sed repetant dumtaxat auditas in scholis, ne bonae interpretationis, quam in scholis didicere, domi iacturam faciant.

3. Habitae praelectionis rationem a pueris statim magister exigat, curetque ea prorsus in repetendo servari, quae ipse servaverat praelegendo. Expedit tamen non ab uno totam repeti lectionem, ut [244] quotidie exerceantur quam plurimi. Nec eos praeceptor interroget ordine, quo considerent, sed praetereat quos velit, quo reddantur attentiores. Et primum quidem repetere iubeat provectiores; deinde rudiores aut etiam segniores, qui crebrius interrogandi videntur, quo acrius exstimulentur.

Nec solum, inquiunt Constitutiones, repetitiones ultimae lectionis fieri oportebit, verum et hebdomadae die sabbato, et longioris temporis, prout expedire iudicabitur (Par. 4 capt. 13)[2]. Expedire autem videtur, ut postquam praeceptor unum aliquem librum, seu magnam aliquam libri partem exposuerit, ad eius repetitionem pueros paratos esse iubeat in certum diem; non quod omnia penitus repetenda sint, sed capita quaedam, de quibus illos interrogandos esse duxerit.

In iis repetitionibus non solum curet praeceptor, ut reddant pueri fideliter, quae ipse tradiderat, sed ut pronuntient etiam tum clara voce, quae et attentionem et silentium facere solet; tum quam maxime emendate; exprimantque, quantum satis est, ea verba seu literas, in quibus enuncleate proferendis puerilis lingua laborare consuevit. Ea quoque de causa autoris contextum, quem praeceptor expositurus est, ab auditorum aliquo clare ac distincte praelegi iubeat; curetque, ut inter legendum pueri non modo barbarismos vitare, sed etiam ita lente pronuntiare consuescant, ut iusta per intervalla voces ipsae (quod sponte continget) sensim in memoria collocentur. [245]

4. In scribendis thematis exerceantur quotidie pueri; et quae corrigenda sunt in schola, domi fere scribant; interdum tamen ad explorandam discipulorum in scribendo tum promptitudinem, tum fidem (ne scilicet alienis utantur pro suis) etiam in ludo. Ad quod frequentius adigendi videntur rudiores quam provectiores, qui nisi Cicerone, Nizolio[3], aliisque libris uti possint, magno perpoliendi styli praesidio carituri sunt.

Themata eo magis perspicua et brevia sint, quo pueri rudiores. Universim tamen illud omnino curandum, ut assuescant pueri et perspicuitatis in scribendo rationem habere quam maximam, et nihil mandare literis, quod vel M. Tullii vel aliorum classicorum autoritate, sed praesertim M. Tullii, statim probare non possint. Auto-

---

[2] Vide MP I 291 litt. D.

[3] De Mario Nizoli, italo lexicographo v. MP II et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

res autem ad usum linguae latinae pueris proponendi praecipue sunt: ex oratoribus M. Tullius, Iulius Caesar, Salustius, Livius; ex poetis Virgilius, Terentius[4], Horatiusque purgati.

Qui vero nondum ad stylum idonei sunt, ii creberrimis locutionibus ex praescripto syntaxeos, quae illis per id tempus explicabitur, verbotenus transferendis in latinum exerceantur, et iis quidem non temere confictis, sed ex probatis autoribus ita petitis, ut quam paucissimae voces immutentur, et integra vis phrasis latinae permaneat; ne, quod fere fit, dum grammaticam addiscunt, impure loqui et inquinate consuescant.

Porro themata corrigerentur quam utilissime, [246] si magister omnia sumeret in manus ac perlegeret. Verum quia ne possit omnia, prohibet multitudo, adhibeat eiusmodi emendationem, quo pluribus poterit, nec minus fere quam tribus aut quatuor. In quibus non barbarismos solum ac solaecismos, sed quicquid etiam in orthographia aut interpunctione fuerit erratum, sua manu corrigat; idque clara voce pronunciet, atque explicet rationes erratorum. Audiant interea caeteri, suaque, prout audiunt, corrigant. Tametsi satius foret uniuscuiusque thema adversario tradi corrigendum. Qui ne vicissim colludant ac praevaricentur, emendatione peracta, duo triave iubeat sibi magister afferri, quae maxime voluerit ex omnibus. Et si quid fraudis, negligentiaeve deprehenderit, id vero impunitum non dimittat. Proderit etiam, aliquid honoris aut praemioli constituere iis, qui in adversariorum erratis observandis ac publice prodendis acriores se solertioresque praebuerint.

5. Initio scholarum matutinam mane, vespertinam vespere lectionem pueri reddant memoriter decurionibus; hi vero magistro, qui tres quatuorve ex aliis etiam audiat semper ad explorandam fidem decurionum.

6. Vacent strenue partibus orationis, praeteritis, supinis, syntaxeos praeceptis intelligendis atque ediscendis; verbis etiam, nominibusque flectendis. Haec vero, quae iam didicerant in classibus inferioribus, conservare studeant. Quare in thematis dictandis aliquid semper interponatur, quod perti-[247]neat ad syntaxim inferioris scholae; ne bene parta per desuetudinem dilabantur. In omnibus etiam grammaticae scholis unum aut alterum quotidie verbum coniugetur, suum quolibet puero tempus reddente. Aliquid etiam nominum, praeteritorum, supinorum exigatur. Qua ratione consuletur etiam iis, qui ad nostras scholas novi accedunt, versati quidem in paulo superioribus grammaticae praeceptis, sed ignari fere declinationum et coniugationum. Quamquam ii ad scholam, siqua sit ad declinandum et coniugandum instituta, mittendi essent. Unde, cumprimum ista didicerint, ascendant, non expectata promotione communi.

7. In scholis, quae huius rei capaces censentur, non nisi latine loqui doctores oporteret; animadvertere etiam in auditores, si vernacula lingua utantur[5], data notula sive catenula; cuius ad finem scholae ratio exigatur tam antemeridianis quam po-

---

[4] De Terentio v. *Const.* P. IV litt. D; MP I 299.

[5] De regula latine loquendi in schola v. *Ratio stud. Borg.* (1569); MP II 243 reg. 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

meridianis horis. In sermone quoque domestico nostrorum inter se incumbendum sedulo esset in restituendo retinendoque usu linguae latinae, quem tantopere commendant Constitutiones[6], et quo indigent admodum ministeria Societatis et nationum communio. Instituendi viderentur eius rei censores et poenitentiae, ut earum frequentia prope quotidiana nostros in officio contineat, eosque non solum a sermone vulgari avocet, sed a barbara quoque latinitate, quam affectare videntur interdum. Hora etiam recreationis latini sermonis habeatur ratio, prout superiores praescripserint, cum nihil [248] in commune possit ea de re decerni. Nam, festis et vacationibus exceptis, praeterea nunquam, ne hora quidem recreationis, a latino sermone videntur eximendi, qui degunt in collegiis transalpinis propter commercium nationum dissimilium, et ut maxime recedant ab aliquot haereticis, qui linguam etiam latinam student nunc abolere ad praecidendam omnem cum catholicis societatem. In caeteris provinciis hoc iugum vix tolerabile videtur propter difficultatem latine loquendi; ut hora recreationis plena videatur moeroris et tristitiae; cum praesertim non minus egeant linguae patriae peritia pro concionibus, pro confessionibus, pro literis, pro communi vitae consuetudine. Idem de seminariis convictorum.

8. Scholasticae tandem exercitationes quo fructuosiores sint, dum illae fiunt, silentium et attentionem puerorum severe magister exigat. Neque vero eos solum, dum in schola sunt, exerceat, sed aliquid etiam imponat, quo occupentur in festis, praesertim si plura sint. Porro, cum Constitutiones significent, distribuendum esse auditoribus nostris diurnum tempus, ut illud expendant utiliter[7], magister consulto praefecto ita nostris dividat ac disponat privati studii horas, ut maximo, quo fieri potest, compendio expendantur. Creentur etiam visitatores, quos esse iubent Constitutiones (Par. 4 cap. 6 § 15)[8] ad explorandum, an nostri praescriptas horas bene collocent. Videndum vero est, ne rhetoribus minus duabus horis tribuatur ad componen-[249]dum; humanistis vero nihil minus hora, dummodo aliquid etiam temporis assignetur, quo ediscatur, repetatur, legatur aliquid utile, et audita recognoscantur. Eadem temporis divisio praescribenda esset alumnis vel convictoribus nostris; externis etiam, quoad eius fieri potest; et severe ratio exigatur, ut pueri deterreantur a noxiis concursationibus; praesertim diebus aestivis, cum a prandio multum est temporis ante scholas, et audiuntur per atrium scholarum clamores et nugae in multas horas. [250]

---

[6] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 13; MP I 247.
[7] *Const.* P. IV c. 6 § 14 et litt. M; MP I 251.
[8] Vide MP I 251.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

QUIBUS ADIUMENTIS
ADOLESCENTUM STUDIA AD BONAS ARTES CAPESSENDAS EXCITARI ATQUE INFLAMMARI POSSINT

CAPUT SEXTUM

Suos magister quilibet pueros referat in decurias[1], in quarum tres quatuorve primas non nisi ex doctrinae, diligentiaeque praerogativa adsciscantur; et prout quotidie suam singuli operam probaverint, ita vel suum tueantur gradum, vel aliqui descendant, ascendant alii. Designet vicissim in ludo locum quempiam abiectum maxime atque ignobilem; negligentiae scamnum nominetur[2]. In hoc ignavissimus quisque deiiciatur. Qui vero in hoc scamno consederint, frequenter examinentur, pudefiant, obiurgentur, vapulent. Quamquam huc deturbari ex summo etiam loco nihil prohibet aliquos gravioris errati causa. Inter alias vero ignominiae notas censeatur et illud, si quis eximi se postulet a scribendis versibus, ab audiendis graecis, ab ediscendis lectionibus, aliisque id genus, quae odiosiora videntur. Eiusmodi tamen exemptiones nec praeceptor nec praefectus concedat, nisi gravissimis de causis.

2. Proderit et semel aut iterum quolibet mense in scholis paulo superioribus cuipiam puero de-[251]mandare, ut circiter semihora locum alicuius autoris solito ornatius exponat ex suggestu[3], amicis etiam ad audiendum invitatis, ut eorum gratulatione et aequalium acclamatione ad officii ac laudis ornamenta puerilis animus incendatur. Quod nihilo rarius a nostris praestandum esset in refectorio, dum caenatur, vel certe oratio pronuntianda.

3. Nec parum extimulantur pueri concertatione mutua[4]. Quocirca unicuique suus attribuatur adversarius, qui ius habet alterum, quoties errantem audierit, corrigendi. Si non correxerit, sit eiusdem noxae reus. Rogent nonnunquam magistrum, permittat, ut aliquem superioris decuriae lacessant ad singulare certamen, eiusque locum illustriorem, si vicerint, consequantur. Huc etiam spectat quod est in Constitutionibus (4 Par. cap. 6 § 12) «Qui literis, inquiunt, humanioribus vacant, sua etiam stata tempora ad conferendum et disputandum de iis, quae pertinent ad studia illa, coram aliquo qui eosdem dirigere possit, habebunt. Et dominicis vel aliis constitutis diebus alternatim vel suae facultatis positiones a prandio tuebuntur, vel se in componenda soluta oratione aut carmine exercebunt[5]«; et infra (cap. 13 § 3) «Studia, inquit, literarum humaniorum ut familiarem sermonem latine communiter loquendo et sty-

---

[1] De utilitate decurionum instituendorum cf. *Ratio stud. Borg.* (1569); MP II 250 reg. 1.
[2] De scamno negligentiae cf. *ib.* reg. 2.
[3] De interpretandi auctorem ad modum magistri v. MP II 711 et 740.
[4] De concertationum scholasticorum utilitate et modo cf. MP I-IV 23 et passim.
[5] Vide MP I 245 247.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lum scribendo, ac pronunciationem composita bene pronunciando expoliant, curent. Et his ac multo magis facultatum superiorum studiosis crebras disputationes imponant, quibus dies et horae certae constituantur. [252] Ubi non solum cum condiscipulis, verum paulo inferiores cum aliquanto provectioribus disputent in iis, quae ipsi capiunt. Quod etiam vice versa provectiores cum minus provectis, ad ea quae illi tractant, descendendo, et praeceptores alii cum aliis praestabunt; semper qua decet modestia observata, et aliquo praesidente, qui contentionem dirimat, et quid doctrinae elici oporteat ex disputatis, declaret»[6].

Haec ut serventur, committendi videntur interdum pueri finitimarum scholarum, minus provectis ad superiorem classem ascendentibus, non vicissim. Illud enim honorificum, hoc turpe videri potest. Certent itaque quartani cum tertianis, secundani cum primanis, humanistae cum rhetoribus. Et ubi fuerit impar classium numerus, alternis certet una cum duabus. Intersint ambo praeceptores. Nam et eos inter se, servata qua decet, modestia, pugnare iubent Constitutiones[7], praesidente aliquo, quem praefectum esse oporteret. Non enim scholas omnes eodem tempore concertare decet, ne nimii strepitus excitentur ex tanto euntium, redeuntium, concursantium numero. Suum igitur binis quibusque classibus diem praestituat, ita ut duae fiant quolibet mense scholarum omnium concertationes. Neque enim pauciores oportet esse, cum positiones alternis hebdomadis ab iis ipsis defendi iubeant Constitutiones[8]. Si quando ipse praeesse non poterit, alium praeficiat. Duret haec concertatio semihora fere; quamquam superioribus scholis hora tribuenda esset. Nec omnes unius scholae ad alte-[253]ram ascendant, sed lectissimi quique, quos etiam in praesentem pugnam praeceptor, ut oportet, instruxerit, caeteris in schola relictis ad aliquid interea scribendum sub cura decurionum.

Disputent autem pueri de iis tantum, quae suae classi propria sunt, nec dialectico more, sed illo fere modo: Cedo mihi modum seu tempus, praeteritum seu supinum illius verbi sive latini sive graeci; inflecte nomen illud; da etymologiam; estne haec oratio bene latina? Converte latine seu graece sententiam istam; expone illam regulam grammaticae, locumve illum Virgilii seu M. Tullii; quaenam est huius vocabuli germana vis et quotuplex; unam aliquam sententiam tribus aut pluribus latinis phrasibus enuntia; videturne tibi mendosus ille locus Ho- ratii; et si mendosus, quomodo corrigeres; explica figuram seu tropum illum. Qua in re Homerum Virgilio, Pindarum Horatio posthaberes ex Scaligeri[9] Critico et Hypercritico; interpretare illud hieroglyphicum, symbolum pythagoreum, apophtegma, adagium, emblema, aenigma ex Athenaeo[10], ex Gellio[11], ex Pausania[12], ex Crinito[13], ex Ausonio[14]. Cuius

---

[6] MP I 287.
[7] Vide *Const.* P. IV c.13 § 3; MP I 287 289.
[8] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 12; MP I 245.
[9] De Iulio C. Scaliger (1484-1558), et de eius operibus litterariis cf. Ouvrages pédag. ... 588.
[10] De Athenaeo v. PERIN, *Onomasticon* 200-01.
[11] De Aulo Gelio cf. MP II 558.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

historiae fundamentum habent illae fabulae ex Palephato[15], ex Eusebio[16], ex Lilio[17]; quot sunt genera dicendi; quid exordium, quid insinuatio; quibus rebus hic vel ille affectus commovetur; quae sunt praecepta scribendi epigrammatis, elegiae, aliusve poematis; iurene exacti reges ab Urbe; praestantiorne dux Annibal, an Scipio?

Atque haec aliaque id genus nunc viva voce atque ex tempore, nunc [254] descriptis thesibus disserentur. Harum vero formula sit eiusmodi: Exponemus obscuriores aliquot locos: illum Ciceronis, illum Virgilii, illum Ovidii. Vel: Non placet interpretatio illa Servii[18], Pediani[19], Acronis[20]. Vel: Hanc esse mentem Virgilii in illo versu defendemus. Vel: Ostendemus in hac tota oratione M. Tullii nihil esse, nisi ex artis praescripto. Vel: Recte Virgilius non ab excidio Troiae, sed ab Aeneae navigatione exorsus est. Vel: Quaecunque propria sunt epopoeiae, seu tragoediae, egregie Virgilius in Aeneade, in Troade Seneca servarunt; et alia huiusmodi. Neque vero dedeceret ex iis, quae interrogantur ex tempore, siqua longioris studii indigent ad respondendum, duos de iis secreto convenire praeceptores, ut qui responsuri sunt, accedant parati. Neque vero id prorsus inutiliter fieret. Assequerentur certe pueri earum rerum cognitionem et memoriam exercerent. Praeterquam quod et audientes valde delectat crebra nec haesitans unius percunctatio, alterius responsio.

4. Nec modicam sane bonarum literarum studiosis alacritatem affert assiduus publicae declamationis usus, de quo Constitutiones (4 Par. cap. 16 § 3) «Habebitur, inquiunt, etiam singulis hebdomadis (ut de collegiis est dictum) ab aliquo ex scholasticis declamatio de rebus, quae audientibus aedificationi sint, eosque ad augmentum in omni puritate ac virtute expetendum invitent, ut non solum stylus exerceatur, sed mores meliores reddantur. Omnes autem eos, qui latine sciunt, huiusmo-[255]di declamationi interesse oportebit»[21]. Curandum est igitur, ut qualibet hebdomada declametur festo die aliquo, idque in frequenti conventu nostrorum, omnium auditorum. Quod ubi fieri commode non potest, saltem initio cuiuslibet mensis aulam quampiam ampliorem vel, ea si desit, in templum conveniant scholae omnes superiores ad audiendam celebrem aliquam declamationem seu declamatoriam concertationem inter duos, adhibito etiam iudice, qui litem sua autoritate componat, dummodo de his tantum rebus litigetur de quibus litigare non dedeceat, et quae pie afficiant auditores ex instituto vel ex opportuna digressione. Constitutionibus vero videndum est, an satisfieri possit, si quolibet sabbato ultima semihorula scholae pomeridianae unus rhetorum aliquid non tam celebre in sua classe declamat, eodem etiam convenientibus humanistis. Sequente vero sabbato (praeter tres quatuorve primos anni

---

[12] De Pausania v. PERIN, *Onomasticon* ... II 442.
[13] De Petro Crinito (Riccio - 1465-1504), italo cf. *Ouvrages pédag.* ... 182-83.
[14] De D.M. Ausonio cf. PERIN, *Onomasticon* ... I 227.
[15] De Palaephato cf. *ib.* II 411.
[16] De haud paucis huius nominis scriptoribus antiquis cf. PERIN, *Onomasticon* I 580-81.
[17] De Gulielmo Lilio (1468-1522) cf. *Ouvrages pédag.* ... 394.
[18] De Servio Honorato, grammatico v. *ib.* II 618.
[19] De Q. Asconio Pediano, grammatico et historico v. *ib.* I 184.
[20] De Helenio Acron, «nobilissimus grammaticus et doctus scholiastes Horatii» v. *ib.* 26.
[21] Vide MP I 309.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

menses, cum humanistae adhuc rudiores sunt) vicissim unus humanistarum idem praestet in classe humanitatis, praesentibus rhetoribus. Idque ea hora, qua consuetae utriusque classis explicationes non impediantur. Porro quicquid in schola privatim vel publice, in aula templove declamatur, ab eo qui declamat, oportet esse conscriptum, nisi quod publica declamatio a praeceptore tanto accuratius emendanda est, ut ab eo pene profecta videatur.

Et quidem ad hebdomadarias declamationes philosophi et theologi non videntur cogendi, quod tam frequens exercitatio [256] rhetoricae et humanitatis auditoribus propria videatur, at caeteris perincommode cederet. Quibus enim diebus tam crebro declamandum est? Nam, si in festis, quotusquisque conveniret? Sin in die lectionum, hoc penso hebdomadario multum omnibus classibus decederet philosophis et theologis; tanto magis, si oratio sit paulo longior. Nam si valde brevis, nihil egregii polliceri potest. Item incomodum erit rhetoricae praeceptori tam multas tamque diversas orationes accurate scribere vel emendare, quae suppetant in singulas hebdomadas et publico conventu dignae sint; cum praesertim raro sint tam multi iuvenes ingeniosi. Et horum siqui idonei sunt ad scribendum, non semper etiam ad pronuntiandum. Et si praestant pronuntiatione, nonnunquam parum valent in scribendo, ut totum fere labor recidat in caput praeceptoris.

Praeter has declamationes illustris adhuc oratio in studiorum instauratione publice pronuntianda est. Quae non videtur demandanda, nisi insignioribus lectoribus, et qui sua autoritate eius loci et temporis impleant expectationem. Quo in genere, ne earundem rerum iteratio seu similitudo pariat satietatem, ad idem argumentum non redeatur, nisi post aliquot annos. Dicendum est igitur nunc de educatione puerorum, nunc de laudabili more fundandi universitates litterarias, nunc de coniungendis sapientia et virtute; nunc de laboris ac diligentiae fructibus, nunc de bonorum laudibus auditorum, nunc de scientiae doctrinaeque quam maxi-[257]mis utilitatibus atque ornamentis, nunc de aliis id genus.

5. Neque declamationibus habendis modo, sed versibus etiam pronuntiandis aut publice affigendis aluntur studia puerorum. Quocirca singuli nostrorum qui, humanioribus literis vacant, dominico quoque die aliquid carminum affigant in refectorii vestibulo, locove alio, si aptior sit. Quod in renovatione votorum caeterisque sollemnitatibus multo celebrius ac plenius praestandum est; idque a philosophis etiam et theologis, ne poeticen dediscant; longe vero copiosissime cum studiorum celebratur instauratio. Caeterum in iis nihil fere interponatur (nisi cum celebritas aliqua multiplici varietate linguarum cohonestanda videre- tur) vulgari sermone conscriptum. Non enim id agunt nostri in scholis, ut vernaculam linguam condiscant[22], sed latinam vel graecam vel hebraeam. Ex his ita- que linguis tantum scribenda sunt, quae legenda aliis exponuntur. Ea vero exornentur nonnunquam aliqua pictura, quae emblemati vel aenigmati proposito respondeat. Neque versibus solum implendi

[22] De vernacula lingua quoque exercenda cf. MP II (Index: Lingua regionis).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

parietes, sed admiscendum etiam aliquid prosae brevioris, cuius et usus frequentior est et inventio gravior et dictio nihilo minus laboriosa. Cuius generis esse possent epitaphia sepulchrorum, inscriptiones clypeorum, templorum, hortorum, theatrorum, breviores aliquae descriptiones urbis, portus, pugnae, vetus apophthegma cum eius expositione brevissima, aliqua cuiusquam divi res [258] gesta. Iam vero quaecunque sive versu sive soluta oratione a nostris publice affigenda sunt, rector ea prodire in publicum non patiatur, priusquam a duobus earum facultatum valde peritis recognita fuerint. Nec id muneris sibi vendicet praefectus, si contingat in hisce rebus non esse valde versatum. Alioquin existimationis iacturam, quam in hoc genere facimus aliquando, maiorem in dies faciemus. Illud vero habendum est, doctrinae specimen non tam in rerum, quae publice exponuntur, multitudine, quam in accuratiore quodam cultu positum esse.

Quocirca expedit quidem, ut in studiorum votorumque instauratione et diebus aliis celebrioribus, iubeantur omnes poeticum aliquid vel oratorium scribere. At cum ad eorum quae scripta sunt, delectum venitur, pauca quae legenda omnibus praebeantur, seligenda sunt. Optima enim fere pauca sunt, et ex iis potius, quam ex numerosa quadam farragine bona de scholis nostris opinio propagatur, praesertim si pauca illa manu quoque librarii, ut par est, exornentur.

6. Nihil vero est, quod aeque iuvenum animos ad studiorum labores inflammet atque divisio praemiorum[23]. Quare enixe conandum est, ut quolibet anno semel, cum minimum, distribuantur, si non plurimorum, at decem vel duodecim aureorum impendio; ad quos liberaliter tribuendos prudenter ac benevole essent inducendi magistratus vel praelati vel ditiores et illustriores aliqui.

7. Adolescentes tandem eorumque parentes [259] mirifice exhilarantur atque accenduntur, nostrae etiam devinciuntur Societati, cum nostra opera pos- sunt in theatro pueri aliquod sui studii, actionis, memoriae specimen exhibere[24]. Agendae itaque videntur comaediae ac tragaediae, ea tamen moderatione, quae regula 58 provincialis praescribitur[25]. Quo in genere illud animadvertendum vi- detur, hanc rem per se molestam satis ac laboriosam, fieri etiam pene intolerabilem, quod labor ille multiplex, quem scaenicae actiones secum ferunt, ferme totus incumbit in poetam, qui tamen satis laborasse iudicandus esset in scribendo poemate. In ceteris vero, quae ad exercendos pueros, ad sumptum, ad variam vestem conquirendam, ad theatrum extruendum pertinent, aliorum, qui ab ipso dirigerentur, opera levandus esset. Alioquin in grave tam religiosae pietatis, quam valetudinis periculum incidet. Idcirco satius esset ab hisce rebus abstinere.

Quoniam vero tragoediae nec ubique, nec semper, nec frequenter agi possunt, ne in nimiam desuetudinem abeat exercitatio, sine qua poesis pene omnis friget ac iacet, non parum expedit, ter aut quater in anno privatim in scholis humanitatis et rhetoricae sine scaenico ornatu a pueris mutuo colloquentibus recitari ab ipsis compo-

---

[23] De praemiorum distributione cf. MP I-IV 249 et passim.
[24] De theatro scholastico cf. MP I-IV (Index: Ludi scaenici).
[25] Vide *Regulae S.I.* (Romae 1582) p. 36; et *Institutum S. I.* III 79.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sitas aeglogas, scaenas, dialogos; quorum partes ita magister disponet ac dividet paulo provectioribus scribendas, ut coniunctae postea unum corpus coagmentent. [260]

RATIO PROMOVENDI
PUEROS EX INFERIORE AD SUPERIOREM CLASSEM
ET PROMOVENDORUM EXAMEN

CAPUT SEPTIMUM

[1] Fiant promotiones ex schola, qua nominum verborumque flexiones discuntur, tertio quoque mense; ex classe autem humanitatis initio tantum studiorum; caeteris, praeter hanc, altera etiam addatur in Paschate, sive paulo ante; tametsi hoc tempore pauci sint promovendi, nec nisi optimi quique, qui si in ea classe morarentur diutius, novi pene nihil addiscerent.

2. Hae vero binae promotiones exigunt, tum ut praeceptor quilibet sexto quoque mense suae scholae pensum cursumque peragat ac rursus inchoet; non enim ulli promovendi sunt, priusquam omnia suae classi propria didicerint; tum ut nullius scholae status post primos anni sex menses attollatur, sed toto anno perseveret uniusmodi; alioquin minime congrueret iis, qui tunc primum ad eam ascendunt. Id quod nec oberit antiquioribus, cum idcirco in qua erant classe relinquantur, quod in iis, quae audierant, nondum profecerunt, ut par erat. Quadrat idem in humanitatis classem, quae si sub Quadragesimae finem ad altiora proveheretur, prima-[261]nis quos tunc recipit, parum apte conveniret. Igitur intra suos se fines contineat, et in eodem gradu persistat ad duos usque menses extremos, quibus satis fuerit in ea exponi rhetoricae compendium ex Cypriano[1], idque duntaxat ut superioris classis isagogen.

3. Expedit autem promovendos examinari severe; tum quia pueris perniciosius est ascendere non idoneos, quam idoneos ubi sunt, retineri; tum quia, siquando ineptiores aliqui provehuntur, superioris classis ordinem perturbant non parum; tum quia nonnulli episcoporum examinatores ex ea classe, ad quam quis promotus sit apud nostros, iudicare solent de doctrinae gradu, quem sacri ordines exigunt. Si qui vero toto biennio in aliqua classe fuerint, nec ad promotionem videntur idonei, dispensari cum iis posset, si qua sit spes eos in schola superiore profecturos, ut ascendant; non tamen legantur in catalogo promovendorum, sed curetur potius, ut qua de causa promoveantur, caeteri non ignorent; quod sine offensione fieri possit. Sin desperati plane sint, nec honestis de causis viderentur expellendi, agatur cum iis, sicut et cum paucis illis, qui nomen suum in matriculam referri nolunt[2].

---

[1] Cyprianus Soares S.I. (1524-1593), auctor celeberrimi opusculi: *De arte rhetorica libri tres inscripti;* cf. MP I 565 adn. 80 et passim.

[2] Cf. *Const.* P. IV c. 17 litt. D; MP I 317 319.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4. In examine promovendorum[3] tres sint examinatores, qui quidem sint et iudices ad plura suffragia. Horum supremus sit praefectus, aliusve, quem ipse suffecerit; duos alios nec praeceptorem a quo pueri ascendunt, nec alterum ad quem ascendunt, oporteret esse, sed alios (ubi possunt haberi) in humanioribus litteris versatos, licet phi-[262]losophiae vel theologiae auditores. Tametsi priusquam examen inchoetur, proprii praeceptoris iudicium de singulis esset audiendum. Qui tradet examinatoribus suorum auditorum catalogum, et cuilibet ad marginem ascribat unam de tribus notulis; quarum una indicentur optimi, alteri inepti et omnino retinendi; postrema mediocres, et de quibus aliqua posset esse dubitatio.

5. Examinis ratio haec fere sit: Semel et iterum periculi faciendi causa argumentum propositum in schola scribere iubeantur, suumque nomen subscribere et tradere praefecto. Tum certa die examinatores cuiuslibet seorsim compositionem examinent, animadversis non modo syntaxeos, sed etiam orthographiae vitiis; et unius themate perlecto, is statim vocetur, et de iis, quae suae classi propria sunt, interrogetur. Eoque dimisso, confestim, dum examinis recens adhuc memoria est, iudicium de illo feratur. Idem quoque fieri posset in binis aut ternis seorsim. Quod vero tunc de quolibet constitutum fuerit pluribus suffragiis, non mutetur postea, nisi examine gravibus de causis iterato.[263]

De Libris

Caput octavum

Auditoribus nostris non quicunque libri temere concedantur, sed ii duntaxat, quos quisque audit in schola, vel qui exponi solent ac possunt in sua classe iuxta catalogum infra proponendum. In iis etiam multitudo cavenda est, quae et opprimit ingenia et impedit, ne quotidianum pensum commode reddatur. Ex recentiorum vero libris et pauci et magno cum delectu permittendi sunt.

2. Ne nostri copia librorum, sine quibus milites inermes esse videntur, careant, optandum esset, ut aliquis reditus annuus ampliandae bibliothecae attribuatur, qui in alios usus non esset convertendus.

3. Quorundam librorum expurgatio, quam etiam Constitutiones (4 Par. cap. 14 § 2)[1] insinuant, non modicae videtur utilitatis; tum quia aliqua sunt poematum caeterorumque argumentorum genera, quae non nisi a parum honestis autoribus tractata sunt, ut comoediae, epigrammata, elegiae et odae magna ex parte; quibus nostri carituri sunt, si huiusmodi autoribus omnino priventur; tum quia, etiamsi non desit interdum unus aliquis autor, qui quae turpiter alii, honestius ipse tractarit, at autorum varietas uberiorem reddit puerorum venam et faci-[264]liorem imitatio-

[3] Qua de re v. *Ratio stud. Borg.* (1569) I: De examine; MP II 219-20.
[1] Vide MP I 299.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nem; tum quia auditores nostri novi prorsus videbuntur ad ea, in quibus caeteri discipuli se iactabunt esse versatos. Caeterum, ea purgandi ratio, quae pro turpioribus verbis aut rebus honestiora subrogat, non probatur; tum quia quaevis adhibeatur purgatio, semper tamen liber, cuius argumentum turpe sit, pristinum ac nativum redolet odorem aut saporem. Certe ipse dicendi character, allusiones, rerum series, vis affectuum, schemata, aliaque huiusmodi, quod virus hauserunt ab autoris animo, in lectoris mentem, quamvis ea de re nihil cogitantem, latenter instillant; tum quia quicquid in eorum, quae scripsit autor, locum sufficitur, vix pertingere potest ad eam vel inventionem, vel latinitatem, quae caeteris respondeat. Quare huiusmodi expurgatio non probatur, nisi cum et paucissimis esset adhibenda voculis, et commode et cum dignitate praestari posset.

Alioquin ineunda potius videtur alia quaedam ratio longe aptior; nempe ut ex uno aliquo autore, verbi gratia Horatio, seligantur honestae tantum odae, praetermissis turpibus poematis. Titulus vero libro praefigi posset huiusmodi: Selecta quaedam ex Horatio vel ex Catullo vel ex Tibullo etc. Quin etiam ex poematis, quorum argumenta obscaena sunt, possent in unum aliquod volumen colligi partes quaedam honestiores, si a suo toto separatae cohaerere possunt, ut quaedam similitudines, sententiae, antitheses, adagia, orationes, palestrae, cursus, descriptiones vel hortorum, vel orientis solis, vel armorum, vel sepulchrorum, [265] vel urbium, vel anni tempora etc. Eodem quoque conferri nihil prohibet tum honestiores aliquas epistolas heroidum vel elegias Tibulli, Propertii, Galli; tum epigrammata seu emblemata ex Gellio, Atheneo, Ausonio, Pausania etc.; tum aliquas Terentii[2] vel Plauti non comaedias, sed sententias, vel scaenam aliquam honestiorem cum hac inscriptione: Collocutio Simonis et Sosiae vel Chremetis et Menedemi etc.

4. Ad haec, multa sunt in humanioribus studiis observanda, quae quoniam nec praeceptoribus vacat explicare, nec auditores per se consequi possunt, nesciuntur fere a nostris, non sine aliqua eruditionis iactura. Quocirca prodesset admodum, si cui harum rerum peritissimo demandetur onus colligendi optima quaeque huius generis, et cultiore quodam stylo in unum aliquod opusculum conferendi, in quo explicarentur leges scribendi epigrammatis, elegiae, odes, aeglogae, sylvae, comoediae, tragaediae, epopaeiae, brevis chronologiae ratio, quis stylus historicus, quis poeticus, quis epistolaris, quae dicendi genera, et huiusmodi alia suis illustranda exemplis. Quod opusculum, si conscriberetur, vel privatim legeretur a nostris adolescentibus, vel in schola humanitatis per horae quadrantem aliquem exponeretur. [266]

[2] De Terentii lectione in scholis v. MP I-IV (Index: Terentius).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Vacationibus inferiorum classium [1]

Caput nonum

Vacationes ubi fere non sunt, non videntur introducendae. Ubi vero sunt, ita serventur, ut ex academiae publico instituto, quod facile mutari non possit, habentur. In caeteris autem locis temperentur hoc fere modo:

2. Rhetorica superiorum facultatum vacationes sequatur, ubi idem professor mane docet et a prandio; nam si semel in die, nec ultra mensem vacet in anni fine, nec alternis, sed quotidie doceat sub extremae aestatis pomeridianas remissiones; quo vero tempore vacant superiores classes, caeterae binis horis tantum in opere versentur tum mane tum vespere. Verum ante studiorum repetitionem toto die vacet humanitatis classis tribus hebdomadis; prima grammaticae duabus, una tantum reliquae; nisi ubi toto mense septembri vacare cogit omnes auditores necessitas redeundi in patriam, et quaerendi commeatus ac sumptus.

3. Intra annum omnes ferientur tum mane tantum in die Commemorationis defuntorum et in feria quarta Cinerum; tum vespere tantum in pervigilio Natalis Domini et Pentecostes, et feria quarta maioris hebdomadae, et in die recreationis hebdomadariae; quae non interponatur, nisi vel quarta [267] vel quinta feria; tum toto die in feria quinta Sexagesimae et feria secunda ac tertia Quinquagesimae, nisi aliter consuetum sit, et tribus ultimis diebus maioris hebdomadae.

4. Adolescentes nec dimittendi videntur ad spectanda supplicia reorum, nisi forsan haereticorum, vel ad singulare et inusitatum aliquid, exceptis parvulis; nec ad publicas (nisi iubilaeo praescribantur) processiones. Sed earum loco magister quilibet cum auditoribus in sua classe recitet litanias paulo ante finem scholarum. [268]

De tuenda puerorum Disciplina ac Pietate [1]

Caput decimum

Iis qui ad nostras scholas accedunt, principio statim praefectus ostendat regulas auditorum, ut quales esse oporteat, si nostrae se disciplinae tradere velint, intelligant[2].

---

[1] De vacationibus in superioribus classibus v. *De theol. schol.* c. IX; supra, p. 79; et MP I-IV passim.

[1] Cf. *Const.* P. IV c. 16: *De iis quae pertinent ad bonos mores;* MP I 307-13.

[2] Vide *Ratio stud. Borg.* (1569); MP II 219 reg. 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. Inter praelegendum adhibeat curam praeceptor, ut ex eo loco, quem exponit, si res ferat, praeceptum aliquod breviter eliciat vel integritatis vel prudentiae comparandae[3].

3. Alicui nostrorum sacerdotum singulis mensibus confiteri iubeantur. Quam ad rem obeundam non videtur dies aliquis deligendus, quo intermittantur literariae exercitationes, sed satis est, ut praeceptor cum confessario (qui si unus esset ac perpetuus omnium fere scholasticorum auditor, homo ab aliis occupationibus liber et alicuius autoritatis, optime res succederet) conveniat de stato die atque hora, qua terni vel quini ad confitendum mittantur, sine vacatione ab his, quae scholarum propria sunt. Et si dies una omnibus non sufficit, dividatur res in multos dies, dummodo intra mensem [269] confiteantur omnes; et curetur, quantum fieri potest, ut confessuri lectionem non amittant. Id quidem satius videtur, tum quia vacationes illae nocerent progressibus studiorum, et multo magis essent moribus pernitiosae; tum quia raro possunt confessarii totum aliquem diem pueris audiendis impendere.

4. Sed praeter menstruam confessionem videntur adhuc ad sacram etiam communionem[4] vehementer hortandi, saltem in festis solennioribus, ut in celebritatibus Domini, Beatae Mariae, apostolorum etc. Ad quod etiam philosophi et theologi professores suos deberent cohortari in vigiliis maiorum festorum[5].

5. Porro cum Constitutiones iubeant audiri conciones a pueris nostris, eius etiam rei rationem exigere debent magistri adhibitis censoribus.

6. Quotidie quoque missae sacrificio intersint[6]; idque ante scholis, ubi viget ea consuetudo, ut literariae exercitationes a rebus divinis initium sumant et robur. Id quod etiam in Italia servetur, praesentibus magistris vel decurionibus, praesertim post Pascha, cum in aestate partim labore scholarum, partim fervente aestu valde laboriosum sit pueris post scholas reverenter et positis genibus missam audire, ut aliquando deficiant.

7. Doctrinam christianam[7] feria sexta vel sabbato postrema scholae antemeridianae semihora recitent pueri memoriter. Ex eaque aliquid magister quilibet exponat accomodate potius ad pie exhortandum, quam ad subtiliter disputandum. Idque [270] paulo plenius praestari poterit in scholis superioribus, quarum auditores cum fidei rudimenta iam teneant, rarius ad ea recitanda cogendi sunt. Ea vero de re plurimi licet circumferantur libelli, brevior tamen ille P. Canisii catechismus toti Societati videtur praescribendus, cum eo nihil magis perspicuum, distinctum, bene latinum, tutum ac solidum habeamus[8].

8. Curent praeceptores scholarum inferiorum aliquos habere[9], qui sciant domos suorum auditorum, et per illos inquirant de reliquorum moribus, et cur ad

---

[3] Vide *ib.*; MP II 224 reg. 4; et 230 reg. 2.
[4] Quid S. Ignatius de communione frequentiori senserit v. MP II 48 adn. 21.
[5] Vide *Const.* P. IV c 16 § 1; MP I 309.
[6] Vide *Ratio stud. Borg.* (1569); MP II 230 reg. 2.
[7] Vide *ib.* reg. 3.
[8] De P. Canisii catechismis cf. MP II 81 adn. 12.
[9] De syndicis in classibus constituendis cf. MP II 29 n. 6 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

scholas aliquando non veniant. Non patiantur suorum odia et simultates, nec aliquid armorum in area, multo minus in scholis. Iam vero sicut socordes ac segnes esse non decet in auditorum vitiis corrigendis aut etiam puniendis, cum sciuntur aut facile sciri possunt, ita nec oportet harum rerum anxios esse scrutatores, ne iis prope quotidianis inquisitionibus et flagellis scholae reddantur infames. Nec publice puniant flagitia quaedam secretiora, sed privatim; aut si publice, alias obtendant causas, et satis est eos, qui plectuntur, conscios esse causarum.

9. Curandum tandem esset, ut D. Mariae Annuntiatae Congregatio[10] ex Romano Collegio in reliqua propagetur. Continet enim mirifice adolescentes in officio, et nostrarum scholarum bonum odorem in totam plane civitatem diffundit[11]. Ad eam vero congregationem alliciendi essent academia, in qua congrega- tionis alumni in disputando, in re-[271]petendo, in praelegendo diligenter exerceantur. Ac propterea retinenda videtur vetus consuetudo, ut ad academiam non cooptentur, nisi qui congregationi nomen dederint. Illius enim proprio tanquam pabulo ad hanc solent invitari. Illud vero commendandum, ne congregationis vel academiae exercitationes fiant eo tempore, quo conciones, sacraeve lectiones habentur in templo. Harum namque fructu privarentur auditores nostri; templum quoque tam multis spoliaretur auditoribus. [272]

FINES ATQUE EXERCITATIONES SCHOLARUM GRAMMATICAE ET HUMANITATIS [1]

Constitutiones (4 Par. cap. 13 B)[2] statuunt tres esse oportere grammaticae classes ordinarie; quartam humaniorum literarum, quintam rhetoricae. Sed quia grammaticorum numerus plerumque maior est, quam qui tribus classibus capiatur, ubi id contingeret, concedunt quamlibet unam ex tribus grammaticae classibus dividi posse in duas. Cuiusmodi divisio si instituatur, erunt sex classes, seu trium classium sex ordines; nempe: Primae classis superior ordo; primae classis inferior ordo; secundae classis superior ordo; secundae classis inferior ordo; tertiae classis superior ordo; tertiae classis inferior ordo. Et in tertia quidem classe explicanda sunt rudimenta grammaticae; in secunda breve et facile compendium syntaxeos; in prima absoluta et perfecta syntaxis. Bini vero ordines, in quos unaquaeque classis dividitur, sic videntur constituendi, ut quilibet sortiatur partem fere dimidiam pensi atque [273] oneris, quod uni toti classi obvenerat. Hactenus in genere; nunc de singulis ordinibus distincte ac dilucide, sumpto ab infimis initio.

---

[10] De institutione congregationis B. Mariae V. in Collegio Romano (1564) v. MP III 355-56.

[11] Quae sodalitas a viris magnae auctoritatis unum ex praecipuis mediis declaratur iuvandi laborantem Ecclesiam; cf. MP IV 684.

[1] Cf. *Ratio stud. Borg.* (1569): *Distinctio classium;* MP II 233-50.

[2] Vide MP I 289.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Tertiae classis inferior ordo

In hoc ordine primum exponantur pueris breves ac perspicuae quaedam singularum partium orationis descriptiones, subiecto uno aut altero exemplo. Quae desumi possunt ex libro primo Emmanuelis[3] pag. 110 et sequentibus.

Deinde tradantur simplices nominum substantivorum declinationes quinque ex pag. prima usque ad sextam; et prima adiectivorum declinatio ex pag. 7; et pronominum declinationes ex pag. 12 ad finem decimae octavae tantum.

Tum addiscantur quatuor simplices verborum coniugationes ex pag. 37 usque ad finem 83; praetermisso modo potentiali et permissivo; satis enim fuerit post modum subiunctivum addere hanc annotatiunculam: Modus subiunctivus aliquando explicatur perpossum vel sino. Sed ante has quatuor coniugationes coniugandum est verbum substantivum tanquam fundamentum reliquorum ex pag. 21.

Haec plane videntur principio tradenda pueris, quia communiora, magis necessaria et faciliora sunt. His vero absolutis, exponi posset sine appendicibus constructio intransitiva, quam vulgo concordantias vocant. Quae omnia trimestri spatio [274] finienda essent. Neque enim ad hanc classem pertinent abecedarii, quos Constitutiones aperte separant a tribus classibus grammaticae, et significant a nostris non esse instituendos ordinarie[4]. Ubi vero instituuntur ex peculiari concessione[5], non videntur admittendi pueri nisi post septennium. Sunt enim ante hoc tempus molestissimi, et nutricibus potius indigent, quam ludimagistris.

Horarum divisio in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia reddentur memoriter primo descriptiones partium orationis; secundo aliqua declinatio et coniugatio. Singulis autem vocibus latinorum temporum singulae tantum vernaculae interpretationes reddantur, etiam in coniunctivo et infinitivo, ne multiplici interpretationes reddantur, etiam in coniunctivo et infinitivo, ne multiplici interpretatione rudium mentes obruantur. Dimidia altera explicabitur constructio intransitiva, et in ea pueri variis modis et exemplis exercebuntur.

Secunda hora antemeridiana — Dimidia tribuetur variis nominibus inflectendis. Inflectentur autem substantiva nomina aliquanto nuda, aliquando singula cum singulis aut binis epithetis. Quae tamen epitheta aut eiusdem aut diversarum sint declinationum pro cuiusque facultate. Erit autem duorum generum exercitatio flectendorum nominum: uno modo continenti serie seu perpetua oratione, ita ut quaeque nomina cum suis epithetis a recto per singulos casus inclinata ad finem usque ducantur; altero modo: interrupto or-[275]dine, ut a singulis singulae diversorum casuum voces avulsae exquirantur. Dimidia altera in flectendis verbis ponetur. Flectentur autem verba sicut et nomina, tum continenti serie a prima verbi voce per inclinationes omnes ad finem usque modorum omnium; tum interrupta variis eiusdem verbi vocibus discipulis singulis proponendis, iisque e vulgari in latinam linguam et e latina vertendis vicissim in vulgarem. Inter declinandum autem perpetua serie pueri assuescant per singula tempora brevem aliquam orationem addere eiusdem temporis, quam in vernaculam lin-

---

[3] E. ÁLVARES. *Grammatica latina*, de qua cf. supra, p. 121 adn. 3.
[4] Vide *Const.* P. IV c. 12 litt. C; MP I 283-285.
[5] Ad Germaniam in fide iuvandam concessum est; v. MP III 500-01; caeterum v. MP I-IV (Index: Elem. schola).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

guam convertant. Assuescant vero pueri tempora omnium verborum cuiuslibet coniugationis tanta dexteritate cognoscere, ut facillime ex vernacula lingua latinam, et ex latina vernaculam vocem illi respondentem reddant; prolato etiam uno tempore activae vocis statim passivam adiungere.

Semihora ultima antemeridiana — Recte scribere et pronuntiare pueri doceantur. Scribere quidem vel illic traditis vel domo allatis exemplaribus, quae elegantia et emendata sint. Pronuntiare vero uno aliquo clara voce praelegente aliquid Ciceronis, audientibus aliis; et vicissim hoc ipsum obeuntibus, donec ita emendate pronuntiare assuescant, ut nullum in eorum oratione ex iis vitium appareat, quae prima Emmanuelis admonitione castigantur.

Scholis pomeridianis — Eaedem exercitationes et eodem modo repetantur, nisi quod postrema semihora non videretur incommodum, si inciperent elementa graeca cogno-[276]scere et syllabas coniungere, scribere etiam.

Tertiae classis superior ordo

Hic explicentur primo reliqua rudimenta partium orationis; secundo, difficiliores declinationes, quae supersunt ex Emmanuele tam substantivorum quam adiectivorum; tertio, reliquae verborum coniugationes, quae sunt post quattuor illas simplices, addiscantur.

In his vero dum pueri exercentur, doceantur classes etiam verborum activorum et passivorum sine appendicibus, ut secunda classis, quae multis rebus oneranda est, aliquantulum levetur. Addatur tandem aliquid ex epistolis M. Tullii. Atque his omnibus absolvendis tres menses impendantur.

Divisio horarum in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia reddant memoriter tullianam praelectionem cum aliquo nomine seu verbo anomalo. Altera dimidia explicentur classes verborum activorum et passivorum cum aliquot thematis extempore componendis iuxta praeceptum, quod tunc expositum fuerit. Haec autem facilia, brevia et eiusmodi sint, ut multa uno die proponi possint; multi item per illa exerceri, donec eam facultatem assequantur, ut de rebus, quae ad eos pertineant, interrogati, non magna interposita mora possint respondere. Quo vero die nihil occurrit ex gramma-[277]tica exponendum, hesternae praelectionis fiet repetitio.

Secunda hora antemeridiana — Dimidia M. Tullii praelectio explicabitur a magistro simpliciter, et nullo rerum apparatu, nulla locutionum varietate; totidem tantum vulgaris linguae vocibus, iisque propriam vim vocabuli cuiusque locutionis exprimentibus. Nec alia ostendantur, quam quae didicerunt in dies ex grammaticis. Horae quadrante absolvetur lectio et altero repetetur; idque a quam plurimis. Satis est habere pueros gustum quendam Ciceronis, ut inde compositionum suarum prima exempla decerpant. Altera dimidia scribendi dictabitur argumentum perbreve ac facillimum. Atque ex iis fere, quae frequenter in familiarem sermonem incidunt, ad imitationem tamen Ciceronis, quoad eius fieri potest; et nomina flectentur iis servatis, quae de inferiori ordine dicta sunt.

Ultima semihora antemeridiana — Exerceantur in verbis coniugandis, iisque

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

difficilioribus, et aliquo ordine servato; sicut et in nominibus, ut nempe a simplicibus veniatur ad anomala; deinde ad defectiva; tum ad impersonalia; rursusque cursu absoluto periodus eadem repetatur. Nec ab re fuerit sub finem aliquid ex Cicerone ab uno vel altero clara voce pronuntiari; quod ad emendate legendum conferat.

Prima hora pomeridiana — Dimidia reddentur memoriter ea, quae pridie ex grammatica exposita sunt, et verborum coniungationes cum multiplici illa interpretatione atque annotationibus. Altera dimidia puerorum themata recognoscentur et emendabuntur. [278]

Secunda ora pomeridiana — Dimidia exerceantur brevioribus thematis ex tempore componendis; quae aliquando ab ipsismet pueris se vicissim lacessentibus proponenda sunt. Altera dimidia declinetur partim, partim coniugetur.

Ultima semihora pomeridiana — Exerceantur in graecis expedite legendis. Posset et aliquid exponi de grammaticae graecae rudimentis breviter ac perspicue. Pueri tandem, ut a principio latino sermoni assuescant, cum de communibus rebus, et quae in quotidiano prope usu positae sunt, interrogantur, latine interrogentur et respondeant. Quod multo diligentius in superioribus classibus servandum est.

Secundae classis inferior ordo
(Respondet quartae in Collegio Romano)[6]

Hic appendices primi generis intransitivae constructionis et omnes personalium atque impersonalium verborum classes cum constructione verbi infiniti et casibus, qui omnibus verbis sunt communes, sine ullis appendicibus exponantur; necnon et genera nominum. Explicabitur etiam facilior aliquis liber epistolarum M. Tullii ut XIII et XIV.

Horarum divisio in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia memoriter recitetur lectio tulliana una cum verbo uno seu nomine difficiliore. Altera dimidia explicetur aliquid ex praeceptis grammaticae, quae ad hanc scholam, pertinent, cum ex-[279]temporali thematum conversione. Et quo die nihil ex grammatica exponendum occurrit, hesterna lectio M. Tullii cum exercitatione repetatur.

Secunda antemeridiana — Explicabitur Cicero per quadrantem circiter eodem fere modo, qui superiori ordini tertiae classis praestitutus fuit, nisi quod hic plura suppetent grammaticae praecepta, quae inter praelegendum indicari possunt, et exigi inter repetendum. Quae exercitatio, quia valde utile est, reliquum horae occupet, et in caeteris etiam classibus conservetur. Sub finem thema dictetur iuxta grammaticae canones, quos in dies pueri audiunt.

Ultima semihora antemeridiidiana — Strenue vacetur inflectendis verbis; cureturque, ne quae ex partibus orationis edidicerunt, obliviscantur; sunt enim permultum ad constructionem necessaria.

Prima hora pomeridiana — Dimidia recitentur memoriter praecepta grammaticae cum verbis; ut simul discant eorum praeterita, supina et significationes. Altera dimidia emendentur themata.

Secunda pomeridiana — Dimidia exponantur canones de generibus nomi-

[6] In Collegio Romano sequebatur non trium, sed quinque classium grammaticarum ordo; cf. MP II mon. 74-76.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

num, et ante exposita diligenter exigantur, et aliqua nomina declinentur. Altera dimidia thematis extemporalibus exerceantur.

Ultima semihora pomeridiana — Ponatur in graecorum nominum simplicibus et contractis declinationibus; quae et edisci a pueris deberent et describi, ut altius haereant memoriae. Quod etiam multo magis praestandum est in iis, quae superioribus scholis propria sunt. [280]

Secundae classis superior ordo
(Respondet tertiae in Collegio Romano)

Ad hunc ordinem pertinent primo, regulae de praeteritis et supinis; secundo, secundi et tertii generis appendices constructionis intransitivae; tertio, appendices primi generis, quae sunt tum in qualibet classe verborum personalium et impersonalium, tum in casibus, qui sunt communes omnibus verbis; quarto, omnium orationis partium, excepto verbo, tota constructio transitiva sine appendicibus Emmanuelis[3]. Tandem epistolae M. Tullii paulo graviores, vel aliquae scaenae Terentii selectae[7].

Divisio horarum in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia memoriter recitetur autor, quem explicat praeceptor. Altera dimidia vel praecepta grammaticae huic classi propria declarentur cum exercitatione, quae fieri solet; vel hesterna praelectio repetatur, cum nihil ex grammatica exponitur.

Secunda antemeridiana — Dimidia autor explicetur non solum cum observationibus, quae ad syntaxim huic scholae propriam pertinent, sed etiam cum unius vel alterius elegantioris locutionis, quam pueri literis mandent, usurpandam postea in themate scribendo, cum res postulaverit, annotatione. Quin etiam operae pretium erit, quotidie, si modo sese offerat occasio, in plena unius aut alterius verbi explicatione immorari, ut propriam verbi cuiusque vim perci-[281]piant adolescentes. Atque haec explicatio ad semihoram non perveniat, ut plus temporis tribuatur repetitioni; sub cuius finem thema dictetur. Et intelligatur, finem huius ordinis non esse res difficiles docere, sed in rebus facilibus eo usque promovere adolescentes, ut orationem facilem expedite prompteque latinam reddant. Atque hanc facultatem adepti ad alterum ordinem poterunt promoveri.

Ultima semihora antemeridiana — Alternis aut verbis nominibusque flectendis vacent, aut aliquid vulgari sermone dictatum ad grammaticam rationem expendere. Est enim rudioribus praesertim perutile, ut viva voce exigatur atque indicetur, quomodo quidque sit vertendum latine, qui modi ac tempora latina vernaculis respondeant; quonam pacto in scribendo themata consulenda atque observanda sint praecepta grammaticae. Iuverit etiam valde, si nonnunquam Ciceronis aliquam epistolam ex iis, quas audierunt pueri, in vernaculam linguam convertant.

---

[7] De selectis Terentii scaenis cf. supra, cap. VIII (De libris) adn. 2; p. 140.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Prima pomeridiana — Dimidia reddent memoriter grammaticae regulas prioris diei. Altera dimidia themata corrigentur.

Secunda pomeridiana — Exponentur regulae de praeteritis et supinis, et themata breviora singula fere singulis pueris proponantur ex tempore, sive per mutuam concertationem, sive per praeceptoris operam.

Ultima semihora pomeridiana — Ponatur in graecorum barytonis verbis coniugandis. [282]

Primae classis inferior ordo
(Respondet secundae in Collegio Romano)

Explicabuntur in hoc ordine: primo, appendices secundi generis per omnes verborum classes casusque communes. Secundo, reliquarum partium orationis, praeterquam verbi, tota constructio transitiva, ut habetur in Emmanuele[3], cum eius appendicibus. Postremo exponentur epistolae M. Tullii, quae longius et accuratius scriptae videbuntur. Aliquae etiam epistolae Heroidum[8] expurgatae vel honestiores Aeglogae Virgilii.

Horarum divisio in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia memoriter recitetur M. Tullii praelectio. Altera dimidia explicentur grammaticae praecepta cum exercitatione thematum extemporalium, vel hesterna praelectio repetatur, si nihil ex grammatica fuerit enarrandum.

Secunda antemeridiana — M. Tullius explicetur semihora cum trium quattuorve elegantiorum locutionum (quas pueri excipiant scribendo) annotatione praeter grammaticas exercitationes. Deinde repetatur.

Ultima semihora antemeridiana — Thema dictetur, et aliquando ad epistolae formam. Verbum etiam unum aut duo, triave nomina alternis inflectantur. Et si plus aliquid vacet, superiorum dierum annotata reposcantur a pueris.

Prima hora pomeridiana — Dimidia recitentur memoriter praecepta grammaticae. Altera dimidia themata emendentur. [283]

Secunda pomeridiana — Explicetur aliqua vel Aegloga Virgilii vel epistola Heroidum Ovidii; sed tam breviter, ut praelectio et repetitio semihora concludantur. Satis est enim gustus aliquis poeticae. Altera dimidia lacessant se pueri sententiis latine vertendis.

Ultima semihora pomeridiana — In grammaticae graecae verbis contractis collocetur per menses quattuor. Duobus vero reliquis alternatim vel graecis vacetur, vel octo prima prosodiae praecepta exponantur, et dissolutos versus reficere pueri assuescant, ne eius rei plane rudes ad superiorem ordinem ascendant; quod incommodissime cedere, experimento comprobatum est.

Primae classis superior ordo
(Respondet primae in Collegio Romano)

Referendae videntur in hunc ordinem primo, appendices tertii generis in verbis

---

[8] Ovidii.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et casibus communibus. Secundo, difficiliora quaedam totius syntaxeos capita. Tertio, figurata constructio, et vitia tam obscurae, quam inornatae orationis. Quarto, patronymica nomina. Quinto, tota syllabarum dimensio, exceptis appendicibus et incrementis tantum. Haec enim et implicita nimium sunt, nec admodum necessaria tironibus. Quamquam principio exponendi essent communiores quidam tum pedes ut dactylus, spondeus, trochaeus, pyrrichius, anapaestus; tum versus, ut hexameter, pentameter, sapphicus, asclepiadeus, phaleucius. Exponentur tandem ex poetis Ovidius *de Ponto* et [284] *Tristibus,* Martialis, et siquae elegiae ex Tibullo et Propertio seligerentur; ex prosa vero M. Tullii epistolae *ad Atticum* et *ad Quintum Fratrem, de Senectute, de Amicitia,* Iustinus, *Commentarii* Caesaris.

Divisio horarum in hoc ordine

Prima hora antemeridiana — Dimidia M. Tullius vel Caesar memoriter reddatur. Altera dimidia explicentur, quae ad syntaxim spectant, cum exercitatione breviorum thematum. Quo vero die nihil ex syntaxi exponendum est, scandantur et componantur versus, seu prius dictati corrigantur. Nec ab re fuerit, aliquod nonnunquam verbum aut nomen inflecti ex difficilioribus, eo praesertim die quo syntaxis exponitur.

Secunda antemeridiana — Explicetur M. Tullius vel Caesar semihora, et primum quidem latino, mox iterum vulgari sermone. Observentur breviter tum quae pertinent ad grammaticam, tum phrases illustriores; et quidem paulo uberius, quam in classibus inferioribus. Nonnihil etiam aspergatur eruditionis et antiquitatis; breviter tamen, quia magis prodest latinas phrases observare atque inculcare diligentius; quas etiam a pueris emendate describi ac referri in libellos papyraceos oportet. Altera dimidia diligens fiet repetitio.

Ultima semihora antemeridiana — Thema dictetur et syllabarum dimensio exponatur cum aliqua exercitatione.

Prima hora pomeridiana — Dimidia syntaxeos et prosodiae praecepta red-[285]dantur memoriter. Altera dimidia themata corrigantur.

Secunda pomeridiana — Explicetur poeta per semihoram, et per alteram repetatur.

Ultima semihora pomeridiana — Ponatur in graecis verbis in ’υ et anomalis, et in ratione investigandi thematis, et in variis dialectis, cum exercitatione per breves interrogationes eorum, quae iam didicerunt. Alternis autem explicabitur facilior aliquis autor ut Aesopus, homiliae quaedam Chrysostomi, Basilii et id genus. Bis etiam in hebdomada aliquid graece convertatur.

Illud tandem his omnibus ordinibus commune est, ut prius quam praeceptor aggrediatur, quae sui ordinis propria sunt in syntaxi, breviter repetat semper, quae in inferiore classe fuerant exposita, ut identidem inculcata plenius intelligantur et haereant firmius.

Ubi vero quinque sunt praeceptores grammaticae, duo ordines infimi, qui pertinent ad rudimenta, redigantur in unam classem sub eodem praeceptore; a qua non promoveantur, nisi post semestre tempus ordinarie.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quod si grammatica institutio quatuor sortiatur magistros, in infimam classem coalescant duo ordines, videlicet inferior secundae classis et superior tertiae, excluso inferiori. Quamquam si necesse sit, omnia quae sunt tertiae classis, in unum redigi possent ordinem.

Iam si tres fuerint grammaticae professores, [286] quilibet binos unius classis ordines sortiatur. Sin fuerint duo, non expedit ab his doceri rudimenta. Quare unus sibi duos ordines secundae classis, alter primae duos ordines vendicabit. Quod si rudimentis etiam nostram operam oportebit impendere, annectantur secundae classi. Tertius vero magister, qui praeter duos grammaticos in collegiis minoribus solet esse, non videtur grammatica onerandus. Satius erit docere illum, quae sunt propria scholae humanitatis, et anno vertente addere compendium rhetoricae ex Cypriano[9].

Praeterea si quod collegium duos tantum magistros habeat, quos et humanitatem et grammaticam docere necesse sit, in duos quaelibet classis dividatur ordines, hoc fere modo: Secundae (hoc est, inferioris classis ordini inferiori) rudimenta et quae sunt propria inferiori ordini secundae classis, exponantur; superiori vero ordini tota syntaxis sine appendicibus Emmanuelis[3], sed cum primi et secundi generis appendicibus per ordines verborum.

Primae (hoc est, superioris classis ordini inferiori) repetatur tota syntaxis, sed additis omnibus appendicibus cum figurata constructione et patronymicis. Superiori autem ordini explicetur prosodia cum reliquis, quae ad classem humanitatis pertinent. Illud vero interest inter huiusmodi collegia duorum magistrorum et caetera, quod in istis, quae unicuilibet ordini propria sunt, non nisi per annum possunt absolvi, in caeteris autem per semiannum, praeterquam in duobus tertiae classis ordinibus, quo-[287]rum cuilibet trimestre spatium satis est.

Iam classis quaecunque duos ordines sub uno praeceptore complectitur, non indiget distinctis aut thematibus aut lectionibus. Nam thema unum paulo longius dictandum est, quod totum ab ordine superiore scribatur; ab inferiori vero pars tantum prior, quae grammaticae praeceptis huic ordini solitis exponi respondeat, sicut posterior thematis pars syntaxi superioris ordinis adaptanda est. Idem etiam autor utrique ordini explicandus videtur, sed semel iuxta captum inferioris ordinis; iterum paulo eruditius in gratiam provectiorum. Quod si in collegiis duorum magistrorum magna duorum ordinum dissimilitudo ac diversitas ad unum autorem redigi vix poterit, duo praelegantur, sed ea brevitate, ut tempus reliquis exercitationibus non praeripiatur.

At vero sicubi Emmanuelis[3] grammatica prout ab autore digesta fuit, exponi solet magno cum puerorum fructu, posset ea dividi hoc fere modo, nisi utilior alius iam in usu sit. In secundae classis ordine inferiore explicentur XIV praecepta prima Emmanuelis cum intransitiva constructione sine appendicibus. In eiusdem classis ordine superiore tota transitiva syntaxis sine appendicibus. In primae classis ordine

---

[9] De Rhetorica Cypriani Soares S. I. v. supra, cap. VII p. 138 adn. 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

inferiore tam intransitiva quam transitiva constructio cum appendicibus. In eiusdem classis ordine superiore servetur ordo superioris formulae, recisis appendicibus tertii generis verborum. [288]

Classis humanitatis

Modus constituendi classem humanitatis duplex esse posse videtur. Unus est eiusmodi: Postquam in grammatica, quantum oportet, profecerunt pueri, ad classem humanitatis ascendant stylum aliquem conformaturi; atque ideo, ne obruantur varietate lectionum, audiant fere Tullium *de Officiis* vel quid simile, et ex poetis Virgilium; idque primis anni mensibus. Reliquus pene annus consumatur totus in legenda *Rhetorica* M. Tullii et eius orationibus. Qua in re postquam, quantum necesse fuit, se exercuerunt, promoveantur ad classem rhetoricae, ubi eadem praecepta artis, sed ex aliis libris audiant cum orationibus; et maneant in scholis quinque horas. In eadem etiam rhetoricae classe tradatur illis autorum varietas, ut poetarum, historiarum, philosophicorum librorum M. Tullii. Postquam enim aliquantulum confirmaverunt sibi stylum in classe humanitatis, minus periculi est, ne illis noceat haec varietas lectionum, quas in classe rhetoricae audiunt. Quin etiam exercitatio in versibus magis fere quotidiana sit in classe rhetoricae, quam humanitatis, licet utrobique declametur fere aequaliter, sed cum maiori incommodo magistri humanitatis, qui debet rudes expolire; quos expolitos accipit rhetoricae professor.

Alter modus est fere huiusmodi: Humanitatis classis comparata videtur ad duo: Primum, ad multiplicem et variam eruditionem ex poetis, historiis, mori-[289]bus gentium, apophtegmatis, adagiis, morali philosophia M. Tullii etc. Secundum, ad stylum conformandum in prosa et in versu, dummodo in fine anni tradatur compendium rhetoricae ex Cypriano[9] cum aliqua faciliore oratione M. Tullii. Huic modo favent Constitutiones (4 Par. cap. 12 A in declaratione): «Sub literis, inquiunt, humanioribus praeter grammaticam intelligatur, quod ad rhetoricam, poesim et historiam pertinet»[10]; deinde cap. 13 B[11] quinque classes instituunt, et tribus quidem attribuunt grammaticam, uni et supremae rhetoricam, proximae vero humanitatem. Quo loco cum humanitatem divisissent in grammaticam, historiam, poesim et rhetoricam, et grammaticam et rhetoricam in proprias classes segregassent, consequens est classi humanitatis relinqui historiam et poesim. Ad haec, eam rem sic intelligendam esse ostendit antiqua consuetudo Collegii Romani, messanensis, panhormitani et huiusmodi aliorum, quae ipsemet P. Ignatius fundavit[12]. Favet et huic consuetudini ratio. Aliud est enim latinus stylus, aliud stylus oratorius et pure tullianus. Posterior quidem ex M. Tullio, praesertim ex libris rhetoricis et orationibus petendus videtur; prior vero ex aliis etiam autoribus, quales leguntur in classe humanitatis. Cum vero altior sit oratorius stylus, quam latinus quilibet, ille servandus est supremae classi, in qua non nisi Tullius legatur; qui solus prope facit oratores. Prior ve-

---

[10] Vide MP I 283.
[11] Vide MP I 289.
[12] Vide *De origine collegiorum ... ;* AHSI 29 (1960) 242-43.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ro stylus, cum sit facilior, in classe humanitatis discendus est; nec vitiatur, sed cor-[290]roboratur potius bonorum autorum varietate; ad quam dantur quinque horae; in rhetorica vero quatuor circiter, duae antemeridianae, totidem pomeridianae, ut plus vacet ad exercendum stylum.

Divisio horarum in hac humanitatis classe

Hora prima antemeridiana — Reddatur memoriter M. Tullius, et themata corrigantur; et quia recitatio puerorum vix solet quadrantem excedere, reliquum horae tribuatur emendationi, quo sit accuratior; cum non solum vitia syntaxeos corrigenda sint, sed etiam elegantiae, et cultus ratio exigenda. Quanquam si quid temporis superfuerit, mutuis adolescentum concertationibus esset impendendum. Qua in re semihora saltem quolibet sabbato collocetur.

Scribatur autem in sabbato, et quo die vacatur, carmine; diebus caeteris oratione soluta; cuius argumentum epistolare sit, et ferme vulgari lingua in latinam vertendum. Aliquando etiam pridie festorum breve aliquod argumentum proponatur latine ad inventionem exercendam. Quod proximo post festum die reddatur, idque iuxta rationem *Progymnasmatum* Aphthonii[13]. Cum vero themata scribendorum versuum proponuntur, indicet praeceptor aliqua poetarum loca, quae imitari possent auditores. [291]

Secunda hora antemeridiana — Explicetur M. Tullius paulo ultra semihoram et repetatur. Pertinent autem ad hanc antemeridianam scholam hi fere libri: Ciceronis *Officia, Laelius, Cato, Paradoxa, Tusculanae quaestiones* praeter primam, *De Finibus, De Divinatione* et *De claris oratoribus,* cum sit liber pene historicus.

Explicandi vero ratio, quae congruit huic scholae, licet multiplici antiquitatis ac rerum scientia magis abundare debeat, quam inferiorum classium, modus ille tamen adhibeatur, ut id potius citra fiat quam ultra mediocritatem. Quod autem ad observationes linguae latinae, imitationem, locutionum usum, varietatemque pertinet, in iis se totum magister effundet. Leviora et quae verisimile est auditores in inferioribus classibus didicisse, ita praetereat, ut ea tamen non sit alienum innuere, praesertim si id utile esse intelligat auditoribus.

Possent aliquandiu aliquae epistolae Plinii exponi, ut ad eius imitationem aliquid suo Marte conscribere adolescentes assuescant. Cuius etiam rei gratia non ab re fuerit, nonnullas incertis diebus Ciceronis epistolas percurrere potius, quam interpretari.

Ultima semihora — Haec nulla in re utilius collocari posse videtur, quam in historico quopiam exponendo; tum quia caeteris, [292] quae ad hanc classem spectant, locus satis amplus erit scholis pomeridianis; tum quia auditores nostri nimis rudes sunt antiquitatis, ex qua et vivendi et scribendi exempla egregia desumi possunt; tum quia si poeta et historicus alternatim praelegantur, totos sex menses poetis ca-

---

[13] De Aphthonio cf. KLEUTGEN, *Ars dicendi* ... (1935) 441; et MP I-IV 177 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rebit ea classis, quae poeticae maxime dicata est. Contra, si poetae quotidiana praelectio habeatur, copiosam pueris afferet poeticae inventionis et locutionis supellectilem. Neque vero historici explicatio praeceptori futura est nimis onerosa. Nam historiae stylus planior ac lucidior est, ut magno non indigeat studio; et satis fuerit explicare rem gestam, prout ab autore narratur, ut non sit opus alios etiam consulere scriptores, licet de eodem argumento scripserint. Ipsa etiam historici explicatio facilis esse debet, ut autoris sententia proposita, eius verba leviter attingantur, et ea tantum, quae plusculum habent obscuritatis. Quo sane modo multa brevi percurri possunt, et minus quam semihorula, ut aliquid temporis supersit non ad omnia quidem, sed praecipua quaedam repetenda. Historici vero, qui in hac classe videntur exponendi, sunt Caesar, Salustius, Q. Curtius, Justinus, Cornelius Tacitus, aliquid Livii.

Alternatio vero pomeridiana poetae et historici permitti posset primis duobus circiter anni mensibus, quibus antemeridiana semihora ultima exponendae accuratius prosodiae tribuenda est. [293]

Hora prima pomeridiana — Recitetur alternis vel poeta vel praecepta grammaticae. Thema dictetur, et inchoetur poetae praelectio, quae aliquantulum producatur ultra primam horam.

Secunda hora pomeridiana — Pralectio finiatur et repetatur; et ultimo circiter quadrante secundae horae, graecae linguae exercitationes inchoentur ad finem usque scholarum. Poetae vero huius classis fere sunt Virgilius, Horatius, *Fasti* Ovidii, tragaediae Senecae, Statii *Sylvae*, Claudianus.

In graecis autem explicentur Isocrates, Lucianus, epigrammata, Aristophanes, Theocritus. Exponatur etiam syntaxis, ratio accentuum et spirituum. Alternis diebus aliquid graece convertatur; et tribus postremis anni mensibus tradatur brevis ratio prosodiae, et nonnulla tentetur in versibus faciendis prolusio. Nec mediocriter conducet, si praeceptor faciliora quaedam graece interroget; graece etiam respondeant auditores.

Duobus extremis anni mensibus mane loco M. Tullii et historici exponatur rhetoricae compendium ex Cypriano[9] cum faciliori aliqua M. Tullii oratione, ut *pro Archia, pro Marcello, pro Deiotaro, Philippica* septima. Quo tempore adole-[294]scentibus proponantur argumenta exordiorum, narrationum, epilogorum, aliarumve partium orationis initio; paulo post totarum etiam orationum usque ad finem. Cur vero haec exercitatio a paschali tempore inchoandus non sit, alibi ratio reddita est.

Classis rhetoricae

1. Sicubi necesse sit rhetoribus exponere compendium logicae (quod philosophiae aliisque facultatibus vacare non possunt), non expedit toto anno logicam cum rhetorica coniungere. Una enim alterius et phrasim et exercitationes impedit. Quare tribus tantum ultimis anni mensibus dialecticae epitome mane et vespere exponatur, et in disputationibus logicis adolescentes exerceantur. Quod si consuetudo sit, ut tota die detineantur in schola, et ad totum diem implendum satis esse non videtur studium dialecticae, adiungi tunc etiam posset aliquid quod ad oratoriam facultatem pertineret.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. Valde incommodum videtur, ut rhetoricam duo professores doceant, unus praecepta, alter orationes. Usus enim praeceptorum ab eo videtur explicandus, a quo praecepta traduntur. Et frequenter accidere potest, ut in orationibus M. Tullii praecepta indicentur longe aliter, quam exposita fuerint in arte. Multo vero incommodius est, ut argumenta compositionum ab alio dictentur et emen-[295]dentur, quam ab eo, qui exponit artem, cum exercendi sint auditores iuxta normam, quae singulis diebus ex arte praescribitur. Neque vero nimium unus professor rhetoricae oneraretur, cum philosophi duas quotidie habeant lectiones, repetitiones praeterea et disputationes, et quotidianas prope responsiones ad ea, de quibus privatim interrogantur. Posset adhuc mos iste romanus alere pigritiam aliarum provinciarum, in quibus rhetoricae professores possent sibi collegam aut socium petere exemplo Romani Collegii. Et iam diu ista res non bene audit in provinciis, in quibus et artem et orationes et graecam lectionem unus professor sustinet fere.

3. Nihil minus duabus mane horis et duabus a prandio in schola manendum esse videtur. Id enim in omnibus provinciis receptum est, a quibus Romanum Collegium discrepare non decet, cum illud Collegii caeteris tanquam exemplar proponatur in Constitutionibus[14]. Adolescentes quoque, qui rhetoricam audiunt, quo amplius in schola morantur, eo minus rebus noxiis implicantur. Implicantur autem nihilo minus, quam aliarum scholarum auditores. Neque vero propterea discipulis ad elaborate scribendum tempus deerit, si prudenter dividatur. Praeceptor quoque existimet suam auditoribus operam utiliorem esse, dum in schola versatur, quam cum privatim tanto apparatu se comparat ad legendum. Huc accedit, quod cum rhetores versibus etiam scribendis frequenter vacent, iuvandi viden-[296]tur prope quotidiana poetae alicuius enarratione, unde depromi possit poeticae imitationis atque locutionis varietas et copia.

4. Libri in rhetorica exponendi fere sunt orationes tullianae, aliquae etiam livianae, *Partitiones*, libri *de Oratore*, *de Inventione*, *Rhetorica* Aristotelis, *Topica* M. Tullii vix videntur utilia propter exemplorum obscuritatem, quae plus temporis sibi vendicant, quam ea, quae sunt propria rhetoricae. Quare loci oratorii exponi possunt in *Partitionibus*, aliisve libris, in quibus eos breviter attingit Tullius, praeceptore interim rem locupletante, quantum satis est, ex aliis autoribus; vel cum de his agendum videbitur, exponi posset liber septimus Quintiliani. Nihil vero Rodulphi Agricolae[15] videtur legendum, nec aliquid dialecticum, cum a stylo, inventione, spirituque dialectico oratores maxime sint abstrahendi.

Hoc loco dubitari potest, an expediat biennio, quo in schola rhetoricae adolescentes detinentur ordinarie, perfici totum rhetoricae cursum ex locis, ex partibus orationis, ex figuris, ex dicendi generibus, ex periodis etc. Et forte id non esset inutile, ut totam artem habere possint ob oculos auditores, cum non parum praeceptis iuvantur in scribendo. Contra vero, accidere solet, ut licet biennio trienniove audive-

---

[14] Vide Const. P. IV c. 7 litt. C, MP I 267.
[15] R. Agricola, *De inventione dialectica*, cf. MP II 440.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rint, nihil tamen sciant de numero, nihil de concinnitate, nihil de affectibus etc. Deberent autem hae rhetoricae partes non modo desumi, sed etiam ad verbum transcribi ex variis M. Tullii locis in unum opus collatis. Et [297] in idem volumen redigi possent nonnullae institutiones seu tractationes, quas M. Tullius leviter attigit, ut de numero, de periodis, de generibus dicendi, aliisque id genus, quae ex aliis autoribus graecis aut latinis, recentioribus etiam peti possent, sed M. Tullii tantum verbis explicari. Nec inutile foret, si ex multis nostrorum professorum rhetoricae lucubrationibus tam in artem, quam in orationes, optima quaeque in unum volumen collecta in lucem ederentur in subsidium multorum, qui nunc primum rhetoricam incipiunt profiteri.

5. In hac classe praelegendi ratio recipit magnam doctrinae varietatem ex veteri memoria et locorum insignium interpretationes, ex gravibus autorum sententiis, ex clarorum virorum apophtegmatis, ex exemplis, ex testimoniis, ex multarum rerum originibus, ex nobilissimarum rerum publicarum gentiumque institutis, moribus, litteris, magistratibus, legibus, ritibus, sacris. Huius etiam scholae sunt reconditae illa, quae ex interioribus literis promuntur observationes tum linguae latinae, tum illustrium locutionum, tum omnis artis et imitationis oratoriae. Videndum est tamen in iis, sicut in caeteris, ne quid a proposita re dicatur alienum, ne ad speciem ac pompam magis, quam ad fructum utilitatemque discipulorum industria conferatur.

6. Porro in classe rhetoricae atque humanitatis non quaelibet indiscriminatim dictanda atque excipienda sunt, sed peculiares quaedam locorum difficilium interpretationes, quae aut non facile cuivis [298] obviae sint, aut quas ex sua quisque doctrina magistri deprompserint. Ad haec, annotationes quaedam insigniores in alia atque alia loca scriptoris illius, qui prae manibus habetur, earum rerum similes, quas ii pertractant, qui variarum lectionum libros ediderunt. Id enim et dignitatem habebit et adolescentibus erit ad cognitionem opportunum. Ne illud quidem abfuerit a dignitate, siquando in hac classe phrases quaedam utiliores aut latinae linguae observationes graviores exciperentur; dummodo ex iis essent, quae a communi vulgarique consuetudine recedunt.

Divisio horarum

Prima hora antemeridiana (quae sit semihora post commune principium scholarum) — Recitetur memoriter oratio M. Tullii. Praelegantur praecepta rhetoricae.

Secunda hora — Dimidia et repetatur et aliquid a discipulis compositum corrigatur. Thema vero breviter a magistro dictetur, quod amplificent postea discipuli. Affigatur interdum alicuius oratio parieti, ut caeterorum iuvenum censura castigetur. Versus et soluta oratio diebus alternis scribantur. Di-[299]midia altera hora aliquis poeta enarretur; cursim tamen et breviter, ut res et phrases plane intelligantur; et paulo ante finem semihorae aliquid ex iis, quae exposita sunt, repetatur.

Hora prima pomeridiana (quae sit dimidia hora post aliarum scholarum initium) — Praelegatur oratio M. Tullii, sed non sine aliqua repetitiuncula ad finem.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Secunda hora — Graecis vacetur. Explicentur vero Demosthenes, Xenophon, Homerus, Pindarus, Euripides, Sophocles, Thucydides. In quorum lectione longius esset quotidie progrediendum; tametsi satis esset quaternos aut senos autoris quotidie versiculos ediscere. Nec quicquam explicetur a magistro, quod statim ab auditoribus non repetatur.

Toto vero anno semel minimum octavo quoque die soluta oratio, semel item carmen argumento proposito scribendum videretur. Singulis etiam minimum mensibus brevis aliqua oratio vel carmen graecum cum latino publice pronunciandum.

Est et illud scribendi genus valde utile, si quod a graecis autoribus vincta solutave oratio scriptum est, latine vertatur eodem orationis genere. [300]

In distribuendis horis privati studii semihora saltem seligatur, quam auditores in graecis collocent alternatim vel aliquid scribendo, vel audita recognoscendo. Domi etiam cum rhetorica repetitur, nihil minus ultimo quadrante graecis repetendis tribuatur. [301]

GENERALIS DISTRIBUTIO HORARUM TOTO ANNO[1]

Inter alia, quae ad ordinem formamque studiorum pertinent, numeratur et illud in Constitutionibus (Par, 4 cap, 13 A)[2], ut certae statuantur horae lectionum; ac propterea eorum etiam, quae privatim a nostris quotidie domi fieri solent, propter maximam domesticarum scholasticarumque rerum inter se connexionem. Et quoniam horologii dissimilitudo, climatis inaequalitas et gentium mores eandem prorsus normam ac legem ferre non possunt, conati sumus (id quod monent ibidem Constitutiones), ut ubique fiat, quod inibi magis expedire visum est ad maiorem in literis profectum. Horae vero hic notantur, ut vel ad amussim serventur, cum possunt, vel ab eis non longe recedatur. [302]

Surgatur

In Italia[A,3] hora 12 a novembri[4] et deinceps; 11 idibus februarii; 10 idibus martii; 9 idibus aprilis; 8 kal. maii usque ad medium augusti; 9 idibus augusti.

In Germania[B], Gallia, Polonia hora 4.

In Hispania, Lusitania hora 5 a novembri usque ad Quadragesimam; 4 a Quadragesima et deinceps per aestatem.

A — Rerum domesticarum et scholarum horas (sunt enim utraeque connexae inter se) crebro mutari est praeter morem omnium academiarum, et parum habet dignitatis. Auditoribus quoque molestum est, cum ea de causa oporteat eos et tot mutationum meminisse quotidie, et rerum suarum, quas obire solent extra scholas, cursum atque ordinem identidem variare. Et aliis quidem nationibus, quarum horologium ad

---

[1] De ordine diurno scholastico in variis Societatis provinciis cf. MP III passim (Index: Scholae - Ordo horarum).
[2] Vide MP I 285 287.
[3] De modo italico computandi tempus cf. MP I 76-77 adn. 34.
[4] Quod respondet fere horae 6 cum dimidio.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mathematicas rationes dirigitur, facile est duabus toto anno mutationibus esse contentas. Id quod, quoniam cum italici horologii temperatione convenire non potest, conandum est italis, ut suarum horarum mutationes redigant, quoad eius fieri potest, ad paucissimas; nec eas quadrantibus aut semihorulis intercidant, sed horis integris absolvant. Cum tolerabilius sit [303] praeproperam aliquam tardioremve scholarum inchoationem pati, quam tam multiplicem temporis inconstantiam. Itaque vernis mensibus, qui mutationibus obnoxii maxime sunt, quater duntaxat scholarum tempora varientur, idque non nisi per horam integram. Quod et in autumnum quadrat, minus tamen necessario propter vacationes.

[B] — Licet id tempestive nimium videatur, est tamen iuxta vetustissimum morem earum gentium, a quo recedi vix potest sine externorum offendiculo.

Inchoentur lectiones matutinae

In Italia hora 15 a novembri et deinceps, ut finis sit hora 17 cum dimidia; 14 a medio februarii; 13 a medio martii; 12 a medio aprilis; 11 a medio maii; 12 a medio augusti.

In Hispania, Lusitania, Gallia hora 8, et finis hora 10 cum dimidia in hyeme; 7 et finis hora 9 cum dimidia in aestate.

In Germania[C], Polonia hora 7 cum dimidia et finis 10 in hyeme; 6 cum dimidia et finis 9 in aestate. [304]

[C] — Curetur in Germania, ut missae sacrificium, cui auditores externi debent interesse, peractum iam sit hora septima et quadrante; tum statim detur signum prius scholarum. Quo tempore sumant, qui velint, ientaculum, ne propterea scholam intermittere necesse sit. Eadem ordinis ratio in aestate quoque retineatur. Nempe ut missae finis cadat in sextam et quadrantem et, altero mox interposito quadrante ad ientandum, inchoentur lectiones.

Prandeatur

In Italia hora 18 a mense novembri; 17 idibus februarii; sed per Quadragesimam 18, dominicis exceptis; 17 idibus martii in Quadragesima; 15 idibus aprilis post Pascha; 14 idibus maii; 15 idibus augusti; diebus ieiuniorum hora circiter antemeridiem.

In Hispania, Lusitania, Gallia hora 11 in hyeme, etiam in Quadragesima; in vigiliis et quatuor temporibus dimidia ante duodecimam; 10 in aestate; diebus ieiuniorum hora 11. [305]

In Germania, Polonia hora 10 cum dimidia in hyeme; diebus vero ieiuniorum et in Quadragesima hora 11; 10 in aestate; diebus vero ieiuniorum et in Quadragesima hora 11.

Pomeridianae lectiones

In Italia[D] hora 21 a mense novembri; 20 ½ idibus martii; 19 ½ idibus maii; 20 idibus augusti.

In Hispania, Lusitania, Gallia hora secunda usque ad quartam et mediam[E].

In Germania[E], Polonia hora prima usque ad quadrantem ante quartam.

[D] — Cum ubique hyemales scholae finiantur semihora circiter ante solis occasum, obstare nihil videtur, cur etiam in Italia id servari non possit ac debeat. Experimur enim valde commodum esse magistris ad pomeridianas scholas redire, quanto fieri potest longius a prandio. Neque coelum italis adeo insalubre est, ut pueris aliquanto serius e schola exeuntibus nocturni temporis propinquitas metuenda sit. Quod vero pertinet ad eorum mores, [306] eo melius cum illis agitur, quo minus temporis post scholas superest ad evagandum. Nam ut domum commode redeant, semihora satis est.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[E] — Non enim decet noctu docere, ut hucusque galli fecerunt.

[F] — Id servetur, si tolli non potest germanis ientaculi quadrans interponi solitus. Post finem scholarum dimidia hora consumatur in exeundo e scholis et domum redeundo et in domestico labore; post quem repetitio sequatur.

Repetitio[G]

Hyeme in Italia[I] hora 24 a novembri usque ad idus martii; 23 et media ab idibus martii. In Hispania et Lusitania hora 5; Gallia[H] 12 cum dimidia; Germania et Polonia hora post quartam horam et quadrantem.

Aestate in Italia hora 17 vel 18 ab idibus aprilis; 17 ab idibus maii; 18 ab idibus augusti. Idem post intermissiones. Hispania, Lusitania, Gallia, Germania, Polonia 12 vel prima. [307]

[G] — Haec intermittitur in sabbato propter fratrum nostrorum confessiones. Nam exhortatio domestica ne in Collegio quidem Romano transferenda videtur in sabbatum; cum feria sexta semper et ubique a Patris Ignatii tempore consueverit haberi; et merito quidem; tum quia eius diei religio et Christi patientis commemoratio nos ad pium hoc munus invitat; tum quia ex sextae feriae abstinentia accrescit semihora, quae fere satis est exhortationi, si lentae prolixaeque expectationi modus adhibeatur. Nec illud obest, quod in sabbato cum aliis occupationibus nostri minus fatigentur, attentius audiunt exhortantem. Nam nequaquam minus fatigantur, cum sabbato in scholis, siquando non docetur, disputetur; quod minus laboriosum non est. Domi vero pro repetitionibus instet cura confessionum, quae exhortationis intercursu in alia atque alia tempora dissipantur incommode. Quae vero repetitio seu disputatio fieri solet die dominico, vesperas proxime antecedat in aestate; sed in hyeme sub occasum solis inchoetur.

[H] — Non enim differri potest in nocturnum tempus, cum sub meridiem, convenientibus etiam externis auditoribus, repeti soleat ex vetusto academiae more; quem si nostri non sequerentur, desererentur a discipulis.

[I] — Satius est sub initium noctis fieri repetitiones; tum quia id citius nostros ad officium revocabit ab evagatione, quae per id temporis cernitur interdum; tum quia quicquid a prima noctis hora superest [308] temporis, et quietius est et aptius cubiculari studio.

Coenetur

In Italia hora 2 ½ a novembri; 1 ½ idibus februarii et octobris; 24 ½ idibus martii
et septembris; 23 ½ idibus aprilis; 22 ½ idibus maii; 23 ½ idibus augusti.

In Hispania, Lusitania hora 7 et dimidia in hyeme; 6 et dimidia aestate et dominicis Quadragesimae.

In Gallia, Germania, Polonia hora 6 et dimidia.

Cubitum eatur[L]

In Italia quadrante ante horam 5 a novembri usque ad februarium; 4 idibus februarii et octobris; 3 iidibus martii et septembris; 2 idibus aprilis; 1 idibus maii; 2 idibus augusti.

In Hispania, Lusitania quadrante ante 10 in hyeme; 9 in Quadragesima et aestate. [309]

In Gallia, Germania, Polonia quadrante ante 9.

[L] — Praeter septem horas conceditur etiam quadrans post nocturnum examen conscientiae, quo iis, quae cubationem solent antecedere, commodius peractis, integrae horae septem cuilibet relinquantur ad dormiendum. Tantum enim temporis praescribitur in Constitutionibus[5].

---

[5] Vide *Const.* P. III c. 2 litt. E; MI *Const.* III 96.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

APPENDIX I

SEX CAPITA
QUAE EXTRA VOLUMEN DE RATIONE STUDIORUM AD PROVINCIAS MISSA SUNT *

I — Ponere pro singulis scholis humanitatis paradigmata et exempla singulis scholis proportionata de modo explicandi praecepta et auctores ex captu discipulorum.

II — De modo quotidianarum disputationum, parandi copiam verborum et rerum, repetendi studia finitis cursibus philosophiae et theologiae.

III — De caeremonia et modo renovationis studiorum, distributionis praemiorum.

IV — De ritu et modo promovendi ad licentiam.

V — De insignibus rectoralibus in universitate, immatriculatione, officio cancellarii, bidellorum, ministris iustitiae, gubernatore, carcere, mulctis, correctione, iuramentis.

VI — Praescribere leges communes scholae, et forte etiam particulares ex singulis facultatibus, de moribus praesertim.

---

* Textum sumpsimus ex cod. *Stud. 3*, ff. 273-79 (*Responsiones provinciae Austriae de Ratione studiorum 1586*). Aliud exemplum habetur in *Instit.* I 142, ad calcem textus *Rat. stud 1586*; cum hac instructione: «Circa sequentia sex capita, quae extra volumen de Ratione studiorum mittuntur ad provincias, mittent et provinciales sententias suorum doctorum eodem modo collectas, quo colligendae erunt de toto illo tractatu et ratione studiorum».

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

APPENDIX II

EPISTOLA

P. CLAUDII ACQUAVIVA, PRAEP. GEN., AD PRAEPOSITOS PROVINCIALES DE DEPUTANDIS PATRIBUS PRO *RATIONE STUDIORUM* EXAMINANDA*

Ab eo tempore, quo divinae bonitati placuit imbecillis humeris meis hoc Societatis onus imponere tam grave tantique momenti[1], nihil magis iudicavi officio meo convenire, quam ut omni ope ac studio eniterer perfectam illam ac consummatam ideam, quam P. Noster sanctae memoriae Ignatius Constitutionibus expressam reliquit, explicare et in opus usumque deducere. Quare, cum primum per Dei gratiam in eam partem diligenter incumbere conatus essem, quae ad spiritum religiosamque disciplinam pertinet, stabiliendis regulis, canonibus publicandis[2], aliisque formulis et necessariis[a] ordinationibus deinceps edendis, restabat, ut studiorum quoque negotium ad methodum ac viam redigeretur; res adeo in Societate nostra necessaria, et diu iam ab omnibus expetita[3].

Ad hanc igitur rem, cum primum commodum fuit, evocati sunt ex variis provinciis sex patres[4], ut tum ex eorum iudiciis, tum ex variis scriptis ac monitis, quae ex iisdem provinciis antea collecta fuerant, earum omnium quasi sensus certius posset intelligi; iisque commissum est, ut unam formulam studiorumque rationem conficerent, quae et in rebus speculativis uniformitatem, soliditatem utilitatemque doctrinae[b] [101*r*] stabiliret, et in practicis modum praescriberet tractandi scientias et facultates omnes cum eo fructu atque emolumento, quod Institutum nostrum pro Dei gloria et proximorum commodo sibi proposuit.

Hi ergo patres perpetuo multorum mensium studio, exacta certe quadam cura ac diligentia[c], opus hoc cum Dei gratia perfecere[5]. Verum quia in re tam gravi et universali nihil placuit definire, nisi prius cognito praecipuorum doctorum Societatis nostrae iudicio, eo tantum contenti fuimus in praesenti, ut hunc eorum laborem perlegeremus, nihil amplius decernendo aut etiam mutando, nisi quantum requirebatur, ut in provincias omnes mitteretur, prout iam mittimus; et quidem, ut R. V. videbit, typis excusum non aliam ob causam, nisi ob maiorem commoditatem, quo celerius copia esset plurium exemplarium.

Iamque ab hac provincia romana coeptum est, in qua Collegii huius doctores, examinata materia practica et aliqua etiam speculativae partis, iudicium iam suum nobis exposuerunt[6], eoque utemur suo tempore. Velim igitur, idque quam diligentissime possum Rev.ae V.rae commendo, ut simul ac has litteras acceperit, ex tota sua provincia quinque saltem seligat, quos maxime doctrina et iudicio idoneos existimabit, adiunctis insuper humaniorum litterarum causa, quotquot convenire arbitrabitur; quos etiam praecipuos in ea facultate esse

---

* Tria huius epistolae exemplaria latina nobis innotuerunt: primum eorum reperitur Romae, ARSI, cod. *Instit. 40*, f. 100*v*-101*v*, apogr. coaevum; alterum *ib.*, f. 118*v*-19*r*, apogr. coaev.; et tertium Monachii, Arch. Prov. Germ. Sup., *Mscr. E 10* (prius *XIII B 1*). Textum editum invenies apud PACHTLER, II 9-12 — Habetur etiam ep. orig. lingua ital. (10 maii 1586) concepta; v. *Rom. 1*. f. 81-82..

[1] Electus praepositus generalis S.I. die 19 febr. 1581; v. *Synopsis hist. S.I.* p. 90.

[2] De huius generis scriptis Patris Acquaviva cf. SOMMERVOGEL I 479-83; IPARRAGUIRRE, *Répertoire de spiritualité ignatienne* ...; passim.

[3] Vide provinciarum petitiones hac de re; MP IV 313 et passim; deinde MP VI.

[4] Quorum nomina videsis supra, P. I, p. 3-4.

[5] Vide acta huius commissionis supra, P. I, p. 2-5.

[6] *«Censura patrum Collegii Romani circa ea, quae a patrius deputatis de ordine ac ratione studiorum praescripta sunt»*; quod scriptum invenies in MP VI.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

oportebit; et faciat, ut singuli primum per se formulam hanc videant, atque examinent ea diligentia atque sedulitate, quam tanta res postulat; deinde certis etiam diebus, qui poterunt sine gravi incommodo, conveniant habeantque aliquot in hebdomada inter se consultationes, et in scriptum ordine redigant quod iudicatum fuerit, tam cira partem practicam, quam circa speculativam, additis praeterea iis omnibus, quae vel addenda vel magis declaranda, aut aliquo modo ordinanda censuerint ad maiorem huius rei perfectionem. Quod si non omnes convenire potuerint (quanquam curandum est, ut quam paucissimi desint), ii suam sententiam ad congregatos scriptam mittent, ut de eorum etiam iudicio constet.

Quo in negotio illud omnes magnopere moneo et hortor, ut in animum inducant non tam suum quisque sensum ac propensionem ad suas opiniones quaspiam sequi, quam id, quod totius Societatis rationibus magis conducat, magisque receptum sit in universitatibus et scholis, ac denique a doctoribus maioris auctoritatis doctrinaeque solidioris. Ac velim omnes, quo sese ad P. N. Ignatii sanctae memoriae mentem ac voluntatem conforment, et Societatis existimationi, immo vero conservationi, quod utrumque magna ex parte ex hac re pendet, pro sua parte consulant, hoc ex animo studere atque eniti, ut rationes inveniant, non ut certa quaepiam definitio impediatur, quasi res difficilis, aut quae omnino fieri non possit (plane enim iudicatum est nobis hoc facere; cum et necessarium videamus, et tantopere Constitutionibus commendetur)[7], sed potius ad difficultates, si quae occurrant, superandas, ut tota Societas in unam eandemque definitionem conspiret, quoniam alioquin in magnum cederet Societatis detrimentum.

Et quia patribus his deputatis, quo melius omnia percipi, et facilius ab aliis iudicium ferri posset, visum est hoc libro suarum sententiarum rationes uberius explicare[8], ascriptis etiam causis, cur ita in quaque re senserint, intelligi debet, non idem servatum iri in eo studiorum ordine, qui postea conficiendus erit; qui scilicet ea solum continebit, quae praescribentur Societati toti observanda. Hoc autem, quemadmodum dixi, fiet cum divina gratia, quamprimum ex omnibus Europae provinciis responsum venerit[9]; quia tum, percepto universae Societatis iudicio ac sensu, non solum cum maiori luce ac firmitate, sed etiam suavitate ac exequendi facilitate licebit nobis, suprema manu et quasi coronide imposita, stabilire, quod deinceps tenendum ac sequendum sit.

Quare postquam provinciae istius doctores et R. V. cum illis omnia bene examinarint, debebit iudicium hoc ad nos mittere; idque quam primum; cupimus enim ita rem instituere, ut patres procuratores, qui ad primam congregationem venient[10], studiorum ordinem omnino absolutum ac stabilitum secum referant. Quod ut perfici possit, oportebit, omnibus victis impedimentis, patres a R. V. designatos aliis occupationibus expediri, ut in hanc unam cogitationem incumbentes quinque vel sex ad summum mensibus censuram hanc suam finire possint; quoniam alioquin non satis spatii superesset ad eam recognoscendam et ad totam rem ultima lima perficiendam ante procuratorum adventum; qui deinde, ut R. V. novit, tot afferre solet occupationes, ut aliis rebus nullum relinquat tempus. [101*v*]

Deinde illud restat, ut R.ae V.ae cum ea, quam res postulat, efficacia tum celerem ac diligentem huius negotii expeditionem commendem; tum etiam moneam, ut expresse suis mande, ne ulli externo homini tractatum hunc ostendant; quoniam, ut videbit, cum nostrorum

---

[7] Vide *Const.* P. III c. 1 § 18 et litt. O; MI *Const.* III 86.

[8] Vide eorum tractatum: *Commentariolus»* inscriptum; supra, p. 18-33.

[9] Haec provinciarum responsa seu censurae exhibentur in MP VI.

[10] Congregatio procuratorum celebrata est Romae diebus 16-19 novembris anni 1587; v. *Breves notitiae* ... p. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tantum gratia scriptus sit, multa in eo particularia continentur, quae non convenit cum externis communicari[11].

Commendo me R.ae V.ae et omnium nostrorum sanctis sacrificiis. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum semper. Amen.

Romae, 21 aprilis 1586.

Excuso iam hoc libro de ratione studiorum, sex puncta occurrerunt, quae separatim scripta mittuntur[12]; de quibus item faciendum erit iudicium a patribus, quos R. V. delegerit.

Reverentiae Vestrae servus in Christo.

Claudius Aquaviva.

---

[a] necessariis *om. t40A* / [b] doctrinae *rep. t40A* / [c] *[!]*.

---

[11] Hoc mandatum impedire non potuit, quominus Ratio in manus inquisitorum hispanorum venisset; de quo negotio cf. *supra, Introd. gen.*

[12] Quae puncta videas supra, p. 15.9

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[RATIO STUDIORUM S. I. ANNI 1586

— RETRACTATA]

DE SCRIPTURIS

CAPUT PRIMUM [1a]

Omni sane contentione conandum videtur, ut Divinarum Scripturarum studium, quod apud nostros parum viget[2], excitetur atque efflorescat. Ad id enim nos hortantur exempla sanctorum patrum, qui cum in vero ac germano Scripturarum sensu pervestigando operae plurimum collocarint, satis etiam nos monitos esse voluere ita scholasticis quaestionibus esse vacandum, ut nihilo minus iucundum nobis et gloriosum videri debeat, Deum audire loquentem per prophetas et apostolos suos; cum praesertim ex Scripturis desumantur veritates, in quibus explicandis scholastici versantur; ut commentarios sequi videantur, relicto textu, qui se totos scholasticae theologiae tradunt, posthabita soliditate Scripturarum; hoc esset quasi mutilos et mancos informare theologos.

Quocirca Constitutiones non minus Scripturae, quam scholasticae studium commendant[3]. Quod etsi per se expetendum sit quovis tempore, praecipue tamen hac tempestate, cum haeretici a scholastica ad Scripturam provocant catholicos, quos in tam sancto pioque exercitationis genere ab haereticis vinci turpissimum esset; fieretque (quod et acci-[1*v*]dit aliquando), ut qui Scripturarum studio delectantur, haereticorum mallent, quam catholicorum uti commentariis. Qui tamen dum studerent aurum de stercore colligere, ut est in proverbio, plus interdum sordium, quam auri reportarent. Aequissimum vero est, ut Societas, quae suam cupit theologiam necessitati temporum accommodare, et suos instruere ad pugnandum cum haereticis, hoc in primis armorum genere eos muniendos curet, quo potissimum solemus praelia Domini praeliari.

Quin etiam si Ecclesiae pax vigeret maxime, nihil tamen esse oporteret antiquius lectione Scripturarum. Haec enim magnopere, cum in caeteris arescentem spiritum experiamur, non parum alit animorum pietatem, cuius nisi aliquo quasi pabulo recreentur, qui litteris vacant, paulatim[b] fervore pristino tepescente in externas diffluerent consolationes; et inflante scientia, tunc equus[c] nimium saginatus recalcitraret[4], cum maxima eius opera Societas indigeret.

Concionatores etiam, scholasticis tantum imbuti studiis, non raro in suis evanescerent cogitationibus[4*]; de Scripturis vero, quas vix primoribus labris degustassent, aut nihil afferrent in medium, aut parum ad rem, alienis glossis et fucatis argutiis Scripturam adulterantes.

His malis ne laboremus, vix aliter provideri potest, quam sedula superiorum diligen-

---

[1] Cf. textum huius capitis cum textu R 86/A; supra, P. I, p. 43-47.
[2] Vide *ib.*, p. 43 adn. 2.
[3] Cf. *ib.*, adn. 3.
[4] Cf. Deut. 32 15.
[4*] Cf. Rom. 1 21.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tia in pro-[2*r*]movendis, exercendis, illustrandis Scripturarum studiis, et iis, qui Scripturae vacant[5]. Hi namque magnam susceperunt provinciam; quam ut sustineant, multis egent praesidiis, linguarum peritia, eruditionis varietate, antiquitatis observatione, scholasticae munimento, ut tuto ac proprie loquantur. Quare cum hoc opus laboriosum maxime sit, qui hoc stadium decurrere iubentur, modis omnibus sublevandi incitandique sunt. Quae vero ad huiusmodi studium iuvare possent, haec fere veniebant in mentem[6].

INCITAMENTA STUDIORUM SCRIPTURAE

CAPUT SECUNDUM[7]

1. Quo fiant iuniorum animi ad Scripturarum studia alacriores, usui posset esse, si theologiae auditores, a professore Scripturarum et[e] studiorum praefecto seligendi, in singulos fere menses lectionem[f] aliquam habeant ad[f] obscuriorem et celebriorem aliquem locum Scripturae egregie pertractandum[g] in refectorio, dum prandetur aut coenatur; sicut eadem hora latine nonnunquam habentur orationes. Quin etiam id in publicis gymnasiis aliquando fieri posset cum magno auditorum conventu. Cum enim Scripturae professor quatuor in hebdomada diebus, et eo amplius docere soleat ordinarie, posset semel aut iterum in mense interquiescere, ut eo die ab auditorum[h] aliquo Scripturarum lectio habeatur per [2*v*] dimidiam fere horam; altera vero dimidia auditores duo, quos ad id professor satis instruxerit, argumententur non tam scholasticis subtilitatibus, quam variis Scripturae locis, diversis linguarum idiotismis, aut patrum interpretationibus. Ea namque exercitatio et eos, qui exercentur, oblectabit non parum, et caeteros ad eandem palaestram non sine magno fructu accendet.

2. Ad id etiam non parum conferet, si ad magisterium doctorisve gradum non promoveantur, nisi qui prius[i] nonnullas etiam theses de primariis aliquot Scripturae locis defenderint, scholasticis intermiscendas conclusionibus.

3. Proderit adhuc magnopere, si scholastici professores, quoties inter legendum aut disputandum egregium aliquem Scripturae expositorem in medium producunt, aut ab aliis productum audiunt, eum et cum dignitate proferant, et ab aliis prolatum excipiant honorifice.

4. Ad tuendam quoque huius scientiae auctoritatem plurimum conducet, si praepositi curent, ut et nostrorum auditorum frequentia, quanta maxima[j] fieri potest, sublatis ferme[k] exceptionibus, haec lectio coho-[3*r*]nestetur; et huius facultatis professor ea doctrinae praestantia, linguarum[l] varietate et[m] ornamento multiplicis[m] eruditionis excellat, ut scientiae, quam tractat, existimationem amplificet ac sustentet. Huiusmodi professores ne desint, alendi fovendique essent multo ante, quam ad docendum accedant, observatis iis, qui ad eam rem aut promptiores aut aptiores videntur.

5. Quo autem magis serio in hoc studium incumbant, aliqua domi repetitio instituenda est, praesente professore, et nunc hos, nunc illos de praecipuis capitibus per hebdomadam auditis interrogante. Fieri id[n] posset vacationis die[o] vel in festo minus celebri[o], aut alio commodiore die, pro ratione locorum ex arbitrio superioris, dummodo semel in hebdomada.

---

[5] Vide supra, P. I, p. 44 adn. 5.
[6] Vide ab adn. 6.
[7] Caput secundum prorsus novum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6. Neque contemnendum, quod aliquae suggerunt provinciae; videlicet, novitios, cum habeant quotidie horae quadrantem ad doctrinam christia-[3*v*]nam aliudve pium ediscendum[8], debere etiam memoriae mandare Psalterium, Proverbia Salomonis et aliquid ex Novo Testamento.

7. Acuent tandem atque[p] exsuscitabunt huius facultatis amorem libri aut tractatus aliqui[q], qui a nostris aut scriberentur aut scripti ederentur, quibus contineantur illustrium Scripturae locorum enarrationes aut institutiones, et regulae ad eam, sicut oportet, interpretandam. Haec enim si in promptu essent, nec in his conquirendis magno uniuscuiusque labore opus esset, multi ad ea legenda, saltem succisivis horis allicerentur, et facile hoc eruditionis genus redundaret ad plurimos.

8. Hic galli[r] queruntur, quod in Galliis nulla[s] publica sit[t] Scripturarum lectio, eamque petunt introduci.

Optima Ratio Explicandi Scripturas

Caput tertium[u]

1. Non haereat professor ... loquendum est [v. tR 86/A; supra, p. 44-45].

... Hic Germania superior petiit[9] (id[v] quod ei a R.P. Praeposito Generali concessum fuit)[v] pro transalpinis Scripturae professoribus, ut inter legendum possint et debeant confutare haereticorum versiones; eam enim rem experti sunt utilem; et multo utiliorem, si P. Praepositus Generalis iussu aliquis vir doctus loca Scriptu-[5*r*]rae perperam versa ab haereticis, in unum conferret atque evulgaret.

Quarto, ad id etiam conducent pontificum et conciliorum, praesertim generalium, canones, qui si quem esse significant cuiuspiam loci litteralem sensum, is ut litteralis defendatur, nec alii praeterea litterales superaddantur, nisi eximiae quaedam faceant coniecturae. Iidem si quo ex loco dogma aliquod fidei constabiliunt ex instituto, eum quoque sensum litteralem, aut si mysticum, certum tamen esse doceatur.

Quinto, patrum quoque vestigiis nostri veneranter insistant; et quem sensum plerique omnes patres, qui locum illum tractarunt, litteralem aut allegoricum esse tradiderunt disertis verbis, praesertim dum ex professo de Scripturis aut de dogmatibus disputarent, eum ut talem amplectantur, memores et professionis fidei, quam ineundo magisterium iurarunt[10], et Tridentini Concilii sess. 4 in decreto de editione et usu sacrorum librorum[11]. Immo cum de uno aliquo sensu inter patres non convenit, siquam patrum interpretationem a multis iam saeculis Ecclesia videtur complexa, ab illa non recedant: tanto magis si aliae patrum expositiones diversae quidem sint, non contrariae. Si quod autem est fidei dogma, quod fere quamplurimi patres aut theologi ex Scripturis probare contendunt, non dicant nostri, id ex Scripturis probare non posse; po-[5*v*]tius, siqui probare non possunt, id relinquant.

Sexto, non sequantur rabbinos ut duces[11]; tum quia plerumque nihil supra carnem et sanguinem sapiunt[12]; tum quia verum sensum Scripturarum iam tradidit Christus apostolis eorumque successoribus; tum quia parum fidendum est nostrae religionis adversariis; et catholicum doctorem oportet haebraeum esse lingua, non animo; quamvis secus accidat frequenter. Eadem de causa neque punctis valde fidendum, sed graviter expendendum, quomodo

---

[8] Cf. *Const.* P. III cap. 1 § 20; MI *Const.* III 87; et *Reg. Mag. Nov.* (1582) p. 115 § 76..

[9] Vide *«Observationes circa Rationem studiorum ex provincia Superioris Germaniae»;* v. in MP VI.

[10] Vide supra, P. I; p. 45 adn. 8.

[11] Vide *Conciliorum oecumenicorum decreta* (1962) 640-41.

[12] Vide supra, P, I; p. 45 adn. 10.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vel noster, vel Septuaginta, vel alii antiqui interpretes legerint, cum puncta non essent. Cavendi itaque rabbinorum doli, nec illis auctoritas ulla[w] concilianda est, praesertim[x] si fuerint ex iis, qui post Christum Dominum scripserunt[x], ne ad eos auditores afficiantur. Idem fere iudicium de quibusdam recentioribus christianis interpretibus, qui plus nimio sequuti rabbinos, de Vulgata editione latina male merentur. Siquid tamen isti vel rabbini afferant, quod vel Vulgatae editioni vel mysteriis fidei faveat, praetermittendum non videtur; caetera vero rarius, etiamsi nostris contraria non sint, sed tantum diversa; immo, nec laboret professor in conquirendis exagitandisque rabbinorum erroribus, nisi valde insignes sint.

3. Interpres Scripturae ... Nunc ad scholasticam theologiam [v. tR 86/A; supra, p. 46-47].

---

[a] Cap. p.m *m. Tucci* / [b] paulatim *del.* spiritu / [c] equus *sup.* / [d] Incitamenta ... secundum *m. Tucci* / [e] et *del.* stud[iorum] / [f] lectionem ... ad *in marg. m. Tucci* / [g] pertractandum *del.* explicandumque suscipiant / [h] autorum *ms.* / [i] *corr. ex* primum / [j] maxima *in marg. m. Tucci* / [k] ferme *sup.* / [l] linguarum *del.* peritia / [m] est ... multiplicis *m. Tucci in marg.* / [n] id *del.* non incommodo; *sup. m. Tucci* posset / [o] die *del.* sub crepusculum postquam a vinea reditum sit (*prius* est), praesertim ab octobri ad Pascha. Per aestatem vero aut festis quibusdam diebus, in quibus cum minus celebria sint, sive nimium frequentia, aut dominicis diebus, in quibus post menstruas sabbathorum disputationes, domi vacatur a scholasticis exercitationibus; *in marg. m. Tucci* vel in festo minus celebri / [p] atque *del.* excitabunt; *sup.* exsuscitabunt / [q] aliqui *del.* qui a nostris; *sed restit.* / [r] Galli *del.* quaerunt / [s] nulla *del.* sit / [t] sit *sup.* / [u] Optima ... tertium *m. Tucci* / [v] id quod ... fuit *m. Tucci in marg.* / [w] ulla *sup.* / [x] praesertim ... scripserunt *in marg.*

De Scholastica Theologia[1]

De Tempore
quo scholasticae theologiae curriculum perficiendum sit et per quot Professores[2]

Caput primum

Quadriennio theologiae cursum absolvendum esse satis aperte significant nostrae Constitutiones. Nam in 4.a Parte cap. 15 «Theologiae, inquiunt, curriculum sex annis emetietur. In primis quatuor ea omnia, quae legi oportebit, praelegentur»[3]. Quibus verbis non solum praescribitur quadriennium auditoribus ad audiendum, sed etiam professoribus ad legendum; et quidem omnia, quae praelegenda sunt. Et infra: «Quarto quoque anno ordinarie cursus inchoabitur, sic libris praelegendis distributis, ut quolibet quatuor annorum quivis studiosus inchoare possit, et quod reliquum est incaepti quadriennii, et eius, quod sequitur, quadriennii usque ad illum terminum, unde incaeperat, audiendo, quatuor annis peragere omnino[a] cursum theologiae possit»[3]. At non rediret auditor post quadriennium ad terminum, unde incaeperat, si adhuc intermediae superessent[b] materiae quinti anni. Neque obstat, quod in Declaratione dicitur D: «Si talis esset rerum status in aliquo collegio vel universitate Societatis, ut

---

[1] De eadem vide R 86/A; supra, P. I p. 48-85.
[2] Vide supra, P. I p. 48-52.
[3] Vide MP I 303.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

secundo quoque anno inchoare melius videretur, vel aliquanto post quartum, de consensu Generalis vel Provincialis fieri poterit quod ma-[8*v*]gis convenire comperietur»[c4]. Non obstat, inquam, tum quia aliud est generalem legem condere, aliud cum aliquo collegio dispensare, de qua dispensatione loquuntur Constitutiones; tum quia dicunt: «Aliquanto post quartum annum». Quod ex proprietate verborum paucos significat menses, non annum integrum.

1. De numero autem professorum maior est dubitatio; quoniam tres esse oportere, multipliciter posset suaderi; minor enim numerus obest magnis progressibus nostrorum scholarium, ut excellentes numquam vel raro evadant; experientia enim[d] docet, numquam exacte potuisse a duobus perlegi theologiam totam, immo neque primarias quaestiones.

2. Quia in aliquot academiis magnam per tres professores sibi nostri auctoritatem compararunt accurata theologiae pertractatione; ita ut episcopi, inquisitores, aliique multum nobis deferant et nostris acquiescant sententiis, cum aliquid dubii occurrit. Ruet haec existimatio, nisi iisdem viis, quibus parta fuit, conservetur.

3. Multae theologiae partes nondum perfectae sunt, nec eas perficiendi spes reliqua fiet, si circumscripto duobus professoribus quadriennio, non tam curandum sit, ut aliquid addatur, quam ut multa resecentur; immo opiniones, quas nunc passim [9*r*] damnamus, possent aliquando iure quodam suo reviviscere, tamquam nondum plene examinatae; et vix poterimus esse, ut oportet[e], parati ad satisfactionem omni poscenti nos de ea, quae in nobis est, spe et fide.

4. Egregios scholastici nostri optant facere progressus in studiis, ne vincantur in oppositionibus, per quas nunc beneficia consequi debent; cum praesertim nostri theologi in his concursibus frequenter confligant cum casistis et canonistis, quorum facultates si a nobis leviter attingantur[f] (quod[g] fieri oportet, ut vacetur gravioribus), vilescet theologia; cum praelati praeferant versatos in casibus et sacris canonibus, tamquam suo gregi utiliores. Neque vero sperandum est, ut quam in scholis excellentiam in casibus aliisque id genus adepti non sunt, privatis studiis adipiscantur. Id enim indiget longo tempore, copia librorum, praestantia ingeniorum, aliisque, quae omnium esse non possunt.

5. Nostri praeceptores fient doctiores; nam intra octennium trium professorum quilibet omnes theologiae quaestiones excutiet accurate; et singuli satisfacient scholaribus, qui praeceptoris commentarios non satis elaboratos facile[h] fastidire solent. Adde quod, cum publice docendo doctores egregii fieri soleant, quo plures docent, pluribus abunda-[9*v*]mus egregiis doctoribus. Quocirca nonnullae religiosorum familiae, quo sibi numerosiorem doctorum copiam comparent, plurimos variis in locis conantur habere professores, cum pro auditorum numero pauci satis essent. Apud nos contra, quo theologia ad pauciores contrahatur professores, eo minus eorum numerus propagatur; et qui nunc docent, tanta studiorum contentione citius conficiuntur. Auditores etiam et minus intelligunt et magis defatigantur audiendo, scribendoque duabus horis properanter, quam tribus paulatim. Conscientiae quoque casus tunc a theologiae professore condiscerent; et quidem magis libenter et accurate.

6. Valetudo tandem praeceptorum periclitabitur, si laborem in tres commode dividendum, totum exantlare cogantur duo; cum praesertim ad laborem tam multa, quae sparsa sunt, colligendi, accedat et onus resecandi, quae minus utilia sunt; in quo delectu et tempore et acri iudicio opus est; nec libenter intra horam effunditur, quod multis diebus ac vigiliis collectum est.

---

[c] Vide MP I 305.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Argumenta in alteram partem[i]

At vicissim quam plurima, sed quatuor potissimum obstant incommoda, ne tertius professor addatur. Primo, penuria professorum. Nunc enim, ut duo reperiantur idonei, non parum laboratur; quorum si quis aegrotet, vix est, qui pro dignitate locum aegrotantis expleat. [10*r*] Neque hanc paucitatem tollendam esse facile sperari debet, cum eam in dies fieri maiorem experiamur, et multi aut moriantur aut senescant, aut fessi vacationem petant[j], aut ad alia ministeria necessario transferendi sint. - 2°, paupertas aliquot collegiorum aut etiam provinciarum, quarum reditus pares non sint alendis aut[k] tribus professoribus, aut tot auditoribus, ex quibus assumendi sunt, qui in eorum locum, quando res tulerit, suffici[l] possint; cum praesertim theologiae professor multis egeat[m] libris aliisque commodis. - 3°, valetudo nostrorum, quos experimur duabus nunc scholasticae et una Scripturae lectionibus magnopere gravari et confici; quid si quartae lectionis, quamvis per biennium, fiat accessio? Nec obest, quod aiunt, plus duabus nunc lectionibus tam laboriose ac festinanter excipiendis[n] auditores delassari, quam tribus moderate commodeque scribendis. Non obest, inquam, quoniam quotidie cernimus, ingenia professorum non facile expleri solere, et velle unumquemque in suam praelegendi horam coacervare quaecunque potest, conquisitis, undecunque licet, quaestionibus, dubitationibus, distinctionibus et id genus aliis, ne minus quam alii lectionem locupletare videatur; quare etiamsi initio fortasse paulo moderatius acturi sint, tamen magis ac magis in dies invalescente studio illustrandi cumulandique res suas, ob tertii professoris accessionem caeteri duo[o] nihilo minus de- fatigabunt auditores, quam si duo tantum forent. - 4°, oppressio ingeniorum, quae in tres quotidie tam diversas, graves ac disputatorias lectiones non possunt [10*v*] mentis aciem, sicut oportet, intendere; sicut et stomacus aliquis[p], qui duobus tantum in diem panibus concoquendis par sit, si tertius adhuc accedat, nec ipsum, nec alios duos concoquet. Neque enim in multis audiendis, sed in auditis accurate percipiendis parandae scientiae praesidium est.

In tot difficultatum salebris, cum utrinque gravissimae rationes urgeant, tria potissimum videntur esse statuenda. Primum, ubi collegiorum fundatio tres exigit professores, retinendos esse, nec in iis locum iam esse deliberationis.

2. In aliis autem collegiis seu provinciis, in quibus[q] a trium professorum numero priora tria incommoda facile poterunt amoveri, quoniam et caeli salubritas et valetudinis firmitas et ingeniorum plusquam mediocrium copia, et optimi reditus suppetunt, praepositis provincialibus liberum sit, tres adsciscere professores, dummodo[r] curetur sedulo per rectores et studiorum praefectos, ut, quoad eius fieri poterit, quartum etiam tollatur incommodum. Quod eveniet, si tres ita sibi temperent professores, ut haec tripartitae theologiae divisio ingenia auditorum non obruat, sed sublevet; neque hac distributione plus materiae infarciatur, sed quod a duobus permodeste et acervatim fuerat ingerendum, a tribus commode ac suaviter instilletur; nec plus oneris accessisse videatur, sed quod erat antea, in plures fuisse divisum, quo facilius sustineretur. [11*r*]

3. Aliis locis, quae memoratis laborant incommodis, duo satis sunt professores, qui primarias docte pertractent quaestiones; nam caeteras alternis quadrienniis, ut dicetur inferius[5], possent exponere[s].

Unum illud annotandum, ubi duo tantum sunt professores, non esse eos[t] onerandos

---

[5] Vide caput secundum; inferius, p. 181-86..

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quaestionibus, quae ad conscientiae casus pertinent; alioquin cogentur principes alias disputationes omittere et mancos ac mutilos informare theologos; quamquam viceversa neque minus manci ac mutili futuri sunt, si decurso theologiae studio, nihil fere casuum eo modo, qui cap. de conscientiae casibus praescribitur[6]. - Secundum, ubi huiusmodi professor nec est, nec esse potest, aut ad eum audiendum non expediet obligare theologos, ipsi scholastici professores theologicas materias, quae in conscientiae casibus positae sunt, non omittant penitus, sed [11*v*] in aliquas conclusiones, una aut altera auctoritate seu ratione probandas summatim, redigant ac dictent. - Tertium, si nec ad id praestandum scholastici professores habeant supellectilem, quam vellent, theologi ex quatuor annis, quibus duos scholasticae professores audiunt, audiant etiam uno biennio Scripturam, altero autem extraordinarium scholasticae professorem, nihil aliud explicantem, quam moralem theologiam, conscientiae casus amplectentem[u]. Et ne Scripturae lectio altero biennio vacet, dimidia pars una theologorum audiat Scripturam, altera professorem extraordinarium. Quod si auditorum numerus minus fuerit copiosus, quam ut commode dividi possit in duas partes, Scripturae interpres et extraordinarius professor alternis doceant diebus toto quadriennio. Et aliquando posset evenire, ut unus atque idem professor par sit huic utrique oneri sustinendo; aut si non sustineat, quibus diebus[v] vacabit, parare potest in omnem[x] theologiam lectiones, quas habere possit[y] ut ordinarius professor, quando fuerit opus. - Quartum, quod et expeditissimum videtur et aliquando usitatum in Collegio [12*r*] Romano, non sine magno fructu et celebri auditorum frequentia, est, ut aliquis theologiae doctor, quantae maximae authoritatis haberi poterit, sive is sit, sive fuerit aliquando[z] unus de numero professorum[a], duobus in hebdomada diebus, ut tertia et sexta feriis per totum quadriennium a prandio extrema scholarum hora, in amplissimo quod fuerit gymnasio, omnibus theologis (his enim diebus Scripturae lectioni supersedendum esset) explicet primarias casuum conscientiae materias[b] graviter et distincte per aliquas conclusiones, quas uno aut altero fundamento probare satis fuerit. Hac enim ratione neque contemnendi fient progressus, neque grave erit theologis rem tam utilem ac necessariam ab eo audire, a quo solent aut possent discere theologiam.

---

[a] Omnino *sup.* / [b] super *in marg.* / [c] *prius* experietur / [d] enim *del.* probat / *sup.* docet / [e] ut oportet *sup.* / [f] *attingatur del.* quod / [g] quod *del.* et; *sup.* fieri / [h] facile *in magr.* / [i] Argumenta ... partem *in marg. m. Tucci* / [j] petant *del.* aud / [k] aut *del.* tot; *sup.* tribus / [l] suffici in marg. / [m] egeat *in marg.* / [n] excipiendis *del.* gravari ac confici / [o] duo *del.* non; *sup.* nihilo / [p] aliquis *in marg.* / [q] in quibus *in marg. m. Tucci* / [r] dummodo *del.* cu- retur; *sed in marg. rest.* / [s] exponere *del.* Quod vero pertinet ad conscientiae casus, postea explicabitur, quomodo sint a theologis audiendi; unum illud, ubi duo sunt theologiae professores / [t] eos *sup.* / [u] amplectentem *del.* hoc est eas materias, quae in theologicarum quaestionum catalogo sub finem quarti generis indicantur / [v] *prius* quo tempore / [x] omnem in marg. / [y] possit *del.* ne; *sup.* ut / [z] sive fuerit aliquando *in marg. m. Tucci* /

[a] professorum *del.* sive fuerit aliquando usitatum / [b] materias *del.* de quibus supra dictum est.

QUIBUS ADIUVANDI REMEDIIS DUO PROFESSORES UT THEOLOGIAM EMETIANTUR QUADRIENNIO

CAPUT SECUNDUM

1. Recognoverunt deputati patres ... non ignorent. [v. R 86/A; supra, P. I p. 52-55]

---

[6] Vide R 86/A; supra, P. I p. 88-93.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Ratione ac Modo Praelegendi

Caput tertium

Frequentem S. Thomae lectionem ... quaedam S. Thomae explicatio. [v. R 86/A; supra, P. I p. 55-56]

4. Quoniam de dictandi explicandique methodo[a] [18*v*] varie decertari consuevit, omnibus, quae in utramque partem adduci solent, diligenter expensis, videtur omnibus fieri posse satis, si res in hunc modum constituatur:

Primo, quaecunque praeceptor iudicaverit expedire, ut ab auditoribus scribantur, ea sic praelegat ac tradat, ut a plerisque omnibus scribi possint non incommode. Alioquin schola fere deseritur. Nam si non habeant in manibus auditores lectionem, quam audierunt, unde et quomodo seu[b] secum ipsi, seu cum aliis eam repetent? An ex libris doctorum rursum illum colligent? Quibus tantum otii, ingenii et librorum suppetet? Quod si scribant et properanter nimium, quam incomposite scribent, quam inepte ac mendose! Quod permagni interest in re theologica, quae ex unius voculae nonnunquam mutatione errores et haereses proseminat. Accidit etiam [19*r*] frequenter, ut qui commode non scripserunt in scholis, totum coguntur diem perdere in scriptis resarciendis, et saepe non inveniant, unde resarciant emendate; paucissimis enim contingit, ut festinante praeceptore, dum quibusdam excipiendis intenti sunt, alia non[c] praeterlabantur; eo praesertim quod, dum nesciunt eligere meliora, omnia quae labuntur ab ore docentis, captare percupiant. Quod si, quae nos docemus, excipere nequeant auditores, diffugient ad externos professores, a quibus plus quam commodae dictationis alliciuntur illecebra.

Quid quod lectionum nostrarum, si bene conscriptae fuerint, copiosior fructus erit, latiusque manabit libellorum communicatione, quae etiam multum professoribus comparabit autoritatis apud plerosque viros graves, qui cum scholam frequentare nequeant, optant tamen habere descripta, quae [19*v*] docemus, et ex nostrorum lucubrationibus proficere.

Adde quod non omnes quaestiones uno pertractari valeant quadriennio, sed alias atque alias alternis quadrienniis plenius edisserendas esse, supra constitutum sit[1]. Si presto non sit copia commentariorum diligenter perscriptorum, non poterunt auditores aut quae ipsi non audierunt, ab aliis mutuari, aut cum ad docendi munus vocantur, alienis iuvari commentariis; immo nec suis tam perperam exaratis[d] delectabuntur neque confident.

Sint tandem duo pares ingenio, diligentia et id genus aliis rebus; experimento compertum est, ad omnia promptiorem esse, qui lectionem diligenter excepit, quam qui audiit tantum aut scripsit incondite.

Secundo - Siqui professores ea memoria, eloquentia, dexteritate polleant, ut citra dictationem possint auditoribus praebere tempus et opportunitatem ad scribendum, quaecunque [20*r*] scribenda sunt, eos sane dictare nequaquam oportet; quin etiam ut ad id privatim exerceantur atque instituantur, quo ad eius fieri potest, priusquam publice doceant, optandum est. Siquidem non modo nulla absolute dictandi necessitas est, cum dictandi usus ante 50 vel 60 annos fuerit inauditus; nec tamen fuerint minus docti tunc auditores, quam modo.

---

[1] Vide R 86/A; supra, P. I p. 55 § 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Sed etiam cum sine detrimento possunt, ut oportet, excipi, quae docentur, tollenda dictatio esset. Aliud enim est praelegere et audire, aliud dictare et scribere ad poliendum[e] commentarium. Explicantis sane viva vox magis afficit, exprimit, imprimit, excitat, suspendit attentionem. Quae omnia languent in emortua dictatione. Itaque assuefaciendi sunt auditores, ut suas faciant res, quas audiunt, et suo iudicio ac delectu scribant. Sic intelligent melius, et magis excitabuntur. Si quis vero error inter[f] legendum [20*v*] excidat professori, si non penitus, at facilius dissimulari posset, ubi non dictatur. Quin etiam sicuius professoris aut stylus sit rudior, aut minus acre iudicium in rebus breviter apteque digerendis, magis id proditur dictando; nam breviter, latine, concinne dictare paucorum est. Adde quod ipsamet dictatio aequo prolixiores facit praeceptores. Abutuntur enim hac occasione ad omnia, quae uspiam legerint, coacervanda, minime coacervaturi, si ea omnia deberent ediscere aut in promptu habere ad explicandum.

Ad haec, sicubi de non dictante professore queruntur auditores et diffugiunt, minus quererentur et diffugerent, si omnes professores ad praelegendum egregie incumberent, amota dictatione. Nam si unus dictat et alit pigritiam delicatorum, alter non, quis dubitat futuras gratiores delitias, quam labores et spinas. Immo dictatione [21*r*] fiunt quotidie pigriores, ut plus temporis semper exigant. Vicissim sine dictatione fiunt quotidie celeriores, ut minus temporis opus sit.

Tandem dictandi usus nusquam iubetur aut probatur expresse in Constitutionibus nostris. Nam 4 Par. c. 6 lit. I «Videant superiores, inquiunt, num conveniat scholasticos classium inferiorum libros papyraceos habere, ut scribant in eis lectiones, et inter lineas et ad[g] marginem, quod oportebit, annotent. Provectiores in humanioribus litteris et aliis facultatibus chartam secum ferent ad ea, quae audierint vel eis occurrerint notatu digna annotanda, et postea maiori cum ordine digesta, transferent in libros papyraceos, quae in posterum conservata velint»[2]. Non iudicant itaque Constitutiones tempus, quod in audiendo ponitur in scholis, opportunum esse plene et ordinate excipiendis iis, quae dictat praeceptor. Id enim postea [21*v*] faciendum esse significant; in scholis vero scribendum esse, quo memoriae defectui consulatur, ut expresse ibidem dicitur in textu. Item § 16 «Absoluto, inquiunt, studio, ad eius repetitionem qui destinatur, poterit ex iis, quae ad eam facultatem pertinent, si eidem rectori visum fuerit, in scripta brevius, distinctius et accuratius redigere ea, quae prius in lectionum decursu scripserat cum minori doctrina praeditus erat»[3]. Indicant igitur suo ea iudicio et delectu[h] scripsisse, non excepisse dictata. Ibidem littera O[4] «Huiusmodi scripta fieri non debent, nisi ab iis, qui maiori doctrina et clariore ingenio et iudicio pollent, et reliqui horum labore frui poterunt»[3]. Potius dictatis a praeceptore, si haec dictanda essent, frui deberent. Item «Conveniret, inquiunt[i], etiam a magistro ea approbari»[3]. At si dictavit, [22*r*] quae approbatio maior expetenda est? Infra «Alii annotationibus praeceptoris iuvari possunt»[3]. Non igitur id commune futurum est, sed quibusdam. Neque de iis dicitur, posse iuvari dictatis, sed annotationibus praeceptoris; quas nempe praeceptor traderet domi transcribendas.

Tertio - Professores qui, nisi dictando, consequi non possunt, ut auditoribus facile sit excipere, quae docentur, dictent oportet. Auditores enim plerisque locis nec lectionem audivisse, nec quicquam sibi videntur profecisse[j], nisi secum referant dictata; et vix ex 100 5 aut 6 esse soleant, qui assequi possunt praeceptorem non dictantem. Immo, si quando paulo celerius dictetur, tota schola sibilatur ac fremitur. Itaque in Lusitania, in Gallia, in Germania, in Hispania celeberrimae quaeque academiae [22*v*] usum dictandi recepere; tantosque ex eo ex-

---

[2] Vide MP I 241.
[3] *Ib.* p. 255.
[4] *Ms.* «*P*».

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pertae sunt discipulorum progressus ac fructus, ut sicubi dictari vetitum fuit aliquando, oportuerit postea id regio iussu ac diplomate restitui, ut remedium nostrae aetati opportunum; cum auditores constat esse tardiores, et ideo lactandos hoc quasi pabulo dictationis. Quid quod professor dictando docet consideratius, solidius, brevius; allegat authores fidelius, memoriae seu ingenii tarditatem dissimulat honestius, ut propterea plures, qui possint docere, futuri sint; minus ardore disputandi abripitur ad absurdas atque indignas exaggerationes; docendi laborem tolerabilius sustinet[k]. Nam si philosophi vix duabus lectionibus quotidie dictandis pares sunt, quid si eas aut totas aut magna ex parte memoriter recitare [23*r*] cogantur, verborum etiam copiam parare tantam, quantam decora et illustris postulat explicatio. Quae, nisi admodum sapienter temperetur, scribentem discipulum interturbat, si attendat; sin de ea cogitat nihil, soli scriptioni intentus, tota inutiliter atque inaniter effluit. Denique etiam si Constitutiones nusquam dictandi consuetudinem approbent, non improbant tamen. Suggerunt sane subsidia quaedam, quibus utantur auditores, ubi dictari non solet. Nam fere non solebat, quo tempore P. Ignatius meditabatur Constitutiones. Sicut nec adeo copiosas et amplas quaestiones tunc professor disserebat in scholis. Constat tamen illum optasse, ut quae audiuntur in scholis, memoria retinerentur. Nam ad id non pauca tradidit adiumenta; nec plura vetuit excogitari. Quare sicubi res ipsa docuit, memoriae subvenire non posse [23*v*] aliter, quam dictatione, legislatoris potius mens et finis spectandus est, quam modus. Nam defendenda civitas omnino est, etiamsi oporteret, praeter modum a rege praescriptum, cum is non sufficit, alios atque alios excogitare.

Quarto - Quicunque dictaverint, meminerint non omnia, quae docent, esse dictanda; non enim quae habentur in vulgatis et in promptu positis autoribus. V. gr. si quid ex Caetano refertur, cum is autor in manibus pene omnium sit, locum dictare satis fuerit, non sententiam, nisi obscura sit admodum. Neque dum dictatur, propositio verbatim pronuntietur, interposita mora, sed tota fere uno spiritu percurratur; eademque totidem, si oportuerit, verbis repetatur.

Quinto - Ea vero, quae dictanda fuerint, non obscure quidem, brevissime tamen dictentur, verbis domi compositis [24*r*] et ad id conquisitis; tum ne multum temporis pereat in tam prolixa dictatione; tum ne vilescat et contemnatur explicatio praeceptoris. Ea namque et avide expectabitur et excipietur attente, si animadvertat auditor ea, quae scripsit, explicationis indigere. Excitabitur etiam tam ad praeceptorem aliquando interrogandum, quam ad attente legendum S. Thomam, et aliquem commentarium, si non omnia enucleata ac propemodum praemansa habere se videat in dictatis; nam et praemansus a nutrice cibus et stomacho ingestus minus nutrit, quam si infantis dentibus mandi posset.

Sexto - Nusquam dictetur omnino sine eorum, quae dictantur, explicatione. Alioquin futurum brevi est, ut plures habeamus dictatores, quam doctores. Eo sane docendi [24*v*] genere, quo[l] nihil aliud, quam dictatur[l], languescunt omnia. Obdormitant animi perpetuo, scribuntur multa, pauca et a paucis intelliguntur. Papyraceae potius chartae litteris[m] inarantur, quam scientia mentes audientium. Implentur scamna scribis potius et notariis, quam discipulis, qui frequenter pretio conducunt, quos possunt, eosque pro se togatos in gymnasium mittunt, qui scribendo alienam mentiantur personam. Nec raro scholae spoliantur optimis auditoribus, qui si non plus a magistri voce adepturi sunt, quam a descriptis commentariis, scholas adire negligunt. Vilescit authoritas professoris, qui non plus praestat e cathedra, quam quod minimus quisque praestare posset, si clara voce polleat ad dictandum. Ad haec, quantum taedii non scribentibus, praesertim etiam praelatis aliquando et illustribus viris. Numquid monendi sunt [25*r*] ut non adsint, dum dictatur, sed cum postea explicabitur? Ergo per dimidiam horam tantum intererunt, et audient assuetum languidae dictationi et scriptis fidentem, minus quam in explicando exercitatum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Neque faciunt satis, qui postquam totam dictaverint lectionem, dictatam explicant. Nam utrumque tempus pene videtur amissum. Dum enim dictatur, intenti sunt auditores[n] potius scribendo, quam intelligendo; cum praesertim antequam sententia aliqua integretur, principii fere subeat oblivio. Scribitur etiam sine respiratione ulla, quae legente et explicante praeceptore frequens esse potest. Dum vero fit postea explicatio, partim quia defessi sunt, partim quia putant se habere iam doctrinam in papyro, vel abeunt, vel oscitant, vel relegunt scripta ad videndum, si quid desit. Praeceptor postquam dictavit, satisfecisse putat muneri suo; explicationem breviter deglutit tanquam rem laboriosam, egentem memoria, promptitudine, facilitate explicandi, orationis copia. [25*v*] Quare paulatim evanescit in nihilum, ut in quibusdam iam fit academiis. Plus temporis perditur. Nam cum dictata explicat professor, cogitur etiam clariora repetere, ut continuet rerum suarum contextum; quod legenti non est necessarium, sed haec statim praetervolat. Adde quod, cum quisque studeat res suas polite dictare, multis non necessariis onerantur scribentes[o]. Denique dictatio cum exigat tres quadrantes, duos explicatio, addendum esset tempori, quo praeceptores sint in scholis sive legendo, sive assistendo repetitionibus; et confunditur ordo scholarum, confusis lectionum signis.

Septimo - Explicatio itaque tota neque anteponenda, neque postponenda dictationi est, sed vicissim una alteri permiscenda per omnem lectionem. Nam postquam rem aliquam v. gr. conclusionem, sive [26*r*] distinctionem, sive fundamentum, aut aliquid aliud simile dictaverit professor, si facile esse cognoverit, nec explicationem desiderare, non explicet, sed ad reliqua dictanda progrediatur. Sin id obscurius aut valde dignum annotatu esse intellexerit, sistat et explicet. Mox aliud quidpiam dictet; et si perspicuum fuerit, pertranseat; sin difficile aut magni momenti, exponat antequam alia subiiciat. Atque id in singulis lectionis partibus observet. Ei tamen liberum erit, velitne, ut dictatio praecedat, an sequatur explicationem. Hac sane gratissima varietate et animi recreabuntur, et minus fatigabuntur vel professores explicando, vel auditores scribendo. In hoc dictationis genere professor non tam dictatoris, quam doctoris personam ac dignitatem sustinere [26*v*] videbitur; minus etiam onerosus et gravis iis, qui audiunt non scribendo. Nec sola dictatione languescet, sed explicandi etiam facultatem studebit consequi, ut velut ambidexter utraque manu pugnare valeat. Auditores etiam perfruentur bonis et commodis tam dictationis, quia fideliter, tuto et minus anxie ac laboriose scribent, quae scribenda fuerint, quam explicationis, quia vivae vocis praesidio excitabuntur identidem, et ad clariorem rerum erigentur intelligentiam.

Octavo - Denique ad tollendam huius quaestionis molestiam nostrorumque diversitatem dictantibus aliis, aliis non dictantibus, pleraeque provinciae nostrae Societati consultissimum esse responderunt, ut admodum R.P. Praepositi[p] Generalis iussu a primariis, qui inter [27*r*] nostros sunt, theologis et philosophis plenissimus conscribatur tum philosophiae tum theologiae cursus, in quo S. Thomae, aliorumque omnium doctorum[q] sententiae cum eorum fundamentis obiectionumque solutionibus distincte, breviter, perspicue, fideliter referantur, relicta tamen libertate in illis quaestionibus, quas liberarum propositionum catalogus continet[5], caeteris vero definitis; ita tamen, ut professori liceat et in definitis modicam aliquam addere confirmationem, et in liberis sequi partem quam maluerit, eamque breviter corroborare. Ea res professores a dictando, auditores a scribendo, utrosque vero a laboribus ac morbis variis liberaret; plus adhuc temporis suppeditaret et ad veritates subtilius examinandas, tacita meditatione, et ad frequentiores disputationes aliasque exercitationes obeundas. [27v] Deni-

---

[5] Catalogum liberarum ac definitarum propositionum vide R 86/A; supra, P. I. p. 6-17.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que tam eos, qui docent, quam eos qui discunt, faceret expeditiores tum ad suscipienda interdum alia pro salute proximorum ministeria, quae nonnunquam nequeunt evitari; tum ad Scripturis, sanctis patribus, et Deo sibique liberius vacandum. Quod opus longe nunc facillimum esset post tam multas nostrorum professorum lucubrationes, quae ne pereant, in commune bonum essent colligendae.

---

[a] explicatio *del.* Quum de dictandi explicandique methodo; *sed m. Tucci restit.* / [b] modo seu *in marg.* / [c] non *sup.* / [d] exaratis *del.* sive delectabuntur (*del.* sive); *sup.* neque / [e] polliendum *prius* / [f] inter *del.* dictandum / [g] ad *sup.* / [h] delectu *del.* ea / [i] inquiunt *sup. m. Tucci* / [j] proficisse *ms.* / [k] substinet *ms.* / [l] quo ... dictatur *in marg. m. Tucci* / [m] litteris *del.* implentur; *sup.* inarantur *m.Tucci* / [n] auditores *in marg.* / [o] scribentes *del.* Quia; *sup.* Denique / [p] Praepositi *in marg.* / [q] doctorum *in marg.*

CATALOGUS QUAESTIONUM
QUAE A THEOLOGO TRACTANDAE NON SUNT
VEL SI TRACTANTUR, NON TRACTANDAE
NISI CERTO QUODAM LOCO, NEC IN ALIO REPETENDAE

CAPUT QUARTUM

Erit huius catalogi ... videtur in II-II quam hic. [v. R 86/A; supra, P. I p. 59-68]

DE REPETITIONIBUS — CAPUT QUINTUM

Praeceptor post lectionem ... sustentetur haec exercitatiom. [v. R 86/A; supra, P. I p. 69-71]

DE DISPUTATIONIBUS — CAPUT SEXTUM

In sabbatho ... sedulo retineatur[p]. [v. R 86/A; supra, P. I p. 71-77]

DE OPINIONUM DELECTU, CENSURA, RETRACTATIONE — CAPUT SEPTIMUM

In opinionibus a Societate constitutis ... exequatur per praefectum. [v. R 86/A; supra, P. I p. 77-78]

DE PRIVATO STUDIO SCHOLASTICORUM — CAPUT OCTAVUM

Horis privato studio attributis ... authoris non poenitendi. [v, R 86/A; supra, P. I p. 78-79]

DE VACATIONIBUS — CAPUT NONUM

Vacationes plurium dierum ... lectionibus destituantur. [v. R 86/A; supra, P. I p. 80]

DE GRADIBUS BACCALAUREATUS, MAGISTERII ET DOCTORATUS

CAPUT DECIMUM

Constitutiones 4 Par. cap. 15 n. 2 ... quae germanis sunt in usu. [v. R 86/A; supra, P. I p. 80-85]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Controversiis praelegendis seu repetendis

Controversiarum repetitio ... Nunc ad conscientiae casus. [v. R 86/A; supra, P. I p. 85-88.]

De Casibus Conscientiae

Constitutiones saepe commendant ... exercitatio fiet inutilis. [v. R 86/A; supra, P. I p. 88-93.]

De Lingua Hebraea [1]

1. Constitutiones 4 par. cap. 6 D[2] hebraeam linguam ordinarie discendam non esse statuunt, nisi ab iis, qui in theologiae facultate ad aliquem gradum promoti sunt, vel in ea mediocriter eruditi.

Huic constitutioni ut satisfiat, ante vel post secundum annum non videntur theologi ordinarie [79*v*] (excepta dispensatione, de qua inferius) ad hebraeam lectionem admittendi, praeterquam quod tyrones theologi paucioribus onerandi sunt lectionibus, quam provectiores. Ea quoque res aliis adhuc ex causis[a] commode cedit; tum quia theologorum secundi anni maior solet esse numerus, quam sequentium annorum; tum quia cum tertio anno Scripturam audire incipiant[3], ex usu erit ad eam accedere hebraeae linguae non ignaros. Anno autem tertio, quae iam didicerunt in scholis, domesticae academiae praesidio confirment. Quod autem Par. 4 c. 13 B statuitur[4], ut linguae, etiam hebraica, in humanitatis seu rhetoricae classe praelegantur, non de auditoribus accipiendum videtur, sed de loco; idque cum praeter theologos hebraeam[b] scholam frequentarent alii quoque complures, per eam saltem dispensationem, quae Par. 4 c. 6 D significatur[5], facienda cum humilibus et in fide firmis. Ad quam etiam dispensationem referendum videtur, quod Par. 4 c. 13 § 4 dicitur, ut rectoris iudicium sit de studio linguarum praeter latinam, num artibus et theologiae anteponi, an postponi, et quamdiu [80*r*] in eis quemquam haerere oporteat[6]. Id tamen rector non statuet inconsulto provinciali. Ubi tamen biennium datur ad repetendam theologiam, opportunum maxime tunc est hebraeis vacare.

2. Omnes autem, quibus Constitutio[c] 4 Par. c. 6 D congruit, obligandi videntur ad studium hebraeae linguae per annum, praeter paucos, qui penitus ad[d] id inepti censerentur. Cum enim ex praescripto Constitutionum Par. 4 c. 12[7], et ex instituto scholarum nostrarum hanc etiam linguam doceat Societas, conari oportet illam mediocri saltem audientium numero sustentare, et nonnullos alere atque ita instituere, ut illam postea docere possint. Quorum iam magna penuria laboramus. Non videntur itaque ulli eximendi ab hac lectione. Nam etiam si nonnulli in principio aversi sint, contingit tamen interdum, ut post aliquem eius linguae gustum, erga eam bene afficiantur. Quin etiam expedit aliquos ad eam vel aptiores, vel propensiores designare, qui etiam[e] tertio anno in huius linguae studio perseverent, saltem privata ad id academia instituta, ut ex iis postea seligi possint, qui illam publice profiteantur. [80*v*] In

---

[1] Vide R 86/A; supra, P. I p. 93 adn. 1.
[2] Vide MP I 235.
[3] Vide supra, P. I p. 94 adn. 3.
[4] Vide MP I 289.
[5] Vide supra, adn. 2.
[6] Vide MP I 293.
[7] Vide MP I 283.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eadem academia tradi etiam deberet aliqua introductio ad rabinos intelligendos.

Porro ad maiorem hebraeae linguae aucthoritatem e re fuerit, ut eam, si calleat, doceat Sacrae Scripturae professor. Id enim labore pene nullo praestabit, et auditores ad hoc studium alliciet; praesertim si quem Scripturae librum latine enarret theologis, eundem hebraeis auditoribus interpretetur ex hebraeo texto. Id vero, si fieri non poterit, optandum certe est, ut hebraeus professor sit theologus, linguae chaldaicae, syriacae et graecae non ignarus, vir dexteret industrius. Haec aucthoritatem conciliant dignam maiestate hebraica. Theologus quidem esse[f] debet; tum quia auditores proprie theologos habet; tum quia materiam plane theologicam tractat. Quamquam enim grammaticae explicatio sine theologiae cognitione consistere possit, nunquam tamen propria sanctorum vocabulorum significatio et sententia Dei, quam explicat is, qui libros sanctos exponit, uti oportet, nisi a theologo tradi[g] recte poterit. Linguae chaldaicae et syriacae peritus esse debet, quia nullus fere ex libris sanctis est, qui pure hebraice scriptus sit. Deinde quia[h] sicut[i] aliarum artium professores, ita et hebraeorum librorum enarratorem oportet[j] uti commentariis editis in ea, quae exponenda suscepit. Iudaei autem, qui commentarios in hebraea volumina lucu- [81*r*]brarunt[i], plura ex chaldeo, syro, arabicove sermone habeant, quam ex hebraeo. Denique Christi et apostolorum tempore lingua syriaca in usu ita fuit, ut passim omnes loquerentur syriace. Cuius linguae usum verba quoque in Novo Testamento ab evangelistis posita declarant. Omnia enim fere syriaca sunt. Linguae etiam graecae doctissimus esse debet; tum propter Novum Testamentum, tum propter Veteris interpretationem variam graece editam, praesertim a Septuaginta interpretibus. Denique si nulla scientia aut doctrina sine peculiari quadam industria ac dexteritate tradi potest[k], is plane, qui in hac schola docet, maxime industrius esse debet. Multa namque sunt, quae discentes absterrere possunt; ipsa etiam soni asperitas et horror; quae omnia doctoris industria, quantumvis gravia sint, lenire potest et debet.

3. Curabit autem diligenter, ut hebraeum textum cum latina editione vulgata conciliet, et aucthores, qui id felciter conati sunt, magnifaciat. [81*v*]

4. Bimestri circiter spatio primae illae ac simplices coniugationes ac declinationes percurrantur. Deinde dum reliquae exponuntur institutiones, tradendus est nonnullus etiam gustus aucthoris alicuius, praesertim historici ac perspicui, quo grammaticae praecepta firmius haereant, observato eorum usu apud scriptores, ut paulatim hebraeorum vim vocabulorum addiscant. Nam in eorum proprietate ac syntaxi explicanda laborare debet professor, non in rebus ac sententiis expendendis. Videtur autem P. Bellarminii[8] quam Clenardi[9] grammatica commodior; quamquam et illam auctor aliquanto magis locupletare atque explanare deberet; ea praesertim, quae spectant ad accentus, ad numeros, ad nominum derivationem, ad coniugationum usum et significationem, ad vocalium mutationem et affixa, ad syntaxim et prosodiam. Nam de idiotismis et proprietatibus nihil scripsit; quae tamen valde necessaria sunt.

---

[a] aliis adhuc de causis *in marg. m. Tucci* / [b] hebraeam *del.* linguam / [c] *prius* Constitutionum / [d] ad *sup.* / [e] etiam *del.* quarto / [f] esse *sup.* / [g] tradi *del. sed. restit.* / [h] quia *del.* non aliter, quam aiarum artium professores commentarios aliorum legere necesse est. Iudaei autem antiquiores scripserunt / [i] sicut ... lucubrarunt *in marg. m. Tucci* / [j] oportet *del.* propriis / [k] potest *del.* necessario; *sup. m. Tucci* is plane.

---

[8] Vide R 86/A; supra, P. I p. 94 adn. 6.
[9] Vide *ib.* adn. 7.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Studio Philosophiae

Philosophiae cursus ... et aliae id genus opiniones [v. R 86/A; supra, P. I p. 95–108].

De mathematicis [1]

Constitutiones 4 Par. cap. 12 C «Tractabitur, inquiunt, logica ... cum de ecclesiasticis temporibus disputatur. [v. R 86/A; supra, P. I p. 109].

Professor itaque mathematicae[a] physicis omnibus explicet in schola a prandio tribus circiter horae quadrantibus Euclidis elementa; in quibus, postquam per duos menses aliquantisper versati fuerint, ita dividat praelectionis tempus, ut aliquid Euclidi, aliquid vero geographiae vel sphaerae, aliisve, quae libenter audiri solent, tribuatur.

Semel aut iterum in mense auditorum aliquis in magno philosophorum theologorumque conventu illustre aliquod problema mathematicum enarret, prius a magistro, sicut oportet, edoctus. In cuiusque etiam mensis sabbato uno, praelectionis loco, praecipua, quae per eum mensem explicata fuerint, publice repetantur, non perpetua oratione, sed se mutuo percunctantibus auditoribus hoc fere modo: Repete illam propositionem. Quomodo demonstratur? Potestne aliter demonstrari? Quem usum habet in artibus et in[b] reliqua vitae communis praxi? Nam et haec quoque indicanda essent a magistro inter praelegendum, quo magis auditores alliciat.

Ex iis philosophis, qui philosophiae repetitionem per sex menses absolverint, altero eiusdem anni[c] semestri spatio domi fiat per eundem sive[d] per alterum professorem academia rerum mathematicarum, quas in hunc usum P. Clavius in compendium quoddam redegerit[2]. Bis quotidie praelegatur. Fiatque quanto amplior fieri potest, progressus. [99*v*] Nec auditores aliis ullis studiis implicentur, sed mathematicis audiendis, repetendis, disputandis se totos tradant.

Praeter hanc privatam academiam P. Clavius operam suam libenter collocaret in privatam item aliam academiam ex quattuor aut quinque de nostris, quibus, si ii philosophi iam sint, et mediocri saltem ingenio, nec a mathematicis alieno, et ab aliis studiis biennio tantum vacarent, explicaret ille primarias mathematicae facultatis partes cum spe eximii fructus. Et plane e re nostra videtur non pati, ut occasio tanta nobis velut e manibus elabatur, sed alantur potius nonnulli, qui Clavio superstites eiusque doctrinae velut haeredes, eam in varias, quocumque mitterentur, provincias disseminarent; et tam Ecclesiae dignitatem, quam nostrorum tuerentur existimationem, si quando oporteret de mathematicis respondere. Id vero, si praestandum, quam citissime praestandum est; tum quia, si qua nunc sese huius operis difficultas obiiciat, non minor futura est in posterum; quare qui non est hodie, cras minus aptus erit; tum quoniam incertus est vitae exitus ac limes; dumque hominem tam insignem his scientiis habemus, ad eventus fortuitos res extrahenda non videtur.

---

[a] Professor itaque mathematicae *sup. m. Tucci* / [b] in *sup.* / [c] anni *del.* spatio / [d] per eundem sive *in marg. m. Tucci.*

---

[1] Vide R 86/A; supra, P. I p. 109.

[2] Vide *ib.* adn. 3.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Studiis Humanitatis

hoc est, grammaticae, historiae, poeticae et rhetoricae [1]

Caput primum

Nostrorum progressus ... reg. 50 provincialis. [v. R 86/A; supra, P. I p. 111.]

... Proinde sedulo curandum est, ne haec studia apud nostros concidant, sed potius vigeant in dies magis; praesertim cum nihil fere sit rarius, quam [2*r*] bonus orator et studiorum humanitatis egregie peritus[2]. Ex iis vero, quae ad id conferre videntur, pauca nunc attingemus.

Et primo quidem, rectori (neque enim satis est provinciali) commendandum[a], sedulo curet, ut grammaticae et humaniorum literarum studia vigeant ac magnifiant; et eorum, qui ea profitentur (quippe cum in minus specioso ac magis molesto opere versentur, quam alii) magnam curam habeat. Quocirca videat, ne humanitatis et grammaticae magistri aut ministeriis domesticis magis onerentur[3], aut minoribus commodis in vestibus, in cubiculis, reliquisque[b] huiusmodi fruantur, quam professores philosophiae. Videat etiam, ne iidem hoc nomine, quod humanitatem aut grammaticam doceant, irrideantur ab aliis, tanquam grammatici[4]. Quae res vulgo haec studia reddit odiosa, et multos ad ea propensos ab eis deterret tanquam probrosis. Et meminisse nostros oporteret, arborum radices ac fibras non esse spernendas; quippe sine illis nullus esset virgultorum, foliorum, florum, fructuum decor ac venustas. Quamquam grammaticae et humanitatis magistri occasionem sui irridendi praebere non debent, exagitantes philosophos ac theologos tanquam barbaros. [2*v*]

Secundo - In celebritatibus et conventibus publicis inferiorum classium praeceptores non deberent abiici in tenebras, aut stare inter turbas, sed honestus iis[c] assignetur locus; hoc est, post magistros philosophiae, si hi quoque adsint. In quo tamen locorum consuetudo spectanda est. Atque hoc in regulis praefecti studiorum ponendum videtur, ut ipse hoc servandum curet. An vero concedendum sit nonnullis provinciis, ubi graduum ordo in considendo servatur, ut humanitatis et eloquentiae magistri gradu insigniantur, pertinet ad R.P. Generalem. Qui consulendus erit, quoties oportuerit aliquos gradu magisterii exornare, sive ob causam paulo ante dictam, sive quia philosophiam docturi sunt.

Tertio - In ministeriis domesticis obeundis non essent usque adeo onerandi grammatici, nec magis quam caeteri professores, cum illi non minus, sed multo magis laborent in schola; iis praesertim diebus, quibus docetur[3]. Vix enim aliquando inter scholasticos et domesticos labores respirandi locus est; ut dicant nonnulli, se in pistrino versari toto tempore, quo grammaticam docent. [3*r*] Satis fuerit praeceptores in humilitatis ac obedientiae specimen ac exemplum, in huiusmodi functionibus occupari dominico (nisi alius ipsis professoribus sit commodior) die tantum; quod nunc in Collegio Romano servatur, cuius consuetudines in caeteris collegiis servandas esse significant Constitutiones Par. 4 cap. 7[5].

---

[1] Vide R 86/A P. I cap. *De studiis humanitatis;* supra, p. 111-13.
[2] Vide *ib.* adn. 6.
[3] Vide *ib.* adn. 8.
[4] Vide *ib.* adn. 7.
[5] Vide MP I 267.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Potius auditores, siquando oporteret, onerandi essent, aut alii, quorum munus minoris est assiduitatis et laboris, quam praeceptorum. Et quia id difficile est in parvis collegiis, dabitur opera, ut in his coadiutorum satis sit, ne eorum munera magistri obire cogantur; diebus praesertim, quibus docent, quo se commode parare possint. Id vero si nec praestari potest, alia ratione consulendum est praeceptoribus, qui ex instituto pertinent ad collegium, confessarii vero ex concessione quadam. Nec patiantur rectores postremam haberi curam eorum, quorum gratia et labore aluntur caeteri. Nec putent grata fore Deo, quaecunque agimus ex consilio, nisi prius satisfiat praecepto ac iustitiae; ex qua populis, quorum reditu sustentamur, bonam debemus iuventutis [3*v*] institutionem. De qua tamen non optime merentur et vix nostrae obligationi respondent praeceptores, quamdiu amaro sunt animo.

Quarto - Sua quoque grammatici recreatione carere non debent; semel in hebdomada, ut praecipitur 4 Par. Constitutionum cap. 13 F[6], vel per integrum diem, vel saltem pomeridianis horis, prout regionum usus tulerit, et praepositus provincialis iudicaverit; dummodo[d] recreentur ordinarie, et quidem missi a superiore, sicut caeteri professores. Ea namque cura praepositorum mirifice exhilarat subditos, redditque alacres ad laborem. Praefecto studiorum mandandum videtur, ut id rectori, si opus sit, in memoriam redigat. Quod et conciliabit magistros praefecto, ut maiorem cum illo habeant fiduciam; et rectori erit incitamento, ne propter graviores occupationes suae regulae obliviscatur. Sicubi, ut in minoribus collegiis, ob penuriam personarum rector idem praefectus studiorum esset, commendandum hoc admonitori.

Quinto - Cum quis se strenue ac patienter gerit in docendo, non inde sumatur occasio magis [4*r*] ac magis illum onerandi et diutius in eo labore detinendi; alioquin ne id sibi contingat, segnius alii atque oscitantius suo munere fungentur.

Sexto - Si quid carminum aut orationum publice proferunt aut pronuntiant, intersint superiores, videant, audiant, collaudent et caeteros iubeant interesse[7]; sin nihil tale scribunt atque edunt rhetores et grammatici, eos urgeat rector atque inflammet ad hoc exercitationis genus. Et sicut praemia distribuuntur externis, non ab re foret ter aut quater in anno egregias aliquas sive solutas sive astrictas compositiones nostrorum publice pronuntiari vel in refectorio vel in vinea cum aliqua celebritate et conventu omnium. Hoc quoque praefecto studiorum mandandum videtur, det operam, ut cum poemata aut orationes publice habentur in nostro gymnasio, magistri philosophiae ac theologiae aliique patres, et ipse rector, si negotia patiantur, intersint. Honos enim alit artes[8], et optandum est, ut his studiis philosophi quoque et [4*v*] theologi implicentur. Praefecti autem studiorum autoritas[e] longe plus valebit in corrogandis auditoribus honorariis, quam ipsorum magistrorum, quos saepe impedit pudor.

Septimo[f] - Alternis saltem mensibus convocet rector magistros humanitatis ac grammaticae[9], et benevole roget ecquid eis desit, ecquid scholarum progressum impediat et alia huiusmodi. Id vero non solum cum universis faciat in conventibus, qui agi solent, sed etiam cum singulis, ut rector liberius signa eis edere suae in illos benevolentiae possit, et ipsi liberius et fidentius suas necessitates aperiant. Quae utraque res et ad amorem et ad unionem superioris cum magistris valet plurimum. Insuper occasionem praebere potest superiori magistros, si opus sit, utilius admonendi. Haec autem et alia huiusmodi, cum opus esset, praefectus deberet revocare in memoriam superiori[f].

---

[6] Vide MP I 295.
[7] Vide R 86/A Stud. inf., cap. *De stud. hum.*; supra, p. 112 adn. 11.
[8] M.T.CICERO, *Tusc.* 2 4.
[9] Vide R 86/A Stud. inf., cap. *De stud. hum.*; supra, p. 113 adn. 13.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Octavo[g] - In iis, qui vel Societatem cupiunt admitti, vel admissi iam ad superiores facultates docendas promovendi sunt, aliis (si caetera valde imparia non sint) praeferantur, sedulo etiam quaerantur ii, qui literis humanioribus magis excellunt[10]; praesertim si has literas docendo operam aliquandiu Societati navarunt. Idque palam sciatur, tum ut hoc incitamentum sit horum studiorum, tum etiam ut graviora studia a peritissimis latinae linguae splendidius tractentur. Tandem illud universim habendum est, rectoribus nihil antiquius, nihil optabilius esse debere, quam ut, salva religiosae pietatis disciplina, praeceptorum conservet hilaritatem, et in ea posita esse praesidia omnia scholarum bene gerendarum existiment. Ad sublevanda etiam ac[h] promovenda haec studia (ut academias omittamus, de quibus infra dicturi sumus) [5*r*] plurimum etiam valebit, si praescribatur provincialibus, ut minimum binos aut ternos habere curent in suis provinciis eloquentia et humanioribus literis praestantes. Quod ita consequentur, si ex iis, qui ad haec studia idonei propensique sunt, aliquot ad ea subinde applicent, caeteris facultatibus satis excultos.

Illud quoque plurimum conferet, si caeterarum disciplinarum magistri ac discipuli ad haec studia afficiantur, ut turpe sibi putent barbare et inquinate loqui; pulchrum diserte et latine. Plerique enim sive inscitia, sive sermonis negligentia, sive etiam prava quadam consuetudine atque opinione, quae increbuit, parum acutos esse in intelligendo, qui sint in loquendo diserti, barbarie delectantur[11]. Itaque in philosophiae ac theologiae scholis fere barbaries dominatur, et si quis paulo purius loqui conetur, exagitatur ut putidus; quod contra accidere oporteret iis, qui negligenter ac barbare loquuntur. Quocirca faciendum videtur, [5*v*] ut ex his quoque scholis barbaries explodatur. Qua plurimi necessitate utuntur, sed voluntariam fingunt; atque ita ad eam elegantes quoque alliciuntur, ne irrideantur ab aliis. Quae res non modo scholas nostras aliqua aspergit labe, quam vitare possemus; verum etiam sermonem inquinat eorum, qui politioribus litteris operam posuerunt; ut iam eloquentiae et philosophiae societas talis sit, qualis fullonis et carbonarii.

Huic incommodo obviam iri potest, si philosophiae ac theologiae magistri discipulique his litteris immisceantur, ut non tantum intelligant, sed etiam experiantur: recte loquendi rationem non impedimento esse (quod illi arbitrantur) ad recte intelligendum, sed magno adiumento ad sensa animi vel cum dignitate magistrorum vel cum discipulorum utilitate efferenda. Quocirca utrisque interdicenda barbaries, ac latina lingua sedulo commendanda. Ac magistris quidem philosophiae superiorumque facultatum praecipiendum, ut quotannis in auspiciis docendi [6*r*] praefationem habeant minimum unius quadrantis horae. Barbariem vero non modo ipsi fugiant, verum etiam in discipulis reprehendant; aut certe, si ipsi quod in his[i] rebus rudes sint, barbariem fugere non possint, significent sibi displicere.

Commendandum quoque, ut quicunque publicas theses in celebri aliquo actu defensuri sunt (id vero nullis argumentantibus concedendum est), brevem habeant praefatiunculam, ut ab omni assentationis specie alienam, ita bene latinam, et a praefecto studiorum probatam, nimirum ut diserti colant[j] haec studia, quae etiam philosophis ac theologis decora esse videant; caeteri vereantur elegantiae studiosos contemnere, quorum opem aliquando imploraturos sese intelligant. Atque in argumentando videant non modo, quid dicturi sint, sed etiam quomodo dicturi; ne in syllogismis, quod saepe accidit, non barbarismos modo, sed etiam solaecismos admittant. Haec autem omnia, quae optamus, sua sponte evenient, si philosophiae ac theologiae magistri ex studiorum humanitatis [6*v*] et peritis et studiosis deligantur, et in problematis ac disputationibus publicis diserti discipuli indisertis (si caetera sint fere paria) anteponantur.

---

[10] Vide *ib.* § 9.

[11] Vide ea, quae P. Perpinyà hac de re scripserat; MP II 661-63 § 8.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Illud quoque non parum ad haec studia conducet vel conservanda vel excitanda, si praecipiatur magistris ac discipulis, ut litteras, quas ad eos mittunt, qui latine intelligunt, scribant latine. Quae res non modo alet eloquentiam, sed etiam compescet multorum in scribendo loquacitatem. Rursus si, ut[k] philosophis ac theologis, qui poeticam non ignorantl, imperetur, ut minimum bis in anno in renovatione studiorum et[m] votorum carmina scribant ac proponant. Sic iis, qui abhorrent a musis, praecipiatur, ut pro carmine brevem cohortationem aut paradoxon, aliudve[n] huiusmodi, ad id quod agitur accommodatum, soluta oratione conscribant affigantque[o].

Iam vero aliquanto propius ad huiusmodi studiorum temperationem institutionemque accedamus; quae dilucida ac distributa magis ut sit, priusquam ad ea, quae propria sunt humaniorum scholarum [7*r*] singulis, descendamus, capita quaedam exponemus eorum, quae communia sunt universis.

Ac primum, separandane sint humaniorum et superiorum facultatum seminaria[12], provinciales consulant Generalemp exq sua unusquisque provincia[q].

---

[a] Commendandum *del.* ut; *sup. m. Tucci* sedulo *et* ut / [b] *prius* rebusque / [c] is *ms.* / [d] iudicaverit *del.* ut; *sup. m. Tucci* dummodo / [e] autoritas *in marg.* / [f] Septimo ... superiori *in marg. alia m.* / [g] Octavo *corr. ex* Septimo / [h] *p* et *add. alia m. sup.* ac / [i] *prius* iis / [j] recolant *ms.* / [k] ut *del.* iis, qui versus condunt, quod commu- ne est caeteris cum / [l] qui poeticam non ignorant *in marg. m.Tucci* / [m] studiorum et *sup. m. Tucci* / [n] aliudve *del.* eorum, quae praescribuntur cap. 6 §5; *sup. m. Tucci* huiusmodi / [o] conscribant affigantque *in marg. m. Tucci* / [p] *Generalem del.* Cap. 1 / [q] ex ... provincia *m. Tucci.*

HUMANITATIS DOCTORES QUOS ET QUALES OPORTEAT ESSE[1]

CAPUT SECUNDUM

Aegerrime dispensandum videtur, ut aliqui, qui philosophiae ac theologiae aliisve Societatis ministeriis vacaturi sunt, non doceant aliquamdiu humanitatem vel grammaticam in scholis inferioribus. Nam primo, si qui excipiantur, caeteris querelarum et aemulationum praebetur occasio. Ipsum etiam magisterium grammaticae contemnitur tanquam vile aliquid atque ignobile, si ab illo superiores eximant eos, quorum existimationi vel autoritati volunt esse consultum.

Hinc et illa pestis tolletur perniciosissima, quae manavit in multos, qui, ut hoc onus subterfugiant, alicui ex consultoribus aut superioribus adhaerent, quo facilius per eos in numerum veniant eorum, [7*v*] qui ab hoc onere liberantur. Quod malum utrum a senibus, an a iuvenibus proficiscatur, incertum est. Certe videmus persaepe senes aliquos ita iuvenum indole delectari, ita illorum ingenia et consuetudinem adamare, ita conciones, disputationes, caeteraque, quae ab illis geruntur, etiam mediocria, laudibus efferre, ut facile eiusmodi blanditiis non modo capiantur, sed etiam extollantur adolescentium animi, incipiantque maiora moliri studia, et ad profitendam philosophiam aut theologiam aspirantes, grammaticae et humanitatis magisterium contemnere. Quo fit, ut alii, qui animadvertunt (quod facile est) consultoris aut superioris amicitia factum esse, ut illi a docendi iugo immunes fierent, et ad officia speciosiora promoverentur, incipiant ipsi quoque inire illam viam, quam expeditam vident esse ad id, quod habent in votis, consequendum. Quod quam sit perniciosum, nemo est, qui non videat. Fit enim, ut, qui locus debet

---

[12] Vide R 86/A P. I Stud. inf. cap. I; supra, p. 114 ; ubi haec quaestio fuse tractata est.

[1] Vide R 86/A Stud. inf. c. 2; supra, P. I p. 115 adn. 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

esse schola humilitatis, fiat seminarium invidiae et ambitionis. Quocirca censemus, immunitates eiusmodi dari non oportere, nisi permissu [8*r*] Generalis, ut ambitionem arceat difficultas impetrandae ambitae immunitatis.

Secundo - Quia linguae latinae usus late patere videtur in omnia ministeria Societatis nostrae. Illum vero consequi vix possunt, nisi qui grammaticam vel literas humaniores aliquando docuerunt; contra vero, si qui ab onere scholarum immunes ad alia officia promoveantur, in iis parum decore illos versari experimur; nam et concionatores nonnunquam errant in pronuntiando; confessarii quoque, si quem latine debent audire, aestuant atque implicantur; praeterquam quod vix commode intelligunt patrum homilias et breviarii lectiones; quas tamen interdum eos cum praelatis recitare contingit; ut omittantur errores in missa legenda.

Tertio - Proderit eadem exercitatio non parum futuris superioribus. Experimur enim nusquam maiorem rationem studiorum et professorum haberi[a], quam in collegiis, quorum rectores aliquando scholarum onus sustinuerunt, et aliis misereri didicerunt ex iis, quae passi sunt.

Quarto - Si huiusmodi occupatio omnibus generaliter imponatur, [8*v*] singuli eam ferent libentius, et reiecta omni spe declinandi hoc onus, studebunt etiam ita se comparare, ut hoc munus, quod aliquando subeundum est, exerceant quam commodissime. Contra vero, si quos animadvertunt eximi, putant etiam sibi patere aliquot effugia et tanquam cuniculos. Quare causantur et obtendunt vel capitis imbecillitatem, vel imperitiam grammaticae et humanitatis; vel praepropere invadunt in alias occupationes.

Cavendum itaque diligenter, ne quis praetextu imbecillitatis aut talium rerum inscientiae, alicuius opera ac deprecatione hoc onus effugiat. Perniciosum quippe est Societati hanc opinionem inveterascere ambitiosos et retractantes levari onere, modestos et obsequentes opprimi. Quocirca danda est opera, ut omnes sibi persuadeant, fictis causis gratiaeque nullum esse locum. Quod ita fieri poterit, si qui grammaticae aut humanitatis inscitiam praetexunt, in classe rhetoricae humanitatisve, aut certe privato labore erudiantur, quoad sint idonei ad docendum. Qui vero falso infirmitatem praetendunt, hi aut alicui scholae, [9*r*] quae propter paucitatem discipulorum non sit magni laboris, praeficiantur, aut in classe rhetoricae detineantur, quoad convaluisse se dicant. Neque excipiendi sunt qui ab aliis provinciis miss, facile hoc onus subterfugiunt; sed suo tempore aut in suas provincias remittendi ad docendum, aut ad alias provincias, quae talium magistrorum indigent.

Quod si quando vel quia abundaremus eiusmodi magistris, vel quia egeremus philosophiae aut theologiae praeceptoribus, aliqui eximendi viderentur, hos deligi potissimum oporteret ex modestis, obedientibus, minimeque ambitiosis, ut hoc praemium virtutis, non ambitionis esse constaret. Itaque ut pestis haec ambitionis, quae serpere iam caepit, funditus tollatur, valde expediret, hoc plane intelligi, veris Societatis filiis (si caetera non sint valde imparia) potius, quam ambitiosis et sua quaerentibus tales immunitates dari; idque non nisi consulto (ut diximus) Generali. Quod siqui eorum, qui philosophiam audierunt, distributis iam scholis, redundant, retinendi videntur in classe rhetoricae aut humanitatis, ut in [9*v*] promptu magistros humanitatis aut grammaticae habeamus, sicubi opus sint. Ille autem annus in humanitate aut rhetorica positus procedere posset in numerum triennii. Nec vero propter seminaria magistrorum philosophiae hic ordo immutandus videtur; cum alioqui nec servari possit aequalitas, nec vitari querimonia multorum; praesertim cum futuris philosophiae magistris non obsit, prosit potius unum aut alterum annum docuisse humanitatem. Denique, ut obviam eamus nonnullorum calliditati, qui de industria male administrant scholas, ut removeantur, faciendum videtur, ut hi vel ad rhetoricam reiiciantur, vel ad munia domestica in noviciatu

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vel in collegiis, aut ad alias res eiusmodi, ut paucorum paena caeteros in officio contineat.

Neque vero ab onere docendi grammaticam liberandi videntur theologi, qui eam nunquam docuerunt, sive in Societate, sive extra studuerint theologiae. Illud enim ministerium cum ex ordinariis unum sit, et prodesse possit etiam theologis ad latinae [10*r*] linguae et humilitatis exercitationem, nullus ordinarie videtur eximendus; tametsi cum caetera paria sunt, docendae grammaticae partibus gravandi potius videntur caeteri, quam theologi; horum enim et maior est paucitas et usus multiplicior.

2. Longe vero utilius ... 1575 cap. 23. [v. R 86/A Stud. inf. c. 2; supra, p. 116.]

Quare praeter rhetoricae scholam, quae philosopho doctore videtur indigere propter maximam huius facultatis cum dialectica cognationem; et adhuc praeter humanitatis classem in primariis collegiis (non excludendi tamen non philosophi, si caeteroquin apti iudicentur), scholis caeteris praeficiendi videntur nondum philosophi, dummodo spectetur semper scholarum utilitas, aedificatio externorum et existimatio Societatis. Quocirca, quia nec pueris nec tyronibus in Societate committi scholae debent, satius visum est hos, si satis humanitatis et eloquentiae studiis exculti [12*v*] sint, studere prius philosophiae, quam docere humanitatem aut grammaticam. Deinde habenda ratio nostrorum in studiis. Itaque non videtur expedire, ubi sua sponte adolescentes nimium dediti sunt studiis humanitatis, eos diutius ante philosophiam auditam docere humanitatem; ne eius iucunditate deliniti a philosophiae deinde severitate abhorreant. Quae res philosophorum[b] penuriam nonnullis[c] provinciis attulit tantam, ut philosophiae magistros aliunde petere cogantur. In caeteris vero provinciis, quae magistrorum humanitatis laborant inopia, optandum est, ut per hanc occasionem, qui ad studia humanitatis propensi sunt, eis se dedant; quo scilicet philosophia ac caetera studia ad eloquentiam ornandam locupletandamque referantur. Sed quoniam usu venit interdum, ut grandiores natu bono ingenio praediti, si ante auditam philosophiam doceant humanitatem aut grammaticam triennium, deinde propter aetatem ad philosophiam inutiles iudicati (qui multis lapis est offensionis) conscientiae casibus addicantur; iccirco praestat hos quoque [13*r*] prius studere philosophiae, deinde grammaticam aut humanitatem docere. Quod si necessitas contra cogat, certe propter operam Societatis datam, philosophiae studium eis adimi non deberet, nisi aetatis morumve ratio vel magisterio ineptos plane probet adolescentiores, vel a philosophia retardandos non esse suadeat aequo grandiores.

3. Esset autem operae pretium, ut non minus triennio (quamvis id[d] contrahi posset arbitrio praepositorum, si aliqui magistri sint perpetui, et nemo a docendo excipiatur; prorogari vero magistris non perpetuis id non deberet iniussu P. Generalis) in scholis inferioribus singuli versarentur[2]; quia tam crebra ac frequens praeceptorum mutatio plurimas excitat civium querimonias. Ipsi etiam praeceptores non possunt breviori tempore perfici in re grammatica; et cum intelligere incipiunt, quae sint boni praeceptoris partes, amoventur a docendo. Quin etiam, si modico tempore sciunt se in iis scholis moraturos, vix ad id, quod agendum est, animum possunt adiungere; et dum alio spectant, et ad altiora se comparant, [13*v*] satis esse putant, si quoquo modo impleant praesentis temporis functionem.

Quo autem magistrorum mutatio minus sentiatur, magistris praecipiatur, ut praedecessorum magistrorum docendi morem et consuetudinem sedulo retineant; neque novam consuetudinem introducant inconsulto praefecto. Ita externi intelligent, etsi magistri mutentur, tamen docendi rationem manere[e]. Hoc autem multo magis servare debent magistri, qui ad

---

[2] Vide *ib.* p. 118 adn. 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tempus alteri succedunt. Deinde in regulis praefecti studiorum ponendum videtur, ut eandem docendi rationem omni ex parte servandam curet[3].

4. Porro quaesitum est, an expediat esse aliquos, qui (si se ad id sponte obtulerint) scholis inferioribus addicantur perpetui praeceptores. Utile sane id videtur; tum quia diuturno docendi usu evadunt eximii doctores; tum quia eorum exemplo animantur caeteri ad hoc munus hilariter obeundum saltem ad tempus; tum quia est insigne quoddam humilitatis exemplum. Contra vero, id non videtur magnopere optandum. Nam inferiores [14*r*] classes grammaticae non indigent valde diuturno tempore, ut quae sunt illis propria, sciantur. Quare sine incommodo scholarum servari possunt praeceptorum commutationes et vices, quo suavius ac libentius toleretur hoc onus et cum minore valetudinis detrimento. Ea vero perpetuitas sicubi optabilis esset, conveniret maxime classibus humanitatis et rhetoricae, quae praestantes quosdam praeceptores, et in omni eruditione versatos, et tulliani styli laude conspicuos desiderant; quae non possunt, nisi annorum multorum spatio comparari. Verum neque id semper accidit ex animi sententia, cum perpetuitas ista otii atque[f] ignaviae ansam nonnullis possit exhibere. Postquam enim primis aliquot annis aliquam sibi existimationem et doctrinae opinionem collegerunt, malunt praeteriti, licet modici, laboris fructu ac nomine frui, quam novis confici laboribus. Itaque nihil fere novae supellectilis, nihil eruditionis parant, sed haerent in eodem fere; et quae docuerunt, eadem, licet aliter atque aliter, docent. Et quod peius est, ac si diuturno opere defatigati essent, non posse se aiunt, sicut antea, laborare in auditoribus exercendis. Quare frigent plane [14*v*] omnia, et libenter poscunt adiutorem[g]. Qui si indoctus est, nocet potius; sin doctus, ut quid duo in uno opere occupantur, cum possit alter suam in res alias operam conferre.

Ea vero re in utramque partem iactata, tandem visum est, valde optandum esse, ut multi (videlicet neque ingenio neque doctrina abundantes) sese etiam inferioribus classibus perpetuos magistros dicent. Primum, quia longe maiore cum utilitate discipulorum et externorum approbatione docent, praesertim cum propter usum diuturnum multo melius pueros regant. Deinde, quia scholis nostris autoritatem nomenque conciliant. Quippe qui docendi usu ac diuturnitate doctrinae opinionem colligant. Huc accedit, quod liberant superiores magna cura non modo novos quotannis magistros reperiendi, verum etiam medendi incommodis, quae a novis magistris oriuntur. Denique tollent querelas multorum, qui hunc et illum exceptum, seipsos diutius oneratos dolent. Liberabunt noxio timore quam plurimos, quos docendi metus facit in discendis litteris tardiores.

Atque ideo provinciali faciendum videretur, ut ex iis, qui ad Societatem sese adiungunt, si quos nactus [15*r*] esset eiusmodi, qui per aetatem et ingenium non magnos in gravioribus studiis processus facturi viderentur, hos (cum id sine vocationis periculo fieri potest) priusquam reciperet in Societatem, benigne et comiter adhortetur, ut velint et apud se statuant perpetuo, aut quoad superioribus videatur, pueros docere. Ex iis autem, qui hisce scholis sese addicunt, siqui defatigatione aut satietate docendi minus diligentes sese in suo munere praebeant, vacent uno alterove anno; et postquam vires refecerint, redeant ad scholas, id si fructuosum esse speratur; sin minus, officiis ac muneribus aliis occupentur, et theologiae aut casibus conscientiae studeant, fiantque legitimo tempore sacerdotes; neque serius, quam si non docuissent, ne sint deterioris conditionis quam alii. Operae pretium quoque est, siqui ad perpetuandum docendi munus appositi (habita circumstantiarum ratione) ad Societatem se conferant, eos aperte a provinciali praemoneri de scholae perpetuitate, ut intelligant hoc docendae grammaticae munus magis utile esse, quam speciosum, ipsosque

---

[3] Vide R 99 *Reg. praef. stud. inf.* n. 5; infra, P. IV p. 403.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

hac conditione in Societatem admitti, [15*v*] nec licitum fore ab eo deinde discedere. Quod ne vanum sit, neve defugiendi muneris causa quaeratur, iniussu Generalis ad alia officia ne transferantur, ut difficultas rei consequendae eos a tentandi voluntate deterreat. Ac ne a proposito abducantur, videndum est, quoad eius fieri potest, ne perpetui magistri cum non perpetuis eodem in collegio doceant. Obesse enim solet propositi conditionisque dissimilitudo. Caeterum priusquam in Societatem hoc nomine admittantur, oportet eos diligenter explorari, an sint aut facile fieri possint idonei ad docendum in nostris scholis.

5. Iamvero scholis nostris admodum conducibile videtur, eos qui nunc primum incipiunt docere, non statim (nisi praesens necessitas aut aliquorum praestans indoles ac doctrina aliud exigant) fieri praeceptores primae classis grammaticae aut humanitatis, etiamsi alioquin ad id inepti non viderentur, sed initium facere ab ea schola, qua uno saltem gradu superiores scientia sint, et quotannis ad superiorem progredi [16*r*] cum magna parte auditorum suorum[4]; quia prima illa ruditas atque imperitia regendarum scholarum minori cum damno in infimis, quam in supremis[b] classibus usu docendi paulatim deponi- tur; et si quid erratur a novis rectoribus, tolerabilius est in minimis, quam in maximis errari. Naturae quoque ordo postulat, ut a levioribus ascendatur ad graviora. Huc quoque accedit, quod non toties auditores magistros aut magistri auditores commutarent non sine aliqua temporis iactura, donec utrique alteros agnoscant et intelligant, quid cuique praestandum sit; sed cum ascendentibus magistris ita discipuli ascenderent, ut essent fere semper iidem et auditoribus magistri et magistris auditores. Id quod servandum videtur in minoribus certe collegiis, si non potest etiam in maioribus ac praecipuis, quod in his et magistris multi praesto sunt, ad quos confugiant, et scholae satis habent autoritatis, neque magistrorum mutatio magnum momentum habet. In illis autem cum scholarum autoritas fere ex magistrorum opinione et autoritate pendeat, incredibile dictu est, quantum [16*v*] incommodi afferat mutatio magistrorum, cum notis et magna existimatione praeditis ignoti et nulla doctrinae opinione succedunt; praesertim cum quem consulant, habeant neminem. At si qui primae scholae praefuturi deinde sunt, priore anno secundae praeerunt, famae aliquid interea colligent, sese ad superiorem scholam comparabunt, quibus rebus egeant discipuli, videbunt; eos secum ad superiorem classem deducent. Efficient denique, ut magistrorum mutatio, quae tot saepe tragaedias excitavit, non admodum sentiatur.

6. Denique scholis consultum esset quam maxime, si futuri praeceptores duobus ante mensibus, aut eo amplius, privatim ab aliquo peritissimo exercerentur in ratione legendi, docendi, emendandi, scribendi et scholam regendi[5]. Haec enim si ante non didicerunt, ea postmodum discere coguntur cum auditorum damno, et sero proficient post existimationis iacturam, et forte nunquam deponent inolitum vitium. Quod interdum nec magnum, nec inemendabile est, si principio curetur; non curato autem fit prope [17*r*] inutilis, qui alioquin esset utilissimus. Dici vix potest, quam moleste emendari patiantur praeceptores, postquam certam aliquam docendi rationem inierunt, et quam crebrae ea de re cum praefectis contentiones audiantur. Ab hoc malo nostris ut sedulo caveatur, studiorum praefectus, qui fuerit in primario collegio, ex quo literarum humaniorum et grammaticae professores solent educi quotannis sub extremam circiter aestatem tribus fere mensibus, antequam sequentis anni studia instaurentur, rectori ac provinciali revocet in memoriam, si novis in annum alterum praeceptoribus indiget provincia, deligant unum aliquem in scholis moderandis valde versatum, sive sit ex professoribus, sive ex theologiae philosophiaeve auditoribus, ad quem quotidie per horam futuri rectores conveniant, ut ad novum

---

[4] Vide R 86/A Stud. inf. c. 2; supra, p. 118 adn. 7.
[5] Vide *ib.* p. 119 adn. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ab illo instituantur magisterium, vicissim praelegendo, scribendo, dictando, emendando, aliaque munia boni praeceptoris obeunda.

Placet igitur ad instituendos novos magistros academias haberi[6] quotannis per spatium duorum [17*v*] mensium; hoc est, ab initio vacationis pomeridianae usque ad finem studiorum (aut alio anni tempore, ubi hoc commodum non esset), ita ut nullus dies eximatur praeter dies recreationis et disputationis publicae metaphysicorum. Nemo autem excipiatur ex philosophis, logicis, rhetoribus et casistis. Expedit enim eam institutionem inculcari, praesertim cum uno anno satis temporis non sit ad eos probe instruendos. Conducit etiam multos esse, qui, si necessitas cogat, sine tumultuaria institutione magistrum agere possint. Simulque optandum est, ut praefecti scholarum aut superiores collegiorum futuri non sint eiusmodi institutionis ignari. Nec vero, si vel morbus vel defatigatio vel alia causa interveniat, committendum videtur, ut veteribus magistri novi ac docendi rudes, ne ad tempus quidem, succedant. Quippe discipuli iam usu callidi facile inexpertos praeceptores eludunt, magnaque ex parte dilabuntur. Quocirca magistros expertos, qui docendi munus [18*r*] ex professo obierint, et non levis autoritatis substitui[i] oporteret. Praesertim vero sub vacationes anniversarias, quo tempore discipuli solent esse insolentiores et difficilius in officio continentur, et scilicet magistrum peritum desiderant, qui totius anni quasi fructus colligat. Itaque satius videtur, hoc velut messis tempus ipsis magistris reservari, eis autem relaxationem alio tempore dare; v. gr. circa ferias Paschatis aut S. Ioannis Baptistae.

Hactenus de praeceptoribus; nunc de ipsis humanitatis partibus recte constituendis ac tradendis agendum est.

---

[a] haberi *del.* quam collegiis / [b] philosophorum *del.* nonnullis / [c] nonnullis *in marg. m. Tucci* / [d] id *sup. m. Tucci* / [e] *prius* remanere / [f] atque *del.* ansae / [g] *prius* auditorem / [h] *prius* superioribus / [i] *prius* institui.

QUANTUM REFERAT OPTIMA NOSTROS UTI GRAMMATICA QUAEVE EIUSMODI VIDEATUR[1]

CAPUT TERTIUM

Quoniam totius humanitatis fundamentum [18*v*] in arte grammatica positum est, ab ea videtur exordiendum esse. De ea vero facultate praecepere quam plurimi. Sed in optimo seligendo laborandum est in primis. Nihil enim praeclare sperari potest de male ruderata initio structura; nec facile est, si quam barbariem puerorum tener animus combiberit, exuere. Nam quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu[2]. Superioribus plane annis per varios itum est grammaticos; et cum priores non placerent, alios atque alios subinde in scholas nostras adscivimus. Quae tam crebra commutatio nec levitatis nota, nec doctrinae iactura caruit, quod homines nostri quo tempore oportuit eos ad meliora proficere, cogerentur identidem nova conquirere, dediscere, quae didicerant; et tanquam de vertendo solo potius, quam de statuendo domicilio cogitare. Igitur e re nostra quam plurimum fuerit unum aliquem grammaticae facultatis scriptorem [19*r*] nancisci, qui iure optimo possit caeteris anteponi; repertum vero ita constanter retinere, ut turpe esse posthac existimemus, iterum incertis quasi sedibus va-

---

[6] Vide scriptum *«Dell'Academie per istruttione de maestri nuovi di grammatica et humanità in Collegio Romano»* ARSI, *Congr. 44*, f. 289-90.

[1] Vide R 86/A *Stud. inf.* c. III; supra, P. I p. 120-24.

[2] Vide *ib.* adn. 2.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

gari. Et quidem in ea re strenue laborasse videtur Emmanuel[3] noster. Significationes enim et constructiones verborum, nominum aliarumque partium orationis ex optimis collegit authoribus, et in methodum redegit accuratissimam. Si quid igitur in syntaxi latinum, purum, tutum, elegans optari potest, id non ex aliis grammaticis, qui ea de re vel falso vel improprie vel barbare praeceperunt, sed ex Emmanuele petendum videtur.

De eius tamen ordine nonnihil est controversiae. De qua duae sunt opiniones. Una eorum, quibus Emmanuelis ordo optimus per se videbatur, sed pueris italis parum aptus; qui cum quotidie ex scholis externis ad nostras ventitant imbuti italicae grammaticae ordine, desumpto ex Prisciano[4], Phoca[4], Diomede[4] caeterisque vetustioribus grammaticis [19*v*] ita turbantur ac pene caecutiunt ex diversissima illa praeceptorum dispositione, qua utitur Emmanuel, ut multos annos terere videantur in salebris potius, quam in bonis artibus addiscendis. Itaque cum non omnis ordo quo exactior, clarior etiam sit, sed alius inserviat subtilitati, alius perspicuitati, plerique censuerunt Emmanuelem, salvis tamen omnibus eius institutionibus et appendicibus, in italicum ordinem pro italis redigendum esse. Delata tunc res est admodum R.P. Praeposito Generali, cuius iussu Emmanuel ad italicam formam explanatus, editus et in usum inductus fuit; eumque nunc professores et facillimum esse et utilissimum pueris experiuntur[5].

Altera opinio est eorum, qui cuperent tueri uniformitatem inter Italiam et dissentientes provincias, quae assuetae Despauterio[6], Nebrissensi[6], Erasmo[7], quorum ordinem secutus fuit Emmanuel, eius grammaticam qualis [20*r*] ab authore prodiit, mallent retinere. Itaque ad uniformitatem[a] conservandam, tollendamque ordinis obscuritatem, quae italos pueros vexat, memorati[b] quatuor[c] patres, qui[d] huiusmodi studia[e] recognoscunt, sentiunt: Primo, in infima classe cum rudimentis debere tradi atque exponi grammaticae compendium italico more confectum[8]. -2° Quicunque ab externis ad nostras scholas transeunt, in infimam classem esse adsciscendos, quo paulatim assuescant et aptiores fiant ad Emmanuelis ordinem capiendum. - 3° In aliis grammaticae classibus exponendum esse Emmanuelem integrum et intactum, additis ad marginem scholiis, quibus indicetur, ad quas italicae grammaticae regulas quidque pertineat. - 4° Paucis adscriptis annotationibus explicandos esse quosdam Emmanuelis locos, qui aliis etiam provinciis videntur obscuriores. [20*v*] - 5° Instituendas esse domi academias, quibus serio ac laboriose erudiantur praeceptores, ut probe ordinem Emmanuelis intelligant, intellectumque discant recte pueris explicare.

Atque his quinque fere remediis posterior opinio tueri studet uniformitatem. Tametsi authores prioris opinionis negarent per haec remedia satis esse consultum uniformitati. Nam in primo iam conceditur aliquis italicae grammaticae usus; in quo iam differemus a caeteris; et ab eo cum pueri ad Emmanuelis ordinem gradum facerent, turbarentur. - In secundo nocetur accedentibus ad nos, si cum accedent plerumque aetate aut doctrina paulo provectiores, in infimam classem trudantur. Adde quod neque id illis proderit. Nam si infimae classis ordo italicam consuetudinem retinet, quomodo eos idoneos [21*r*] facilesque comparabit ad Emmanuelis ordinem longe diversissimum? - In tertio sub unum ponuntur aspectum dissimillimae methodi; quae si non ambae exponendae pueris, cur non satius est unam dumtaxat habere in libro, quae minus oculos confunderet? Sin ambae exponendae, quanta turbatio puerorum, qui in una tantum capienda usque adeo nunc laborant Porro nec tam facile est aut in margina-

---

[3] Vide *ib.* adn. 3.
[4] Vide *ib.* adn. 8 9 10.
[5] Vide *ib.* adn. 11.
[6] Vide MP I-IV 97 et passim.
[7] De Erasmo cf. MP I 97.
[8] Vide supra, adn. 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lem angustiam redigere habitudinem unius grammaticae ad alteram, aut invenire qui redigat. Nam ordo italicus, ad quem Romae fuit revocatum Emmanuel, multis constitit vigiliis. Et cum confecta iam res sit, et bene cedat in praxi scholarum, quid novis laboribus opus est; praesertim cum magna levitatis et inconstantiae nota ob tam crebras grammaticae mutationes. - In quarto cum alia aliis videantur obscura provinciis, lucubratio una vix placere poterit omnibus. Cur non potius unaquaeque iuxta suae gentis morem, quae sibi usui esse possunt, sibi annotet et ad margines referat? - [21*v*] In quinto ponuntur quaedam optanda potius, quam speranda. Experimur enim quotidie nostrorum debilitari[f] valetudinem, languescere diligentiam ac voluntatem laborandi in scholis grammaticae. Quare etiam augeri penuriam eorum, qui his scholis praeesse possint. Ea vero res futura adhuc difficilior est, si magistris tantum academiarum et exercitationum opus fuerit ad intelligendam grammaticam. Propterea curandum est magnopere, quomodo facilia omnia ac prope emansa illis suppetant, cum commode fieri potest, ne professorum munus per se satis onerosum, fiat adhuc onerosius ex obscuritate grammaticae; apud italos praesertim, qui minus patienter, quam aliae gentes, laborem ferunt.

Itaque ut haec omnia et recte et concorditer componantur, illud optimum factu visum est, ut in tota Societate Emmanuelis grammatica praelegatur. Si qua tamen provincia eam experiatur accuratioris esse methodi, quam ferat suorum puerorum captus, consulto R.P. Praeposito Generali, licebit illam vel additis ad marginem scholiis, vel inverso, quantum satis est, ordine, vel aliter suorum [22*r*] consuetudini et ingeniis adaptare; salva tamen substantia omnium praeceptorum Emmanuelis.

Iam permittenda visa est provinciis, quibus cordi est, syntaxis et prosodia versibus illigata, praesertim si versus ipsius Emmanuelis, ut perhibent, inveniuntur. Placuit etiam (quod nonnullae provinciae expetunt[9], discipulorum compendio consulentes) rudimenta, syntaxim et prosodiam cum additamento de mediis syllabis ipsius Emmanuelis, si reperiatur, aut alterius, separatim imprimi, ut possint separatis voluminibus haberi.

---

[a] *prius* unitatem / [b] memorati *in marg.* / [c] 4.or *del.* qui / [d] qui *del.* haec / [e] huiusmodi *in marg.* / [f] debitari *ms.*

An cum primis ferme Latinae Grammaticae Elementis Graecae etiam literae Discendae sint [1]

Caput quartum

[1] Magnas ac multiplices esse graecae linguae utilitates, ambigit nullus ... scientia non tanta esset illis necessaria, quibus esset in tribus vel quatuor inferioribus classibus docendum, ut non facile quivis privato studio ac peritiorum ope hoc onus possit pro dignitate sustinere. [v. R 86/A *Stud. inf.* c. IV; supra, P. I p. 125-28]

[2] Itaque ex usu est, ut in tertia classe primum doceantur pueri legere graece et scribere; deinde inflectere verba et nomina simplicia sine formationibus et contractionibus. In secunda autem classe primum refricetur memoria eorum, quae tradita sunt in classe inferiori; deinde tradantur nomina et verba circumflexa. Et hic cursus in utraque classe bis in anno peragatur. In prima vero grammaticae haec eadem initio recolantur adiectis formationibus; in-

---

[9] Vide MP VI.

[1] Vide R 86/A *Studia inf.* c. IV; supra, P. I p. 125-28.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

de verba in μι et anomala, caeteraque rudimenta et facilior aliquid graecus author explicetur. In classe vero rhetoricae hora in graecis ponatur; in classe humanitatis paulo minus. [27*v*]

[3] Academiam nostrorum graecam ad graeca studia promovenda[2] in primariis collegiis fieri optandum est; sed ita, ut delectus habeatur ex philosophis, theologis et casistis (nam rhetoribus et humanistis satis est exercitatio, quae habetur in scholis); eorum scilicet, qui graecis litteris imbuti ad haec studia idonei censeantur; neque tamen valde dispares sint inter se. Tempus autem aptum quaerendum est, ut minimum bis in hebdomada, et minimum per semihoram academici exerceantur.

[4] Quoniam Clenardi grammatica[3] omnium iudicio valde manca est, neque ulla omnino reperitur graeca grammatica omnibus expleta numeris, placuit novam cudi a nostris[4] iusta magnitudine et eodem fere ordine (quoad eius fieri possit), quo prodierit grammatica Emmanuelis[5], quo similitudo rem faciat aptiorem.

[5] Utile quoque esset latine converti patres male [28*r*] versos, aut alios libros utiles nondum latinitate donatos. Placet etiam rudimenta graeca ita imprimi, ut a syntaxi queant separari.

TERMINI AC FINES
CUIUSQUE SCHOLAE IN COLLEGIIS QUINQUE CLASSIUM VIDELICET RHETORICAE, HUMANITATIS ET TRIUM GRAMMATICAE[1]

CAPUT[a] QUINTUM

Constitutiones (Par. IV cap. 13 B)[2] statuerunt tres esse oportere grammaticae classes ordinarie; quarta humanitatis, quinta rhetoricae. Et numerus quidem trium classium grammaticae optima ratione nititur. Cum enim in qualibet re distinqui soleant principium, medium, finis, P. Ignatius arbitratus est sapienter, etiam grammaticas institutiones ita posse dividi, ut quaedam ad auditorum statum infimum, quaedam ad medium, quaedam ad summum pertineant. Quare cum haec tripartita divisio ex ipsa natura artis [28*v*] grammaticae et ex triplici puerorum captu desumatur, merito negat ipsam grammaticam esse in plures, quam in tres classes distrahendam. Quod siqua earum trium ulla plus aequo abundaret audientium frequentia, illam esse geminandam sub duobus praeceptoribus, ut sint v. gr. duae tertiae classes, vel duae secundae etc.

[1] Ut autem hi fines scholarum magis distincte ac particulatim innotescant, ad tertiae, hoc est, infimae classis professorem pertinet ex grammatica P. Emmanuelis Alvari[3] eam explicare partem, in qua declinationes ac genera nominum, verborum coniugationes, praeterita ac supina, aliaque huiusmodi rudimenta[b] traduntur.

Addat et perspicuam quandam syntaxeos introductionem, complectentem quattuordecim illa communia constructionis praecepta; et si qua alia utpote facillima quaeque ex ipsamet Emmanuelis syntaxi in huius classis usum unaquaeque provincia sibi colligenda et in commentariolum redigenda censuerit. [29*r*]

---

[2] De academia latinitatis v. R 86/B *Stud. inf.* c. II § 6; supra, p. 185.

[3] De N. Clenardi grammatica graeca cf. MP I-IV 456 et passim.

[4] Anno 1593 prodierunt Iacobi Gretser S.I., *Rudimenta linguae graecae;* cf. SOMMERVOGEL III 1746-55; DUHR I 668-71.

[5] De grammatica E. Álvares S.I. cf. R 86/A *Stud. inf.* c. III; supra, p. 121 adn. 3.

[1] Caput, in respectu R 86/A, prorsus novum.

[2] Vide MP I 289.

[3] De ea grammatica cf. R 86/A *Stud. inf.* c. III adn. 3; supra, p. 121.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In provinciis autem, quibus placuerit uti Emmanuele in romanam methodum nuperrime redacto[4], introductionis loco erunt concordantiae et generales regulae ab activis ad figuratam usque constructionem exclusive, omissis tamen appendicibus.

Pensum vero, quod tam tertiae, quam[c] unicuique scholae hic distributum fuit, non potuit sic ad amussim elimari, ut non contineret etiam aliqua difficiliora et magis propria superiori, quam inferiori scholae. Ita tamen fieri oportuit, ne nimis esset minuta partitio. Nam v. gr. in nominum declinationibus vel generibus et in verborum tam coniugationibus, quam praeteritis et supinis aliquot habentur regulae, quae tertiae classis pueris consentaneae non videntur. Tamen, ne paucas illas regulas a reliquo corpore dissecaremus, et transferemus in alias scholas, quod non exiguae confusionis esset, necesse fuit illas cum caeteris sui generis ordinisque regulis coniungere, et ad tertiam classem referre. Idem iudicium de plerisque aliis, quae propter eandem causam coniecta sunt in pensum tertiae classis, cum secundae potius [29*v*] convenirent. Et quaedam alia attributa sunt secundae, cum magis quadrarent in primam. Nonnulla etiam relicta sunt primae, cum ad humanitatis classem aptius pertinerent. Non enim aliter res transigi potuit, ne pauca quaedam membra a toto aliquo genere tanquam corpore abrumperentur, fieretque magis implicata ac perplexa divisio per has minutias. Erit igitur seduli ac solertis professoris diligenter dispicere, quid suis proprie congruat auditoribus, remque communicare cum studiorum praefecto; qui[d], propriis scholarum pensis accurate perspectis, statuet, quae in cuiusque scholae penso sint ab eius professore vel tradenda plenius, vel attingenda leviter, vel penitus omittenda, ut a superioris scholae doctore enarrentur copiose, dum fit repetitio eorum, quae inferioris classis propria sunt. Hanc vero enucleatam designationem eorum, quae in unaquaque classe cunctanter aut cursim docenda sunt, faciet praefectus initio cuiusque anni, vel potius quoties veteri professori novus datur successor[e]. [30*r*]

Quaecunque igitur praeceptor tertiae sive in rudimentis, sive in praeceptis introductionis animadverterit, ipsemet[f] et a studiorum praefecto cognoverit, esse difficiliora, quam suorum puerorum captus ferat, ea vel praetereat vel leviter attingat, postmodum a secundae classis professore plenius explicanda. Est enim praecipuus huius scholae fructus non alius sane quam prompta quaedam puerorum facultas in nominum verborumque variis flexionibus reperiendis et in facillimis quibusque thematibus latine vertendis.

Ea vero, quorum diligentem pertractationem ad se pertinere noverit, sic disponat, ut a facilioribus sumat initium; in quorum explicatione adhuc siqua difficiliora incurrant, ea partim in opportuniorem locum differat, partim grata vice facilioribus intermisceat, ut quantum in his festinat, tantum in illis exponendis [30*v*] ac recolendis[g] ac[h] per varias exercitationes inculcandis haereat, quoad probe ac firmiter teneantur a pueris, etiamsi ob eam causam oporteret aliquando syntaxeos explicationem intermittere. Idem in aliis etiam scholis faciendum[h].

[2] Sicut autem tertia classis primum in artem grammaticam ingressum, sive introductionem sibi vendicat, ita secundae classi proprie convenit mediocris in illa progressus; hoc est, totius syntaxeos compendium quoddam, quod fere generalibus Emmanuelis praeceptis sine appendicibus continetur.

[3] Huic compendio respondent in Emmanuele, ad romanam methodum explanato[4], appendices tam primi quam secundi generis. Nec enim quicquam appendicum videtur communicandum cum tertia, quae rebus et minutissimis et molestissimis et numero quam plurimis satis implicata est. Accedit etiam puerorum maior et ruditas et multitudo, et ordo du-

---

[4] Cf. *ib.* p. 123 adn. 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

plex, ut plurimum; sed et cum unico constat ordine, minus habet temporis, quam secunda[i]. [31*r*]

Iamvero ut[j] inchoatio quaedam syntaxeos tertiam classem fundat ac perficit, secundam vero mediocris progressus et compendium, ita primam cumulata illius ac perfecta explicatio, quae ad compendium adiicit non modo figuratam constructionem et rudimenta[k] prosodiae, sed syntaxeos etiam appendices vel universas, prout ab autore dispositae fuerunt; vel tertii tantum generis in provinciis, quae non ipsius authoris, sed romanum sequentur ordinem.

[4] Modus porro[l] constituendi classem humanitatis duplex esse posse videtur. Unus est eiusmodi: Postquam in grammatica, quantum oportet, profecerunt pueri, ad classem humanitatis ascendant stylum aliquem conformaturi. Atque ideo, ne obruantur varietate lectionum, audiant fere Tullium *de Officiis* vel quid simile, et ex poetis Virgilium. Idque [31*v*] primis anni mensibus. Reliquus pene annus consumatur totus in legenda rhetorica M. Tullii et eius orationibus. Qua in re, postquam quantum necesse fuit, se exercuerunt, promoveantur ad classem rhetoricae, ubi eadem praecepta artis, sed ex aliis libris audiant cum orationibus; et maneant in scholis quinque horas. In eadem etiam rhetoricae classe tradatur illis autorum varietas, ut poetarum, historiarum, philosophicorum librorum M. Tullii. Postquam enim aliquantulum confirmaverunt sibi stylum in classe humanitatis, minus periculi est, ne illis noceat haec varietas lectionum, quas in classe rhetoricae audiunt. Quin etiam exercitatio in versibus magis fere quotidiana sit in classe rhetoricae, quam humanitatis; licet utrobique declametur fere aequaliter, sed cum maiori incommodo magistri humanitatis, qui debet rudes expolire; quos expolitos accipit rhetoricae professor.

Alter modus est fere huiusmodi: Humanitatis classis comparata videtur ad duo. Primum, ad multiplicem et variam eruditionem ex poetis, historiis, moribus gentium, apophtegmatis, [32*r*] adagiis, morali philosophia M. Tullii etc. Secundo, ad stylum conformandum in prosa et in versu, dummodo in fine anni tradatur compendium rhetoricae ex Cypriano[5] cum aliqua faciliore oratione M. Tullii. Huic modo favent Constitutiones 4 Par. cap. 12 A in Declaratione: «Sub litteris, inquiunt, humanioribus praeter grammaticam intelligatur, quod ad rhetoricam, poesim et historiam pertinet»[6]. Deinde cap. 13 B[7] quinque classes instituunt, et tribus quidem attribuunt grammaticam, uni et supremae rhetoricam, proximae vero humanitatem. Quibus locis[m] cum humanitatem divisissent in grammaticam, historiam, poesim et rhetoricam; et cum grammaticam et rhetoricam in proprias classes segregassent, consequens est classi humanitatis reliquisse[n] historiam et poesim. Ad haec, eam rem sic intelligendam esse ostendit antiqua consuetudo Collegii Romani, messanensis, panhormitani et huiusmodi aliorum, quae ipsemet P. Ignatius fundavit[8]. Favet et huic consuetudini ratio. Aliud est enim latinus stylus, aliud stylus oratorius et pure tullianus. Posterior quidem ex M. Tullio, praesertim ex libris rhetoricis [32*v*] et orationibus petendus videtur; prior vero ex aliis etiam autoribus, quales leguntur in classe humanitatis. Cum vero altior sit oratorius stylus, quam latinus quilibet, ille servandus est supremae classi, in qua non nisi Tullius ferme[o] legatur, qui solus prope facit oratores. Prior vero stylus, cum sit facilior, in classe humanitatis discendus est; nec vitiatur, sed corroboratur potius bonorum autorum varietate. Ad quam dantur quinque horae, in rhetorica vero quatuor circiter: duae antemeridianae, totidem pomeridianae, ut plus vacet ad exercendum stylum.

---

[5] De hoc C. Soares S.I. opusculo cf. MP II 156 et passim.
[6] Vide MP I 283.
[7] Vide MP I 289.
[8] Vide R 86/A *Stud. inf.* cap. *Fines atque execitationes* ... ; supra, P. I. p. 151 adn. 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Haec itaque classis[p] humanitatis comparata[q] videtur ad[r] multiplicem ac variam eruditionem[s] adolescentibus tradendam; tametsi caput sit, ut[t] ii ad latinae linguae elegantiam perpoliantur; latinas epistolas usitatorum generum non sine artificio, et oratiunculas ex rhetoricae compendio scribant; carmina condant praecipuorum generum; styli historici eam adipiscantur[u] cognitionem, quae ex authoribus, dum explicantur a magistro, hauriri commode poterit; in graecis denique litteris adeo progrediantur[v], ut graece aliquid [33*r*] scribere non imperite norint.

[5] In classe demum rhetoricae non aliud spectandum, quam ut[w] adolescentes in primis ad tullianam eloquentiam elimentur[x]. Recipit tamen praelegendi ratio magnam doctrinae varietatem ex veteri memoria, ex locorum insignium interpretatione, ex gravibus autorum sententiis, ex clarorum virorum apophtegmatis, ex exemplis, ex testimoniis, ex multarum rerum originibus, ex nobilissimarum rerum publicarum gentiumque institutis, moribus, litteris, magistratibus, legibus, ritibus sacris. Huius etiam scholae sunt reconditae illae, quae ex interioribus litteris promuntur observationes tum linguae latinae, tum illustrium locutionum, tum omnis artis et imitationis oratoriae. Videndum est tamen in iis, sicut in caeteris, ne quid a proposita re dicatur alienum, neu ad speciem ac pompam magis, quam ad fructum utilitatemque discipulorum industria conferatur.

---

[a] Cap. *del.* IV / [b] rudimenta *in marg.* / [c] tam tertiae quam *in marg. m. Tucci* / [d] qui *del.* harum; *sup. m. Tucci* propriis / [e] *p* successor *del.* Ex quo fiet, ut grammaticae partes hic non cogamur in minimas etiam particulas discerpere; quod et nimis molestum et prolixum foret. Nec tamen inde detrimentum aliquod scholae capiantur, professore sese continente intra fines eorum praeceptorum, quae suorum puerorum ingenium captumque non superant / [f] ipsemet *del.* magister / [g] recolendis *del.* haereat / [h] ac ... faciendum *m. Tucci in marg.* / [i] quam 2.a *del.* In hoc compendio difficiliora quae fuerint, si suo praefectique arbitrio puerorum captum superant, ea vix aut leviter attingat, explicanda sunt enim postmodum a primae classis professore; sin 2.ae classis modum non excedant, facto a facilioribus initio, difficiliora partim in opportuniorem locum differat, partim grata vice facilioribus intermisceat, ut quantum in his festinat, tantum in illis exponendis, recolendis ac per varias exercitationes inculcandis haereat, quoad probe ac firmiter teneantur a pueris, etiam si ob eam causam oporteret aliquando syntaxeos explicationem intermittere / [j] Iamvero ut *m.Tucci* / [k] et rudimenta *in marg. m. Tucci* / [l] porro *sup. m. Tucci* / [m] *prius* quo loco / [n] *prius* relinqui / [o] ferme *sup. m. Tucci* / [p] classis *del.* eo; *sup.* humanitatis / [q] comparata *del.* atque instituta est, ut discipuli / [r] videtur ad *sup.* / [s] eruditionem *del.* ex poetis / [t] ut *del.* eos; *sup.* ii / [u] *prius* adipisci / [v] *prius* progredi / [w] ut *sup. m. Tucci* / [x] *prius* elimare.

HARUM SCHOLARUM QUOTIDIANAE EXERCITATIONES

CAPUT SEXTUM [1]

[1] Iam vero perquam utile est diligentius explanare, [33*v*] quae et quonam modo instituendae sint exercitationum genera, quibus latinae graecaeque litterae perdisci solent. Atque ut ab infimis initium fiat, tertiae classis professor in nominibus flectendis sic assidue ac strenue suos exerceat, ut quovis proposito nomine, assuescant continuo reddere quemcunque casum ex tempore fuerint interrogati.

Exerceat autem non temere ac fortuito, sed gradatim, hoc fere ordine. Principio pueros iubeat substantiva nomina nuda declinare. Deinde simplicia etiam pronomina. Tum substantiva nomina singula cum singulis epithetis. Postea cum binis epithetis nunc eiusdem, nunc diversarum declinationum.

Post nonnullam in simplicibus nominibus exercitationem, verborum etiam coniugationes misceantur. Fiatque initium a substantivo verbo; deinde ad simplices quatuor con-

---

[1] Caput prorsus refectum; cf. R 86/A *Stud. inf.* c. V (*Quonam modo instituenda* ...); supra, P. I p. 128.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

iugationes aliorum verborum. Tum ad deponentia et communia procedatur. Singulis vero latinorum temporum vocibus non nisi singulae vernaculae interpretationes reddantur, etiam in [34*r*] coniunctivo et infinitivo modo, ne rudium mentes obruat interpretatio multiplex.

Simul ac primas quasdam et communiores nominum verborumque flexiones iam tenere pueri videbuntur, ad syntaxeos introductionem accedendum est. Sed adumbranda prius aliqua descriptio rudimentorum seu partium orationis, ut puer intelligat, quid sit nomen, quid verbum, quid adverbium, quid participium etc. Ea tamen, post mediocrem in syntaxi progressum, plenius exponenda sunt.

Syntaxim vero variis modis atque exemplis et explicet magister et a pueris repetendam curet. Quantoque locus, quem in manibus habet, difficilior est, tanto diutius in eo inculcando pluribusque exercitationibus illustrando[a] commoretur; cum praesertim non sit quotidie explicanda syntaxis, sed interpretandae primum difficiliores nominum verborumque flexiones, deinde generum enarratio, tum praeteritorum ac supinorum. [34*v*]

Pro difficilioribus autem flexionibus habeantur praeter alias flexiones etiam nominum, quae anomala, quaeque partitiva dicuntur; et pronominum, quae vocantur derivativa; et relativorum et verborum, quae anomala vel defectiva vel impersonalia cognominantur; et similium.

Haec autem non perpetua semper serie a recto per obliquas flexiones ad finem usque ducantur, sed nunc quidem continenter casus, modi, tempora decurrantur; nunc avulsae per se voces atque inclinationes modo istae, modo illae reposcantur interruptim.

Assuescant itaque pueri tum quamcumque cuiuslibet nominis ac verbi flexionem ex vernacula latinam, et ex latina vernaculam prompte reddere. Tum prolato uno aliquo tempore activae vocis, statim passivam adiungere; tum verborum quaecunque proposita fuerint, tam praeterita, quam supina indicare quamprimum; tum denique inter coniugandum perpetua serie per singula tempora brevem aliquam phrasim latinam eiusdem temporis conficere, confectamque statim in vulgarem sermonem convertere.

Eadem nominum, verborum, generum, supinorum [35*r*] recolendorum inflectendorumque exercitatio ad secundam quoque pertinet; eorum praesertim, quae vel authoris explicatio vel argumentum thematis obtulerit; ad primam etiam classem et ad humanitatis scholam; per occasionem tamen, non de industria, ne auditores in puerile pistrinum compingi videantur.

Haec vero dum sedulo pertractantur in tertia classe, quoad pueri ad stylum idonei fuerint, creberrimis locutionibus ex praescripto syntaxeos, quae illis per id tempus explicatur, verbotenus transferendis in latinum exerceantur; et iis quidem non temere confictis, sed ex probatis autoribus ita petitis, ut quam paucissimae voces immutentur; ne quod fere fit, dum grammaticam addiscunt, impure loqui et inquinate consuescant.

Propositum vero thema puer statim iisdem repetat verbis. Id deinde, postquam tantisper meditatus fuerit, non verbatim, sed totum simul latine redditum efferat, attendentibus aliis, ut deinde, si forte eveniat, interrogati, in promptu habeant, quod respondeant. [35*v*]

Pueris hac exercitatione, quantum satis est, progressis, quotidie, praeter diem sabbati, thema dictandum est; perspicuum sane, nec fere prolixius quatuor versiculis. Illud vero antea magister domi et latine scribat et patrio sermone convertat; et quamvis pro captu puerorum, elaboratum tamen, perinde ac si in ea re prudentiae, ingenii, doctrinae specimen edendum sibi foret.

Itaque argumentum sit nec ineptum nec vulgare. Ordo commodus; verba apposita

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ad res explicandas neque abiecta et odiosa, neque nimis exquisita et obscura. Quicquid denique dictandum est, dirigatur, quoad eius fieri potest, ad imitationem Ciceronis[2], et ad normam seu filum cuiusdam narrationis, suasionis, gratulationis, admonitionis, aliarumque id genus rerum, quae aut pueris pro varietate temporum usui aliquando esse possint, aut frequenter in familiarem sermonem incidunt.

Themate, quod postea domi latine vertendum [36*r*] est, tradito, tradat statim magister difficiliora quaedam vocabula, aliaque subsidia, quibus pueri iuvari possint, ut et perspicuitatis in scribendo rationem habeant quam maximam, et nihil, quo ad eius fieri poterit, mandent litteris, quod ex idoneis autoribus, ex M. Tullio praesertim, depromptum non sit[b].

Duplex unusquisque puer suae compositionis exemplum scribat. Unum sibi, alterum magistro ad emendandum accedenti. Qui superiore ex loco clara corrigat voce exempla quina vel sena quotidie; et in his unum aliquod ex deterrimis, palam indicando quicquid in syntaxi, in ortographia, in interpunctione aut aliter erratum fuerit.

Inter emendandum, cum primum erratum aliquid publice pronuntiarit, iubeat, ut qui errarunt aut eorum aemuli regulam, contra quam peccatum est, statim proferant; atque reliqui omnes suum quisque exemplum corrigant, correctumque tradant, si non quotidie, aliquando tamen aemulis, qui dispiciant correctum-[36*v*]ne sit ex magistri praescripto, et an habeat alia praeterea, quae corrigenda sint. Ad eam vero censuram honore aliquo, et si commode potest excogitari, praemiolo incitandi essent.

Hoc sane modo, cum omnium exempla quotidie magister corrigere non possit, corrigat tamen quo plura potest; quaedam etiam privatim ipse recognoscat e suggestu; ex iis praesertim, quorum suspecta diligentia est, nunc istum, nunc illum ad se vocando; idque saltem eo tempore, quo aemuli aliorum exempla perlegunt et errata colligunt. Prorsus ut, schola in ternas quaternasve partes divisa, nullus sit, cuius compostionem semel in hebdomada non emendarit.

Dum privatae tacitaeque vacat correctioni, iubeat eos, quibus tunc negotii nihil est (ne perstrepant ex otio), aut vertere M. Tullii praelectionem ex latino, aut ex grammaticae regulis recens explicatis depromere, quae in certamen [37*r*] proponant aemulis; aut ex eiusdem M. Tullii epistolis aliquid emendate, interpunctim, elegantique charactere transcribere; idque sic attente, ut iam nunc incipiant, quod in exscribendo Thucydide ferunt Demosteni contigisse, occultam Ciceronis imitandi facultatem et consuetudinem nancisci.

Eorum vero, quae tunc descripta aut composita fuerint, arripiat quamcunque potest magister[c] occasionem legendi modo haec, modo illa, ad emendandam, praeter alia, orthographiam, qua nihil vitiosius in puero. Eadem de causa etiam inter dictandum semper admoneat, quomodo quaeque orationis pars scribenda interpungendaque sit. Atque id ipsum a pueris non scribentibus solum, sed etiam dictatum clara voce legentibus exigat sedulo.

[2] Sunt haec etiam communia superioribus classibus, nisi quod in his deberet esse et thema prolixius et orthographia accuratior. Nulla enim in hoc genere paulo provectiorum admittenda videretur excusatio, quod eos scribere pene nihil oporteret, quod aliquo ex libro non transcripserint. Tradito quoque themate, primanis et humanistis tradenda statim [37*v*] essent non[d] modo vocabula, sicut in aliis etiam classibus, sed[d] et difficiliores quidem dicendi modi ad thema scribendum necessarii.

In prima adhuc classe et superioribus satis sit[e] bina ternave exempla emendare pu-

---

[2] De imitatione Ciceronis cf. MP I 452.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

blice. Ab humanistis quoque inter emendandum non modo syntaxeos ratio, sed cultus et elegantia etiam exigenda est; sicut a rhetoribus artis oratoriae praecepta. In iisdem scholis tribus tacite, corrigente magistro, iubeantur discipuli exscribere Ciceronem, ut tertiani et secundani; id tamen rarius; frequentius vero aut describere aliquid ex graeco authore aut versus ex praescripto componere, aut excerpere phrases ex Ciceronis praelectione.

Ex usu praeterea est in prima classe, ut singulis fere mensibus pueri suo marte scribant epistolam ad gratulandum, ad consulendum, ad monendum, ad reprehendendum, ad suadendum, ad dissuadendum aut ad similia officiosae urbanitatis genera. Sed principio oporteret magistrum[f] illius generis, de quo scribendum est, nonnulla tradere praecepta, eorumque usum in aliqua Ciceronis epistola indicare. Deinde [38*r*] consimile argumentum proponere, deque eo pauca quaedam capita dictare, ex quibus discipuli facili negotio possint epistolam conscribere.

Ipse etiam praeceptor dictet primanis frequenter thema ad epistolae formam. Id quod humanistis quotidie fere praestandum est. Eodemque modo exigenda ab istis etiam[g] epistola proprio marte composita ex[h] uno aliquo genere eorum, quae paulo ante commemorata sunt; sed ita, ut per omnia illa fere genera eat exercitatio. Et principio quidem, sicut de tertianis dictum est, illius generis de quo scribendum erit, explicentur praecepta et usus in aliqua Ciceronis seu Plinii epistola, non explananda sane, sed percurrenda. Deinde consimile argumentum dictetur; deque eo pauca quaedam capita, quibus adiutus puer haud difficili negotio scribat epistolam[h]. Qui, ubi visus fuerit, sine cortice, ut dicitur, nare posse, tum magister de alio argumento persimili, nullis dictatis capitibus, sed verbotenus significatis scribendam epistolam curet. Denique ubi satis exercitati ac prompti in hoc scribendi genere adolescentes[i] videbuntur, tum vero proposito duntaxat argumento, exigetur epistola. Quoniam ad exercitationem necesse est, det operam magister, ut discipuli quasi sylvam quandam verborum ac formularum cuiusque generis paratam habeant, rationemque kalendarum, quas quotidie epistolis subiiciant, non ignorent.

Rhetoribus vero latinae orationis et carminis thema breviter dictetur. Quod amplificent postea [38*v*] discipuli; idque fere ad imitationem cuiusque boni auctoris, quem magister indicarit. Nonnunquam etiam satis fuerit, demonstrato autore aliquo et proposito verbotenus argumento, iubere, ut inde discipuli orationem suo marte elucubrent. Nonnunquam etiam cuiuspiam oratio parieti affigatur, ut caeterorum iuvenum censura castigetur. Carmen autem exigendum duobus per hebdomadam diebus; hoc est, Lunae et vacationis[3].

Porro primae classis sesquimensis novissimus prosodiae tribuatur. Satisque fuerit facillima quaeque tradere[j] ex syllabarum dimensione sine appendicibus et incrementis; et communiores quosdam tum pedes, ut dactylum, spondaeum, trochaeum; tum versus, ut hexametrum et penthametrum. Et initio quidem dissolutos versus reficere pueri assuescant. Deinde ex dictato tantum argumento novum carmen fingere. Idque alternis fere diebus.

Humanistis autem accurate etiam prosodiam praeceptor exponat, repetitis prius his, quae primanis leviter informata fuerant; totiusque prosodiae [39*r*] cursum bis in anno peragat. Iam vero cum solutae orationis scribendae corrigendaeque pensum quotidianum esse debeat, nec unquam propter alias scriptiones intermittendum, carmen tamen duobus tantum hebdomadae diebus, hoc est, Lunae et vacationis exigendum; graeca etiam scriptio semel, hoc est, post vacationis diem. Argumentum porro et carminis et graecae scriptionis in proximam

---

[3] Dies vacationis generatim habebatur die Iovis; cf. MP I-IV 27 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

hebdomadam eodem, quo alia corriguntur, die tradatur.

[3] Praeterea permagni interest, ut in omnibus scholis authores, ut oportet, explicentur. Quin et in tertia classe, ut gustum aliquem Ciceronis habeant pueri, unde compositionum suarum prima exempla decerpant, ex illius epistolis breviores ac faciliores aliquas seligat magister, quas explicet nullo quidem rerum apparatu, nulla locutionum varietate; totidem tantum vulgaris linguae vocibus, sed quibus vocabulorum locutionumque maxime propriam ac genuinam vim (quo in genere suam magister operam egregie probare nitatur) exprimat; referatque explicationem [39*v*] omnem potissimum ad pueros grammaticae praeceptis, praesertim iis, quae proxime didicerint, informandos.

Id quo melius fiat, saltem praelectionum capita et ea potissimum, quae dictaturus est in schola, domi prius recte atque ordine sic scribat, ut ab aliis perlegi possint. Quae autem scripserit aut secum cogitarit, postea pueris tradat atque explicet hoc fere modo: Primo, sententiam authoris et antecedentium cum iis, quae modo interpretanda sunt, connexionem perstringat quam paucissimis. Deinde periodum ad verbum interpretetur; nec authoris voces ac figuras suis locis, nisi coactus, dimoveat, ut simul et locutionis integritati, quae disiungendis vocibus persaepe corrumpitur, et aurium interiori illi iudicio, quod plurimum refert in cognoscendis oratoriis numeris, consulatur. Tum periodum totam indicandae structurae [40*r*] gratia resolvat; nec semel tantum, sed si opus fuerit, etiam tertio et quarto, prorsus ut, quae quamque vox regat, clare pueri intelligant, nec utiles quasdam latinae linguae observationes bonis authoribus familiares ignorent.

Singula postmodum authoris verba, non omnia quidem, quo progressus fiat in authore, sed bina fere aut terna eorum, quae maxime excellunt, perpendat; curetque, ut puer eorum non communem quandam atque adumbratam intelligat significationem, sed propriam imprimis ac nativam, eamque non nisi unam aut alteram, nec aliunde, quam ex Cicerone, Varrone, Festo, Nonio, Gellio aliisve antiquioribus, qui de verborum proprietate scripserunt, repetitam; et duobus, non amplius, quam maxime appositis exemplis ex eodem potissimum authore enucleatam.

Metaphoras quoque, praesertim Ciceroni proprias (quae nisi intelligantur, veram ac germanam [40*v*] linguae cognitionem vehementer impediunt) demonstret maxime rudi Minerva notissimarumque rerum exemplis.

Ad haec, tres aut quattuor elegantiores phrases excerpat ac dictet. Earumque postea usum atque imitationem exigat in scribendo. Dictet autem intra tempus explicationi definitum, ne eam ob causam necesse sit tempus interpretationis prorogare.

Praelectio ipsa sive authoris sive grammaticae, praesertim ex generibus et praeteritis, non longius pateat ternis aut quaternis versibus.

Severe pueris interdicat, ut ne unam quidem litteram scribant, nisi iussi, ne, cum delectum ipsi nesciant habere, res leves, protritas, male coagmentatas, nec raro vitiosas mendisque refertas pro pretiosis rebus excipiant. [41*r*]

Caveat denique, ne paedagogi pueris domi lectiones alias exponant, sed repetant duntaxat auditas in scholis, ne bonae interpretationis, quam in scholis didicere, domi iacturam faciant.

[4] Habitae praelectionis rationem a pueris statim exigat; curetque ea prorsus in repetendo servari, quae ipse servaverat explicando. Nonnunquam etiam inter praelegendum, absoluta aliqua periodo, eius repetitionem reposcat a pueris, quo vigilantius attendant.

Efficiat, ut qui repetunt, clara voce pronuntient, emendate, distincte et quantum satis est, expresse; ea praesertim verba seu litteras, in quibus enucleate proferendis puerilis lingua laborare solet. Cuiusmodi[k] pronuntiationi ut assuescant, iubeat interdum autoris contextum, quem explicaturus est, ab aliquo praelegi, non recte solum, sed ita lente, ut per [41v] iusta

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

intervalla voces ipsae (quod sponte continget) sensim in memoria collocentur.

Non uni repetitionem imperet, sed quam plurimis per partes. Nec eos interroget ordine, quo considant, sed praetereat quos velit. Non temere tamen, sed ex occulto catalogo, ut statis vicibus exerceat universos. Et primum quidem provectiores repetant, alii deinde; crebrius vero tum novi discipuli, qui et diligentius exercendi et indulgentius tractandi videntur; tum alii segniores. Quanquam ingenio aut lingua tardiores brevius interrogandi sunt, ne in his plus aequo temporis conteratur.

Ea repetitio, quanquam ad authoris intelligentiam potissimum spectat, non refugienda tamen, nec praetereunda, siqua inde suppeditetur materia vel occasio coniugandi, declinandi, componendorum ex tempore thematum, exigendi [42*r*] indicandive grammaticae praecepta proxime explicata.

Absoluto aliquo libro, ad totius repetitionem pueros paratos esse iubeat in certum diem; tametsi eos non de omnibus, sed de praecipuis capitibus interrogaturus. Quod si praemiola quaedam nancisci queat distribuenda victoribus, paratis iam ad repetendum pueris omnibus illa proponat, ac simul edicat: Ecqui velint profiteri se de omnibus, quae eo libro continentur, responsuros. Ex professis autem aliquos sortito delectos, reliqui binis ternisve lacessant interrogationibus; praemiumque ferant, qui vicerint.

[5] Quadrant haec eadem in superiores classes, praeter ea, quae sequuntur.

Libri, quorum explicatio pertinet ad secundam classem, sunt fere lib. 13 et 14 *Epistolarum familiarium*. Praelectio quidem constare debet septenis fere versibus, nulla aut modica locutionum, varietate. [42*v*]

Libri vero primae classis sunt M. Tullii *Epistolae ad Atticum* et *ad Q. Fratrem*, et Ovidius *de Ponto* et *de Tristibus*. Post Pascha autem etiam *de Senectute* vel *de Amicitia* M. Tullii, et selecta aliqua ex Martiali, ex Tibullo, ex Propertio. Explicatio autem fiat primum latino, mox iterum vulgari sermone. Fiat et ad verbum interpretatio, sed non plus quam oportuerit.

Observentur quoque tum quae pertinent ad grammaticam, breviter tamen; tum phrases illustriores; et quidem paulo uberius, quam in classibus inferioribus. Nonnihil etiam aspergatur eruditionis et antiquitatis, brevissime tamen, ut plus vacet ad latinas phrases observandas, puerisque dictandas, quas emendate describant et in libellos papyraceos referant.

Libri vero, quorum explicatio ad humanitatis classem pertinent, sunt Ciceronis *Officia, Paradoxa, Tusculanae quaestiones*, praeter primam, *De finibus* et *De claris oratoribus*, cum sit liber pene historicus. [43*r*] Ex historicis vero exponantur Caesar, Sallustius, Q. Curtius, Justinus, Cornelius Tacitus et aliquid Livii. Poetae denique huius classis sunt Virgilius, Horatius, *Fasti* Ovidii, tragaediae Senecae, Statii *Silvae*, Claudianus.

Horum authorum explicatio, quae latine tantum fieri debet, licet multiplici antiquitatis ac rerum scientia magis abundare debeat, quam inferiorum classium; modus ille tamen adhibeatur, ut id potius citra fiat, quam ultra mediocritatem. Se totum potius magister effundat in linguae latinae observationes, in locutionum usum varietatemque, in bonorum authorum praesertim Ciceronis imitationem, levioribus modo praetermissis, modo cursim et obiter indicatis.

Nihil autem magis obterit ac pessundat aut praeceptoris et scholae existimationem, aut adolescentium indolem et in humanioribus litteris progressum, quam tractatus quidam philosophicus vel digressiones de sybillis, de triumpho, de magistratibus, de elegia, de tragedia, de tropis ac similibus. Quare satis erit hisce de rebus tantum afferre in medium, [43*v*] quantum propositi loci postulat explicatio; discipulos autem ad libros, de his rebus copiose conscriptos a variis auctoribus, reiicere.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Adiiciat quoque peculiares quasdam locorum difficilium (sive eiusdem scriptoris, sive aliorum sint) interpretationes aut insigniores annotationes, quae non facile cuivis obviae solent esse, aut quas ex sua quisque doctrina magister deprompserit, similes lucubrationibus eorum, qui variarum lectionum libros ediderunt.

Ac primum explicaturus authorem propositi loci statim sententiam demonstret. Deinde periodum, quantum oportuerit, ad verbum interpretetur, nec authoris voces ac figuras suis locis, nisi coactus, dimoveat, ut oratorii numeri conserventur. Tum ad ea, quae decurrerat, recurrat, adiectis suis, ubi locus exigit, rerum verborumque observationibus.

Ut historici explicatio quotidiana esse possit in hac classe, nec magistro nimis onerosa, satis [44*r*] illi fuerit explicare rem gestam prout ab auctore narratur, ut non sit opus alios etiam earundem rerum pervolutare scriptores. Proposita vero auctoris sententia, eius verba leviter attingat, et ea tantum, quae plusculum habent obscuritatis. Quo sane modo brevi multa percurret cum antiquitatis cognitione non paenitenda, ex qua et vivendi et scribendi exempla egregia adolescentibus suppetant. Ea vero praelectio, nisi quotidiana sit, auditores nostri nimium rudes antiquitatis erunt; idque in ea classe, ex qua maxime rerum varietas haurienda esset.

Duobus extremis anni mensibus loco M. Tullii et historici exponatur rhetoricae compendium ex Cypriano[4] cum faciliori aliqua M. Tullii oratione, ut *pro Archia, pro Marcello, pro Deiotaro, Philippica* septima. Quo tempore adolescentibus proponantur argumenta exordiorum, narrationum, epilogorum aliarumque partium orationis initio; postea [44*v*] vero totarum etiam orationum. Neque vero antequam[l] appropinquet anni exitus, ad rhetoricae compendium transeundum videtur. Expedit enim non parum, ut nullius scholae status post primos anni sex menses attollatur, sed toto anno perseveret uniusmodi. Alioquin minime congrueret iis, qui tunc primum ad eam ascendunt. Id quod nec oberit antiquioribus, cum idcirco in qua erant classe, relinquantur, quod in iis, quae audierant, nondum profecerunt, ut par erat[m]. Perseveret igitur in suo statu humanitatis classis. Nam[n] si sub Quadragesimae finem ad altiora proveheretur, primanis, quos tunc recipit, parum apte conveniret. Igitur intra suos se fines contineat, et in eodem gradu persistat ad duos usque menses extremos; quibus satis fuerit in ea exponi rhetoricae compendium ex Cypriano, idque duntaxat, ut superioris classis isagogen.

Libri tandem in rhetorum classe exponendi [45*r*] fere sunt orationes tullianae, aliquae etiam livianae, *Partitiones libri, de Oratore, de Inventione, Rhetorica* Aristotelis, liber septimus Quintiliani loco *Topicorum* M. Tullii, ex Rodulpho autem Agricola[5] nihil.

Qualis autorum explicatio huic classi conveniat, cum vix paucis perstringi queat, proprio seorsim paradigmate demonstratur; a quo magister, quam minimum potest, recedat.

Ad haec, in omnibus classibus initio scholarum matutinam mane, vespertinam vespere lectionem pueri reddant memoriter decurionibus; hi vero vel decurionum maximo vel magistro. Qui tres etiam quatuorve ex aliis semper audiat per partes publice ac palam, tum ad explorandam decurionum fidem, tum ad ea pronuntiationis vitia corrigenda, quae, ut in legendo caverentur, superius constitutum est. Audiat autem praesertim desidiosissimum quemque, quique serius ad ludum venerunt.

[6] Porro cum operae pretium sit cum graecis [45*v*] latina coniungere[6], faciendum est, ut tertiae scholae pueri graecorum elementorum molestias devorent, ne iis vel ut spinis tor-

---

[4] De rhetorica C. Soares S.I. cf. R 86/B *Stud. inf.* c. V adn. 5; supra, p. 191.
[5] R. AGRICOLA, *De inventione dialectica;* v. MP II 440.
[6] Cf.MP II 649 et R 86/A *Stud. inf.* c. IV; supra, p. 188-89.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

queantur provectiores. Itaque doceantur primum legere graece et scribere; deinde inflectere verba et nomina simplicia. In secunda vero classe pueris primum refricetur memoria eorum, quae tradita sunt in classe inferiori; deinde tradantur nomina et verba circumflexa. Et hic cursus bis in anno peragatur.

Eadem observentur in superioribus classibus. Sed in prima adiiciantur formationes. Inde tradantur verba in μι et anomala, caeteraque rudimenta[o]. Facilior etiam aliquis graecus author explicetur, ut Aesopus, S. Chrysostomus *De orando Deum*, aut aliquid Luciani. Aliquid etiam graece scribendum semel aut iterum in hebdomada.

In classe humanitatis exponatur syntaxis, ratio accentuum et spirituum post brevis-[46*r*]simam repetitionem eorum, quae tradita sunt in prima classe. Explicentur etiam Isocrates, Lucianus, Epigrammata, Aristophanes, Theocritus. Alternis quoque diebus aliquid graece convertatur; et tribus postremis anni mensibus tradatur brevis ratio prosodiae, ac nonnulla tentetur in versibus faciendis prolusio. Nec mediocriter conducet, si praeceptor faciliora quaedam graece interroget; graece etiam respondeant auditores.

Sed in schola rhetoricae explicentur Demosthenes, Xenophon, Homerus, Pindarus, Euripides, Sophocles, Thucydides. In horum praelectione longius est quotidie progrediendum. Tametsi non quicquid explicatur, sit ediscendum, sed quaterni fere versus. Nec quicquam explicetur, quod non statim ab auditoribus recolatur. Graeca prosodia diligentius inculcanda. Semel etiam minimum octavo quoque die soluta oratione, semel item carmine, sed argumento proposito graece scribendum. Singulis etiam minimum mensibus vel brevis oratio [46*v*] graeca vel carmen graecum publice pronuntiandum. Proderit etiam si, quod a graecis auctoribus vincta solutave oratione scriptum est, latine vertatur eodem orationis genere.

[7] Quo autem in omnibus scholis exercitationes istae fructuosiores sint, silentium et attentionem puerorum omni ope atque opera magister exigat. Quam ad rem valet admodum, si clara voce agant inter se; si fervide et acriter exerceantur a magistro; si nullus aut ad repetendum dicendumve aliquid se offerat aut adversarium provocet, nisi permissu magistri; si severe caveatur, ne quis proxime assidentibus quicquam suggerat, dum interrogantur a magistro; si denique quicquid in hoc genere peccatur, non impune peccetur.

[8] Faciendum quoque est, ut magister et discipuli, praeterquam fere tertiae classis pueros[p] utcunque poterunt, non nisi latine loquantur, data negligentibus (modo ne in universitates, in quibus id moris [47*r*] non sit, inducatur) notula seu catenula[7]; cuius ad finem scholae ratio exigatur tam antemeridianis, quam pomeridianis horis.

[9] Ea vero res sicubi intolerandas turbas excitet, satis fuerit, si quando patrium sermonem aliquis usurpet, reprehendi ab adversario, qui punctum victoriae sibi notari iubeat, certo quodam punctorum numero constituto, quem qui excesserint, paena aliqua litteraria afficiantur; hoc est, aliquid ultra quotidianum scholae pensum aut ediscere aut scribere iubeantur.

Danda denique opera est, ut tempestive libri, quibus usuri sunt, emantur a pueris; secus qui fecerint, nullo modo immunes sint ab ediscendo, sed describere iubeantur, quae erunt explicanda, quoad eos sibi libros compararint.

---

[a] illustrando *del.* donec probe ac firmiter teneatur a pueris / [b] sit *m. Tucci in marg.* / [c] magister *sup. m. Tucci* / [d] non ... sed *in marg. m. Tucci* / [e] sit *in marg. m. Tucci* / [f] magistrum *sup. m. Tucci* / [g] ab istis etiam *in marg. m. Tucci* / [h] ex ... epistolam *in marg.* / [i] adolescentes *sup. m. Tucci* / [j] tradere *in marg. m. Tucci* / [k] Cuiusmodi *del.* interpreta[tioni]; *sup. m. Tucci* pronuntia[tioni] / [l] antequam *del.* compendium / [m] erat *del.*

---

[7] De quo cf. MP II 66 84.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quadrat idem in; *sup. m. Tucci* Perseveret igitur in suo statu / [a] *prius* classem quae; *sup. m. Tucci* nam / [o] rudimenta *del.* et hic cursus bis in anno peragatur / [p] pueros *in marg. m. Tucci.*

INCITAMENTA STUDIORUM [1]

CAPUT SEPTIMUM

Omnibus, quibus potest, artibus, variandis [47*v*] tamen subinde, iuvenum animos ad litterarum studia magister excitet ac inflammet; duabus potissimum: spe honoris ac laudum, metu ignominiae et verberum; dummodo, sicut in aliis, ita in hoc genere, nihil, nisi consulto praefecto, introducatur novi. Illud etiam habendum, haec incitamenta non omnia omnibus convenire, sed habendam esse rationem aetatis rerumque aliarum, ut a nullo exigatur, quod fere nolit aut nequeat; praesertim in humanitatis et rhetoricae classibus.

[1] Primum itaque suos magister pueros referat in decurias[2]; quarum unaquaeque ex denis ferme pueris constet. In illarum autem tres quattuorve primas (pauciores etiam, ubi magna paucitas auditorum) non nisi ex doctrinae diligentiaeque praerogativa adsciscantur. Et prout quotidie suam singuli operam probaverint, ita vel suum tueantur gradum vel aliqui descendant, ascendant alii; modo id salva morum disciplina ferre possit. [48*r*]

Ut autem par est decuriis in litterario certamine victricibus aliquem honorem aut immunitatem dari; ita in ignavissimum quemque de rectoris praefectique sententia constitui nonnullas ignominiae notas[3]. Eas tamen quae, perpensa varietate regionum, pene nulla in eo loco habere soleant offensionem aut contumeliam.

Inter alias dedecoris notas illud etiam probro ducatur, si quis eximi se postulet a scribendis versibus, ab audiendis graecis, ab ediscendis lectionibus, aliisque id genus, quae odiosiora videntur. Eiusmodi tamen exemptiones nunquam praeceptor, praefectus autem gravissimis tantum de causis concedat.

Singulis decuriis singuli praesint decuriones, quibus reliqui dicto audientes sint. Probos sane illos oportet esse, modestos, diligentes, incorruptos a muneribus et gratia, et a quibus vel decurionum maximus vel magister pensum memoriae, scriptionis aliarumque exercitationum [48*v*] exigat, sicut ipsi ab aliis.

Est autem decurionis inter suae decuriae pueros silentium facere, memoriter eos recitantes audire ex ordine, notareque in libello nomina eorum, qui optime, qui pessime, qui nihil, qui non totum recitaverint; quoties etiam quisque errarit in recitando.

Exploret idem, ecquis ab schola abfuerit. Exigat quoque suae decuriae compositiones, cum primum magister in scholam pedem intulerit, aut paulo antea. Notetque, ecquis omnino thema non scripserit; ecquis aut non totum aut intervallis omissorum verborum interruptum, aut duplex compositionis exemplum non tulerit; et caetera, quae magister praescripserit. Neque vero repudiandi sunt decuriones propter discipulorum fremitum et altercationem. Magnus est enim eorum usus ac multiplex. Sine his enim magister exploratum habere vix potest, ecquis non attulerit compositiones, ecquis non recitave-[49*r*]rit memoriter, et alia huiusmodi, quae ad decurionis munus pertinenta. Nam altercationes, si idonei deligantur decuriones, et disciplina vigeat, nullo negotio tolluntur. Fremitus vero discipulorum, si modicus et neces-

---

[1] Vide R 86/A *Stud. inf.* c. VI *(Quibus adiumentis ...)*; supra, P. I p. 133.
[2] Vide *ib.* adn. 1.
[3] Vide *ib.* p. 134 adn. 7.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sarius, ferendus est. Sin immoderatus et voluntarius, facile coerceri potest, silentium ab iis, qui non recitant, severe exigendo, et autoritatem tribuendo decurionibus, ut iis omnes dicto audientes sint.

[2] Est et illud mutuae aemulationis quasi calcar pueris admovendum, ut veluti de principatu decertent[4]. Dividatur itaque schola in duas veluti classes; quarum unaquaeque suum habeat praetorem, suum tribunum, suos senatores, suum denique summum magistratum; sive imperatorem illum, sive consulem, sive dictatorem cognominare velint. Hi vero magistratus (nisi ubi per discipulorum infrequentiam id non liceat) suam in sua classe decuriam, cuius decurio ipse sit princeps, efficiant [49*v*] sedeantque ante et extra eas etiam decurias; quarum delectum facit assiduitas et ingenii doctrinaeque praestantia.

Ad eos honores consequendos quolibet mense semel a prandio componatur in schola, nec soluta solum oratione, sed ad eam alternis adiiciatur modo carmen, modo graeca scriptio in prima, in humanitate, in rhetorica; breve thema proponatur, quod intra duas et dimidiatam horam scribi possit elaborate. Omnium optime qui scripserit, magistratu summo potiatur. Ex iis vero, qui accesserint proxime, primus praetoris, alter tribuni, sex alii senatorum nominibus et honoribus augeantur. Sed et siquis primorum trium gravi de causa fuerit suo loco movendus, ad eum magistratum supplendum, iterum intra eundem mensem eodem ordine componatur. Nec vero, cum scribitur in schola, domestica discipulis scriptio remittenda est; cuius tunc argumentum mane dictandum.

Fient etiam acriores ac solito solertiores pueri, si inter se tanquam singulari certamine depugnare [50*r*] iubeantur. Quocirca unicuique suus attribuatur adversarius ac velut antagonista, quocum statis quotidie temporibus, quae inferius praescribentur, decertet; et latine, quo ad eius fieri poterit. Sed et per totum diem uterque ius habeat alterum aut cunctantem antevertendi, aut errantem corrigendi. Si non correxerit, sit eiusdem noxae reus. Rogent ipsi nonnunquam magistrum, permittat, ut decuriae superioris aliquem lacessant ad pugnam; eiusque locum illustriorem, si vicerint, consequantur.

Ex usu quoque fuerit, si nihil impediat, binos quosque antagonistas seu aemulos non ex eadem, sed ex oppositis scholae cuiusque classibus deligere; atque eos potissimum, qui sibi ex adverso loco magistratuve respondeant; facta potestate iis, qui in magistratu sunt, subveniendi cuicunque suae classis puero aut iam prolapso, aut haerenti laborantique, priusquam ab aemulo corrigatur. Quae vero classis per diem plura victoriae puncta tulerit ab adversariis, ea sub finem scholarum vespere superior ac victrix non modo [50*v*] magistri voce declaretur, sed etiam, si nihil obstiterit, externo quoquam signo, tanquam trophaeo; quod in diem posterum aliosque, quoad vincat pars victa, perduret. Sed in classe rhetoricae non est necesse aut plures esse magistratus, quam summum, aut scholam dividi duas in classes.

Ad haec, quo magis alacri erectoque ad studium animo sint, bis quolibet mense inferioris classis auditores ad superiorem scholam per semihoram certaturi cum provectioribus ascendant. Huc enim spectat, quod est in Constitutionum 4 Par. cap. 6 § 12: «Qui litteris, inquiunt, humanioribus vacant, sua etiam stata tempora ad conferendum et disputandum de iis, quae pertinent ad studia illa, coram aliquo, qui eosdem dirigere possit, habebunt; et dominicis vel aliis constitutis diebus, alternatim vel suae facultatis positiones a prandio tuebuntur, vel se in componenda soluta oratione aut carmine exercebunt»[5]; et infra, cap. 13 § 3: «Studiosi, inquiunt, literarum humaniorum, ut familiarem sermonem, latine communiter loquendo et stylum scribendo [51*r*] ac pronunciationem, composita bene pronunciando, expoliant, curent;

---

[4] Vide *ib.* p. 133 adn. 4.
[5] Vide MP I 245 247.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

et his, ac multo magis facultatum superiorum studiosis crebras disputationes imponant; quibus dies et horae certae constituantur, ubi non solum cum condiscipulis, verum paulo inferiores cum aliquanto provectioribus disputent in iis, quae ipsi capiunt; quod etiam viceversa provectiores cum minus provectis, ad ea, quae illi tractant, descendendo; et praeceptores alii cum aliis praestabunt; semper, qua decet, modestia observata, et aliquo praesidente, qui contentionem dirimat, et quid doctrinae elici oporteat ex disputatis declaret»[6].

Haec ut serventur, committendi videntur interdum pueri finitimarum scholarum minus provectis ad superiorem classem ascendentibus; non vicissim. Illud enim honorificum, hoc turpe videri potest. Certent itaque quartani cum tertianis, secundani cum primanis, humanistae cum rhetoribus. Et ubi fuerit impar classium numerus, alternis certet una cum duabus. Intersint ambo praeceptores. Nam et eos inter se, servata qua decet modestia, pugnare [51*v*] iubent Constitutiones[7], praesidente aliquo, quem praefectum esse oporteret. Non enim scholas omnes eodem tempore concertare decet, ne nimii strepitus excitentur ex tanto euntium, redeuntium, concursantium numero. Suum igitur binis quibusque classibus diem praefectus[b] praestituat; ita ut duae fiant quolibet mense scholarum omnium concertationes. Neque enim pauciores oportet esse, cum positiones alternis hebdomadis ab iis ipsis defendi iubeant Constitutiones. Si quando ipse praeesse non poterit, alium praeficiat. Duret haec concertatio semihora fere, quanquam superioribus scholis hora tribuenda esset. Nec omnes unius scholae ad alteram ascendant, sed lectissimi quique, quos etiam in praesentem pugnam praeceptor, ut oportet, instruxerit; caeteris in schola relictis ad aliquid interea scribendum sub cura decurionum, dummodo ab iis in officio possintc contineri, et ascendentium delectus sine invidia atque offensione fieri queat.

Disputent autem de iis tantum, quae suae classi propria sunt; nec dialectico more, sed illo fere modo: Cedo mihi modum seu tempus seu supinum [52*r*] illius verbi sive latini sive graeci. -Inflecte nomen illud. - Ostende illius vocis etymologiam. - Estne haec oratio bene latina? - Converte latine sententiam istam. - Expone illam regulam grammaticae locumve M. Tullii etc. -Quaenam est huius vocabuli germana vis et quotuplex? - Unam aliquam sententiam duabus aut pluribus latinis phrasibus enuntia. Et alia id genus, propria classibus grammaticae. In prima tamen addantur et illa: Quae sunt praecepta epistolae gratulatoriae seu consolatoriae etc. - Quanta est haec vel illa syllaba et quam ob causam?

In classibus autem humanitatis et rhetoricae accedant etiam illa: Quae sunt praecepta scribendi epigrammatis, elegiae, odes etc. [52*v*] Videturne tibi mendosus ille locus Horatii? Et si mendosus, quomodo corrigendus? - Explica figuram seu tropum illum. - Interpretare illud hieroglyphicum aut pythagoraeum aut apophtegma aut adagium aut emblema aut aenigma cuiusque antiqui scriptoris. - Cuius historiae fundamentum habet fabula Daedali, Deucalionis, aurei velleris etc. - Iurene exacti reges ab Urbe? - Praestantiorne dux Annibal an Scipio? - Quot sunt genera dicendi? - Quid exordium? - Quid insinuatio? - Quibus rebus hic vel ille commovetur affectus?

Verum ex his aliisque id genus ea potissimum proponenda requirendaque sunt, quae aut explicata iam atque tradita sint a magistro, aut aliqua alia ratione discipuli scire debeant et soleant; aut certe praemonendi, qui responsuri sunt, ne ignorent [53*r*] quas ad res meditati paratique accedere debeant. Possent etiam duo praeceptores inter se convenire et ex condicto suorum duos aut plures sic instruere, ut parati veniant (nec se paratos venisse diffiteantur)

---

[6] Vide MP I 287.

[7] *Constit.* P. IV c. 13 § 3; v. MP I 287 289.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ad respondendum de nonnullis, quae studii longioris indigent, ut acriorem iucundioremque reddat concertationem crebra nec haesitans unius percunctatio, alterius responsio.

Nec semper verbotenus, sed descriptis aliquando thesibus disseratur tam ab ipsis inter se humanistis, quam cum rhetoribus. Thesium vero materiam praebere possunt res paulo ante memoratae aliaeque eiusmodi. Idque sub hac fere formula: Exponemus obscuriores aliquot locos, ut illum Ciceronis, illum Virgilii, illum Horatii etc. - Non placet interpretatio illa Servii, Paediani, Acronis; sed illa alia fuit mens authoris. - Ostendemus in hac tota oratione M. Tullii nihil esse, nisi ex artis praescripto. [53*v*] Recte Virgilius non ab excidio Troiae, sed ab Aeneae navigatione exorsus est. - Quaecunque propria sunt epopaeiae seu tragediae, egregie Virgilius in *Aeneide* et in *Troade* Seneca servarunt[d]; et[e] alia huius- modi.

Praeter haec[e] in omnibus scholis[f] (excipe[g] tertiam) demandet magister cuipiam adolescenti ex provectioribus, ut circiter semihora ex suggestu, qui aliquo tapetio instratus sit, praelectionem habeat solito ornatius in sabbatho; idque singulis fere mensibus. Immo id semel aut iterum etiam in anno faciendum cum honorariorum auditorum invitatu et apparatu maiori, sed qui pene nullum postulet sumptum.

[3] Nec modicam sane bonarum litterarum studiosis alacritatem affert assiduus publicae declamationis usus, de quo Constitutiones 4 Par. cap. 16 § 3: «Habebitur, inquiunt, etiam singulis hebdomadis (ut de collegiis est dictum) ab aliquo ex scholasticis declamatio de rebus, quae audientibus aedificationi [54*r*] sint, eosque ad augmentum in omni puritate ac virtute expetendum invitent, ut non solum stylus exerceatur, sed mores meliores reddantur. Omnes autem eos, qui latine sciunt, huiusmodi declamationi interesse oportebit»[8]. Curandum est igitur, ut qualibet hebdomada declametur festo die aliquo, idque in frequenti conventu nostrorum omnium auditorum. Quod ubi fieri commode non potest, saltem initio cuiuslibet mensis in aulam quampiam ampliorem, vel ea si desit, in templum conveniant scholae omnes superiores ad audiendam celebrem aliquam cuiusque rhetoris declamationem, seu declamatoriam concertationem inter duos, adhibito etiam iudice, qui litem sua autoritate componat; dummodo de his tantum rebus litigetur, de quibus litigare non dedeceat, et quae pie afficiant auditores ex instituto, vel ex opportuna digressione.

Quolibet etiam sabbato extrema scholae antemeridianae semihorula unus rhetorum aliquid minus quidem celebre, paulo tamen quotidiana scriptione ornatius, in sua classe declamet, eodem etiam convenientibus [54*v*] humanistis; sequente vero sabbatho, coactis eadem hora in humanitatis classem rhetoribus, unus humanistarum pronuntiet vel oratiunculam vel, si rhetoricae compendium expositum nondum sit, carmen aliquod, vel prolixiorem epistolam ad absentes. In neutram vero classem plures conveniant, quam quot ea commode capere potest sine turbis; ad quas etiam cavendas intersit praefectus.

Et quidem ad hebdomadarias declamationes philosophi et theologi non videntur cogendi, quod tam frequens exercitatio rhetoricae et humanitatis auditoribus propria videatur; at caeteris perincommode cederet. Quibus etiam diebus tam crebro declamandum est? Nam si in festis, quotusquisque conveniret? Si in die lectionum, hoc penso hebdomadario multum omnibus classibus decederet, praesertim philosophis et theologis; tanto magis, si oratio sit paulo longior; nam si valde brevis, nihil egregii polliceri potest. Item incommodum erit rhetoricae praeceptori tam multas, tamque diversas orationes accurate scribere vel emendare, quae

---

[8] Vide MP I 309.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

suppetant [55*r*] in singulas hebdomadas, et publico conventu dignae sint; cum praesertim raro sint tam multi iuvenes ingeniosi; et horum siqui idonei sunt ad scribendum, non semper etiam ad pronuntiandum; et si praestant pronuntiatione, nonnunquam parum valent in scribendo; ut totus fere labor recidat in caput praeceptoris.

Quicquid autem in schola privatim vel publice in aula, in templo, in theatro declamatur, ab eo, qui declamat, oportet esse conscriptum, nisi quod publica declamatio a praeceptore tanto accuratius emendanda est, ut illa frequentia indigna non sit, et tamen eius, qui pronuntiat[h] orationem, partus, quoad eius fieri potest, et sit et habeatur. Sit autem publica declamatio vel oratio latina sola, vel cum latino carmine copulata, vel latinum carmen cum graeca oratiuncula, vel latina oratio cum graeco carmine brevi.

Praeter has declamationes, illustris adhuc oratio in studiorum instauratione[9] publice pronuntianda est; quae non videtur demandanda, nisi insignioribus [55*v*] lectoribus, qui sua autoritate eius loci et temporis impleant expectationem. Videtur igitur omnino scribenda oratio a magistro aliquoi excellentior[i]. Verum si is memoria aut actione parum valeat, dicenda ab aliquo[j] nostrorum discipulorum, sive e nostris[i], qui iis rebus praeditus sit[k], sive[l] externo, si quis longe his rebus emineat. Quo in genere, ne earundem rerum iteratio seu similitudo pariat satietatem, ad idem argumentum non redeatur, nisi post aliquot annos. Dicendum est igitur nunc de educatione puerorum, nunc de laudabili more fundandi universitates litterarias, nunc de coniungendis sapientia et virtute, nunc de laboris ac diligentiae fructibus, nunc de bonorum laudibus auditorum, nunc de scientiae doctrinaeque quam maximis utilitatibus atque ornamentis, nunc de aliis id genus.

Alternis praeterea mensibus per occasionem litterariae alicuius celebritatis, magister tam humanitatis, quam rhetoricae optima quaeque carmina ex [56*r*] iis, quae per duos illos menses scripta sunt a discipulis externis, seligat, ut publice proponantur; modo tam a magistro, quam a discipulis caveatur omnino, et a nostris scholis abigatur genus illud carminis, quod aut versus ab eadem semper ducit littera, aut varias effingit figuras, aut res alias eiusmodi consectatur populares magis, quam poeticas.

Nostri etiam, qui humanioribus litteris et rhetoricae vacant, in loco quopiam idoneo aliquid carminum affigant dominico quoque die. Quod in renovatione votorum caeterisque solemnitatibus multo celebrius ac plenius praestandum est; longe vero copiosissime, cum studiorum celebratur instauratio, modo iis tantum linguis scripta sint, quas profitemur in scholis; nisi cum celebritas aliqua multiplici varietate aliarum etiam linguarum cohonestanda videtur. Eos autem versus maxime probandos censeat praefectus, qui non modo eleganter, argute, deque rebus honestis scripti sint, sed ad pios etiam affectus tam [56*v*] leniter, quam graviter permovendos plurimum valeant. Turpe est enim a prophanis poetis prophane affici potuisse lectorem, a piis pie affici non posse, in tanta praesertim rerum divinarum copia, quam christiana religio abunde suppeditat.

Neque versibus solum exornandi parietes, sed ad miscendum etiam aliquid prosae brevioris, cuius usus frequentior est, nec inventio minus gravis et acuta, nec minus laboriosa dictio. Cuius generis sunt inscriptiones sepulchrorum, clypeorum, templorum, hortorum, theatrorum; quaedam etiam breves ac pressae, sed non parum elaboratae descriptiones urbis, portus, pugnae, aliusve rei gestae ab aliquo praesertim divorum.

Haec autem nonnullis picturis, quae emblemati vel enigmati proposito respondeant, poterunt condecorari tum ab externis adolescentibus, sed non nisi in insigni aliqua celebritate, et permissu praepositi provincialis, ut vitentur scilicet immoderati sumptus tum a

---

[9] De solemni studiorum instauratione cf. MP II-IV passim (v. Index: Renov. stud.).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nostris; raro tamen, nec sine rectoris approbatione. Idque, cum argumentum [57*r*] eiusmodi est, ut religioni ac pietati potius, quam ostentationi deserviat. Iam vero quaecunque sive versu sive soluta oratione a nostris publice affigenda sunt (modo res agatur cum celebritate; sin minus, ab uno corrigantur magistro) rector ea prodire in publicum non patiatur, priusquam a duobus earum facultatum valde peritis recognita fuerint. Nec id muneris sibi vendicet praefectus, si contingat in hisce rebus non esse valde versatum. Alioquin existimationis iacturam, quam in hoc genere facimus aliquando, maiorem in dies faciemus. Illud vero habendum est, doctrinae specimen non tam in rerum, quae publice exponuntur, multitudine, quam in accuratiore quodam cultu positum esse.

Quocirca expedit quidem, ut in studiorum votorumque instauratione, et diebus aliis celebrioribus iubeantur omnes poeticum aliquid vel oratorium scribere. At cum ad eorum, quae scripta sunt, delectum venitur, pauca, quae legenda omnibus praebeantur, seligenda sunt. Optima enim fere pauca sunt, et ex iis potius, quam ex numerosa quadam farragine bona de scholis nostris opinio propagatur; praesertim si pauca illa manu quoque librarii, ut par est, exornentur. [57*v*]

[5] Nihil vero est, quod aeque iuvenum animos ad studiorum labores inflammet atque divisio praemiorum[10]. Quare enixe conendum est, ut quolibet anno semel cum minimum distribuantur.

Sumptus autem, ad quos liberaliter tribuendos prudenter ac benevole essent inducendi magistratus vel praelati, vel ditiores et illustriores aliqui, moderati sint, ne gravemus externos. Ea tamen statuatur moderatio, quam et scholarum numerus et amplitudo collegii et maecenatum dignitas exigit. Eorum vero honorifica mentio facienda esset publice in ipsa praemiorum distributione.

[6] Adolescentes tandem eorumque parentes mirifice exhilantur atque accenduntur, nostrae etiam devinciuntur Societati, cum nostra opera possunt in theatro[11] pueri aliquod sui studii, actionis, memoriae specimen exhibere. Agendae itaque videntur comaediae ac tragediae; ea tamen moderatione, quae regula 58 provincialis praescribitur[12]. Curandum etiam, ut pueri feminarum habitu non introducantur in scaenam. Quo si forte necesse sit, decorus habitus et honestus quaeratur. Denique faciendum, ut eo loco [58*r*] drammata exhibeantur, quo aditus non sit mulieribus, nisi forte in transalpinis provinciis, aut locorum necessitas aut usus aliud suadeat superioris arbitrio.

Illud etiam animadvertendum videtur, hanc rem per se molestam satis ac laboriosam, fieri etiam pene intolerabilem, quod labor ille multiplex, quem scaenicae actiones secum ferunt, ferme totus incumbit in poetam, qui tamen satis laborasse iudicandus esset in scribendo poemate; in caeteris vero, quae ad exercendos pueros, ad sumptum, ad variam vestem conquirendam, ad theatrum extruendum pertinent, aliorum, qui ab ipso dirigerentur, opera levandus esset. Alioquin in grave tam religiosae pietatis, quam valetudinis periculum incidet. Iccirco satius esset ab hisce rebus abstinere.

Quoniam vero tragaediae nec ubique nec semper nec frequenter agi possunt, ne in nimiam desuetudinem abeat haec[a] exercitatio, sine qua poesis pene omnis friget ac iacet, non parum expedit, ter aut quater in anno privatim in scholis humanitatis et rhetoricae, sine scaenico ornatu, a pueris mutuo colloquentibus recitari ab ipsis compositas aeglogas, scaenas, dialogos, [58*v*] quorum partes ita magister disponet ad dividet paulo provectioribus scribendas, ut coniunctae postea unum corpus coagmentent.

---

[10] Vide R 86/A *Stud. inf.* c. VI adn. 23; supra, p. 137.
[11] Vide *ib.* adn. 24.
[12] Vide *ib.* adn. 25.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Cum communia praemia publice dividenda sunt, aut in theatro ab adolescentibus nostris aliquid exhibendum, sicut his rebus pueriles animi exhilarantur, et ad studia bonarum artium inflammantur quam maxime, ita et magistri strenue laborent, ut et suos egregie instructos mittant ad certamen, et severe caveant, ne morum illi doctrinaeve iacturam faciant[o], dum se comparant ad theatrum.

---

[a] pertinent *del.* de quo mox dicturi sumus / [b] praefectus *sup. m. Tucci* / [c] *prius* poterunt / [d] servarunt *del.* Et alia huiusmodi / [e] Et ... haec *m. Tucci* / [f] scholis *del.* praeter / [g] excipe *m. Tucci* / [h] pronuntiat *in marg. m. Tucci* / [i] aliquo *del.* insigniore; *sup. m. Tucci excellentiori* / [j] *a. corr. m. Tucci* ab aliquo alio vel discipulo e nostris / [k] sit *del.* interdum etiam ab aliquo nostro discipulo / [l] sive *sup. m. Tucci* / [m] in *sup. m. Tucci* / [n] haec *m. Tucci sup.* / [o] faciunt *ms.*

Tempus cuiusque Scholae penso circumscriptum [1]

Caput octavum

[1] Primus in artem grammaticam ingressus, qui tertiae classi proprius est, tribui posse videtur duas in partes. Quarum una inferior, simplicior, facilior est, et complectitur tum verborum nominumque ac pronominum flexiones et genera; tum concordantias ac prima syntaxeos elementa; v. gr. regulas activorum [59*r*] verborum ad impersonalia, iuxta romanam methodum[2]; quam provinciae, quae non sequentur, aliam huic non valde dissimilem, ut supra dictum est[3], sibi conficiant, licet.

Altera pars superior, difficilior, eruditior posita est in anomalis nominibus ac verbis, in pronominibus derivativis, in relativis, in praeteritis ac supinis, aliisque similibus copiose explicandis, quae pars inferior adumbraverat dumtaxat. Continet etiam generales syntaxeos regulas ab impersonalibus ad figuratam usque constructionem exclusive, omissis tamen appendicibus, prout in romana methodo habentur; qua quae non utentur provinciae, possunt tamen ex similibus rebus propriam sibi conscribere.

Ubicunque poterit obtineri, ut in gymnasium nostrum non admittantur, nisi mediocriter calleant priorem illam ac simpliciorem partem, ea breviter repetita, in superiorem difficilioremque potissimum incumbat tertiae classis professor. Quam et trimestri spatio absolvat, et trimestri altero repetat. [59*v*]

Id ubi consequi non possumus, utraque rudimentorum atque introductionis pars in scholam tertiam coniicienda est; inter cuius auditores si non magnae sit doctrinae inaequalitas, simul universi priorem partem trimestri tempore, posteriorem trimestri altero condiscant.

At quoniam puerilis memoriae magna sicut facilitas, ita et imbecillitas est, et propterea quae facile imprimuntur, facile etiam dilabuntur, necesse est, ut quaecunque magister semestri tempore docuit, eadem semestri altero recurrat atque inculcet. Is plane ad initia recursus quotannis bis iteratus proderit etiam[a] tum pueris, qui ab externis scholis ad nostras subinde ventitant; tum iis auditoribus nostris qui, cum intra annum, ut ad superiorem scholam ascenderent, idonei non fuerint, earum certe rerum, in quibus semel auditis minus quam oportuit, profecerant, iteratione confirmandi sunt.

---

[1] Caput prorsus novum.
[2] De qua cf. R 86/A *Stud. inf.* c. III (*Quantum referat* ...); supra, P. I p. 123 adn 11.
[3] Vide *ib.* p. 188.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[2] In secunda autem classe, ubi admodum magna [60*r*] non solet esse auditorum multitudo aut inaequalitas, unus magister simul universis semestri tempore totam syntaxeos compendium explanet; sed prius repetita, nihilo minus quam per mensem, introductione, quam audiverant in tertia. Altero etiam semestri hoc totum pensum denuo recurrat atque inculcet; tum propter eos, qui propterea quod in eo non satis profecerant, ad primam scholam promoti non fuerint intra annum; tum propter novos auditores, qui vel ex tertia classe vel ab externis scholis accedere solent ad secundam.

Caeterum in prima classe semestri tempore tota syntaxis cum figurata constructione plene perfecteque explicetur. Neque vero is ordinarius huius scholae cursus censendus est, nisi, sicut de reliquis classibus constitutum est, praecepta per unum semestre exposita, per alterum denuo relegantur, ut pueris, quae semel audita leviter haeserint, rursus inculcata confirmentur. Nam si perpaucos excipias, pars maior[b] ut, quantum satis est, proficiat, iterata indiget explicatione; et quidem intra [60*v*] eundem annum, ut unico conficiatur anno totus primae cursus, sicut et secundae, necnon et tertiae, quando unum habet ordinem; aut si duos, duos etiam magistros.

Ea de causa post Pascha in altiorem gradum, humanitati pene parem, prima classis attollenda non est. Praeterquam quod, si attolleretur, minime conveniret novis auditoribus, qui intra annum vel ex secunda classe, vel ab externis scholis accedere solent ad primam. Et quidem, quae humanitati propria sunt, in ea, immo etiam in rhetorica satis inculcantur, ut qui nondum profecit, a proficiendi tamen spe non excidat, si perseveret. At quae ad syntaxim pertinent, nisi in grammaticae scholis, quantum oportet, iterentur ac probe discantur, nullus ea discendi reliquus locus est.

Alterum igitur semestre in syntaxi retractanda recolendaque ponatur. Quanquam authores in gratiam provectiorum non multo quidem, aliquanto tamen eruditius exponendi sunt, [61*r*] et postremus sesquimensis prosodiae tribuendus, ne eius penitus rudes (id enim male cedere reipsa compertum est) ad humanitatem ascendant. In qua cum ars metrica ab initio repetita diligenter soleat pertractari, et tam inibi, quam in schola rhetorum assiduis carminum scriptionibus confirmari, satis est ad illam accessuros paulo antea huius studii praeceptis facilioribus non nihil informari.

Porro humanitatis absolvendae, propter multiplicem eius varietatem, certum tempus praescribi nequit. In rhetoricae tamen schola biennio adolescentes detinendi sunt ordinarie. Expedit autem hoc biennio perfici totum rhetoricae cursum ex locis, ex partibus orationis, ex figuris, ex dicendi generibus, ex periodis etc. Nec enim parum utile est, ut totam artem habere possint ob oculos auditores, cum non parum praeceptis iuventur in scribendo. Contra vero, accidere solet, ut licet biennio, trienniove audiverint, nihil tamen sciant de numero, nihil de concinnitate, [61*v*] nihil de affectibus etc. Deberent autem hae rhetoricae partes non modo desumi, sed etiam ad verbum transcribi ex variis M. Tullii locis in unum opus collatis. Et in idem volumen redigi possent nonnullae institutiones seu tractationes, quas M. Tullius leviter attigit, ut de numero, de periodis, de generibus dicendi; aliisque id genus, quae ex aliis authoribus graecis aut latinis, recentioribus etiam peti possent; sed M. Tullii tantum verbis explicari. Nec inutile foret, si ex multis nostrorum professorum rhetoricae lucubrationibus, tam in artem ipsam[c], quam in orationes, optima quaeque in unum volumen collecta in lucem ederentur in subsidium multorum, qui nunc primum rhetoricam incipiunt profiteri.

---

[a] etiam *sup. m. Tucci* / [b] maior *del.*. vel; *sup. m. Tucci* ut / [c] ipsam *sup. m.Tucci.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

CAUSSAE DUPLICANDI
PROFESSORES VEL ORDINES IN CLASSIBUS GRAMMATICAE[1]

CAPUT NONUM

[1] Atque haec de qualibet classe, quae uno praeceptore, [62*r*] uno item ordine contenta est, constituta sint. Sed quoniam geminandi vel praeceptoris vel ordinis causae fere tres incidere solent, de his videntur observanda, quae sequuntur.

Et una quidem causa solet esse numerosior auditorum multitudo, quam cui magister unus facere possit satis. Id ubi evenerit, discipuli (ut[a] a tertia classe primum dicamus)[a] in duas tertias classes, duosque magistros dividantur, qui diversis quidem locis, easdem tamen res doceant atque explicent; eorumque quilibet seorsim illas eodem absolvat tempore, quo eas unus uno in loco magister solet absolvere.

Altera causa existit ex auditorum non multitudine, sed inaequalitate; quae sicubi tanta sit[b], ut universi in unum referri nequeant ordinem, referantur in duos, sub eodem tamen magistro; qui inferiori ordini inferiorem etiam introductionis partem, superiori item superiorem explicabit.

Explicabit autem has introductionis partes vel uno die uni ordini, altero alteri; vel ambobus quotidie, sed tempore, quod grammaticae explanandae repetendaeque in dies circumscriptum est, diviso duas in partes, quarum una ordini uni, altera alteri tribuatur. Eadem [62*v*] erit ratio atque optio in obeundis exercitationibus aliis.

Quanquam quod ad thema pertinet, satius est, ut ambobus ordinibus unum commune sit, paulo quidem longius. Quod totum ab ordine superiori scribatur, ab inferiori vero pars tantum prior, quae grammaticae praeceptis huic ordini propriis respondeat; sicut et posterior syntaxi superioris ordinis. Idem etiam author ambobus explicandus, sed semel iuxta captum inferioris ordinis; iterum paulo eruditius in gratiam provectiorum.

Quandoquidem vero huic uni duorum ordinum magistro ad eorum quemlibet seorsim erudiendum exercendumque dimidio minus vacat, quam unius ordinis praeceptori, idcirco totum scholae pensum, quod hic trimestri spatio persolvere et trimestri altero repetere consuevit, ille sex mensibus absolvat totidemque repetat. Sin hic suam grammaticae partem et semestri decurrit tempore, et semestri altero relegit ac retractat, ille in hoc utroque opere praestando totum consumat biennium.

Tertiam demum causam afferre solet tanta auditorum et multitudo simul et inaequalitas, ut in unum nec ordinem, [63*r*] nec magistrum redigi queant. Hic vero, quid agendum sit, tres sunt sententiae. Una duas tertias constituit, ita ut in qualibet sint duo ordines; et unaquaeque earum classium suos duos ordines in iisdem omnino praeceptis exerceat; aliter si fiat, putant vere duas distingui classes, quarum una sit tertia, altera sit quarta. Quod putant esse contra Constitutiones, quae unam posse geminari concedunt, non autem plures fieri, quam tres[2].

Altera opinio duos ordines ad infimum gradum grammaticae pertinentes dividit in duas classes; quarum una tertia, altera quarta dicatur[3]; tum quoniam a multo iam tempore

---

[1] Caput prorsus novum.
[2] Vide *Constit.* P. IV c. 13 litt. B; MP I 289.
[3] Cf. *Rat. stud. Borg.* (1569); MP II 248.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

id usitatum est in Romano Collegio[4]; et haec praxis interpretata est, id non repugnare Constitutionibus; tum quia expeditius, utilius et minori cum labore et solicitudine in numerosa classe solent fieri exercitationes unius ordinis, quam duorum. Quantum enim temporis uni ordini tribuitur, alteri subtrahitur; ut praeceptor videatur semper angustia temporis laborare, et propterea ut duobus ordinibus faciat satis, neutri sicut optaret, inserviat.

Tertia opinio, quae deinde a R.P. Praeposito Generali fuit approbata, secundae opinionis probat divisionem [63*v*] ac rem; nomen autem non probat, sed vocare mallet duos ordines tertiae classis, quorum unum distinctionis gradum inferiorem, alterum superiorem appellemus. Neque hoc est, ut primae opinioni videtur, diversas instituere classes, sed unam geminare. Quoniam iuxta Constitutiones unitas tertiae classis sumitur ab infimo grammaticae statu, ad quem quaecunque pertinent, ad unum statum et unam classem pertinent. Sed quoniam Constitutiones nusquam prohibent duos institui unius classis ordines, sicut magna infimi status latitudo valde multa complectentis, duobus indiget ordinibus, ita et tertia classis, cui status infimus ascriptus est. Sive igitur hi duo ordines in eodem loco, sive in duobus exerceantur, semper sunt unius classis, sicut et unius status ordines. Sicut enim locorum diversitas non variat unitatem status, ita neque unitatem classis; cum praesertim ubi una classis geminatur, non iubeant Constitutiones, ut in ambabus praecepta eadem tradantur, dummodo pertineant ad unum statum, ex quo scholae sumitur unitas. Tertiani igitur in duos tam ordines, quam magistros segregandi sunt; duas item in classes, quarum una tertiae classis inferior ordo, altera tertiae classis superior ordo nominetur. [64*r*]

Explicent autem hi professores unus quidem inferiori ordini inferiorem grammaticae partem, alter superiori superiorem, postquam inferiorem breviter repetierit; et quilibet trimestre spatium in suo penso persolvendo, tantundem etiam in repetendo collocet; prorsus ut audire pueri uno possint anno quicquid utrique ordini praelegendum relegendumque est.

[2] Duorum autem ordinum necessitas raro accidit secundae vel primae classi. Et ne accidat, enixe curandum. Accidere tamen posse nihil prohibet. Cum itaque magna acciderit auditorum non frequentia, sed inaequalitas, referantur in duos ordines sub eodem tamen magistro, qui in secunda classe syntaxeos compendium, in prima autem perfectam syntaxim suae scholae propriam, duas dissecet in partes, et inferiorem inferiori ordini, superiorem vero explicet superiori, servatis iis omnibus, quae de tertiae classis duobus ordinibus sub eodem praeceptore constituta sunt. Quandoquidem vero huic uni duorum ordinum magistro ad eorum quemlibet seorsim erudiendum exercendumque dimidio minus vacat, quam unius ordinis praeceptori, sicut hic suam grammaticae partem et semestri decurrit tempore, et semestri altero relegit ac retractat, sic [64*v*] ille in hoc utroque opere praestando non minus, quam toto indiget biennio.

Denique sicubi fuerit auditorum tam frequens multitudo, simul et tam differens inaequalitas, ut in unum nec ordinem nec magistrum redigi queant, in duos tam ordines, quam magistros segregentur, duas item in classes, quarum una secundae vel tertiae classis inferior ordo[c], altera secundae vel tertiae classis superior ordo nominetur. Explicent autem hi professores unus quidem inferiori ordini inferiorem compendii vel perfectae syntaxeos partem, alter superiori superiorem; et quilibet semestre spatium in suo penso persolvendo, tantundem etiam in repetendo collocet, prorsus ut audire pueri uno possint biennio quicquid utrique ordini praelegendum relegendumque est.

---

[a] ut ... dicamus *in marg. m. Tucci* / [b] sit *del.* in 3a classe / [c] ordo *del.* nominetur.

---

[4] Cf. LEDESMA, *Rat. stud. Coll. Rom.* (1564-65); MP II 565 ss.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

PROMOTIO AD SUPERIOREM CLASSEM[1]

CAPUT DECIMUM

[1] Porro discipuli ab inferiori schola vel ordine ad superiorem promovendi non sunt, nisi postquam quicquid [65*r*] suae scholae ordinive proprium est, semel atque iterum audierint; cum auditarum rerum retractatio pueris pernecessaria sit. Nonnulli tamen magna assiduitate ingenioque praestantes repetitionis non indigent; aliis contra, ut quantum satis est, proficiant, eadem bis et ter recurrenda atque inculcanda sunt.

[2] Et generalis quidem solemnisque promotio semel in anno, cum instaurantur studia[2], facienda est; et omnino tollenda promotio ordinaria fieri solita in Paschate, quae erat magna nostrarum scholarum calamitas; tum quia propter generale examen tunc faciendum multis oportebat diebus solitas scholarum exercitationes intermitti, euntibus ac redeuntibus pueris rursum prorsum; tum quia quantavis severitas examinis adhiberi consuevisset, obtineri tamen non poterat; sive quia ipsum praefectum et magistros pudebat paucitatis post indictam ordinariam promotionem; quare aggregabantur, quanto plures poterant, ad iustum numerum explendum; sive quia, si ex aliqua schola, v. gr. si ex secunda plurimi fuissent idonei reperti, qui ad primam promoverentur, ne secunda numero [65*v*] suo ordinario careret, oportebat ex tertia ad secundam fere totidem promoveri quales quales haberi poterant[a]. Prima etiam, ne nimis oneraretur receptis iam plurimis, totidem fere emittere cogebatur ad humanitatem. Haec et alia incommoda usu ipso comperta sunt, nec aliter evitabilia, quam[b], ut rarissime[c] fierent istae ordinariae promotiones, vix semel in anno. Alioquin caveri vix potest, quin multum ineptorum infundatur in unamquanque classem; qui ubicunque sunt, nec ipsi proficiunt, et gravant ludimagistrum, et condiscipulorum obstant progressibus. Una igitur quotannis satis est ordinaria promotio sub anni exitum vel initium. Tum vero aequum est, ut uno ferme ante examen mense strenue suos magister in praecipuis ac difficillimis exerceat, quae maxime ab iis, qui promovendi sunt, requiri solent.

[3] Intra annum vero quicunque in superiori schola magis aut nihilo minus, quam in sua profecturi videbuntur, nequaquam detineantur amplius, sed ascendant omnino, sive pauci sive multi fuerint; idque [66*r*] quolibet anni tempore, etiam si saepe et saepius id faciendum esset. Excipe humanistas, qui intra annum nunquam ad rhetoricam transeant. Primanis etiam vix patere tunc debet ad humanitatem ascensus, cum ad eius exercitationes longe graviores raro sint idonei, ut usus ipse satis docuit. Praeterquam quod interdum paucis illis humanitatis mensibus contenti, eaque vixdum leviter tincti, cum desperent se ad rhetoricam admitti posse, in philosophiae scholam irrumpunt, nullo ordine, fructu etiam pene nullo.

[4] Non prohibendum tamen omnino, quin paucissimi quidam et egregie provecti, quique in prima annum totum aut sesqui annum adhuc aut etiam cum eximio quodam progressu, si praestanti ingenio sint, sex tantum menses consumpsere, possint ac debeant promoveri quolibet anni tempore, si nihilo minus illis humanitas, quam prima profutura credatur.

[5] Ut autem magister de suorum auditorum profectu iudicium semper paratum habeat, si a parentibus aut a praefecto interrogetur de aliquo, sub initium anni [66*v*] in catalogum

---

[1] Cf. R 86/A *Stud. inf.* c. 7 (*Ratio promovendi* ...); supra, P. I p. 138-39.

[2] De qua cf. R 86/B *Stud. inf.* c. 7 adn. 7; supra, p. 202.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

referat universos. Et ut quisque longo usu atque observatione specimen sui dederit, ita cuiusque nomini apponat notam industriae aut negligentiae, ingenii aut tarditatis, frequentiae aut infrequentiae, temporis quoque in ea schola consumpti, ut intelligatur, ecqua sit spes progressus faciendi, si ad superiorem scholam transierit.

[6] Alternis mensibus huiusmodi catalogum latine et alphabeti ordine conscriptum in folio tradat praefecto; accuratissimum vero cum instat annuae promotionis examen. Quod, quoniam magna ex parte pendet ex magistri iudicio, quo plures potest, discipulorum gradus distinguat in catalogo; ac ferme sex: nempe optimos, bonos, mediocres (qui tamen apti iudicantur), dubios, retinendos, reiiciendos. Quae notae numeris significari possent: 1 2 3 4 5 6.

[7] Expedit autem promovendos examinari severe; tum quia pueris perniciosius est ascendere non idoneos, quam idoneos, ubi sunt, retineri; tum quia si quando ineptiores aliqui provehuntur, superioris [67*r*] classis ordinem perturbant non parum; tum quia non nulli episcoporum examinatores ex ea classe, ad quam quis promotus sit apud nostros, iudicare solent de doctrinae gradu, quem sacri ordines exigunt.

Siqui vero toto biennio in aliqua classe fuerint, nec ad promotionem videntur idonei, dispensari cum iis posset, siqua sit spes eos in schola superiore profecturos, ut ascendant. Sed ita promoveantur, ut intelligant se, nisi diligentius in superiori schola se gesserint, ad inferiorem esse retrudendos. Valebit haec cura, cum de[d] honore agatur ad incitandam industriam; ac ne terriculum inane videatur, intra mensem praefectus istiusmodi discipulorum rationem a magistris exigere deberet. Verum, ne penitus ignoretur, cur et quomodo promoveantur isti (faciendum enim omnino est, ne iudices videantur gratia potius, quam meritis cuiusque duci) recitato eorum, qui promoventur, catalogo, illud adiiciatur, paucos praeterea extra ordinem promotum iri, partim quia grandiores natu, partim quod diutius versati in eadem schola, partim aliis etiam iustis de causis. Sin aliqui plane desperati sint, de iis sedulo admoneantur parentes, [67*v*] ne aetatem ac sumptum frustra consumant, cum ad alias res utilius applicari possint. Quod si tamen eos retineri velint, liquido praemoneantur, eos a nobis, si usus feret, doctrinae testimonium non habituros; et cum ipsis actum iri, sicut et cum paucis illis, qui nomen suum in matriculam referri nolunt. Quod in pauperibus potissimum servandum videtur. Nam divites ac nobiles, praemonitis parentibus, retineri possent, ne ad flagitia emitterentur.

[8] In examine promovendorum tres sint examinatores, qui quidem sint et iudices ad plura suffragia. Horum supremus sit praefectus, aliusve, quem ipse suffecerit. Duos alios nec praeceptorem, a quo pueri ascendunt, nec alterum, ad quem ascendunt, oporteret esse, sed alios (ubi possunt haberi) in humanioribus litteris versatos, licet philosophiae vel theologiae auditores, si aliquandiu humanitatem aut grammaticam docuerint, et ab eiusmodi studiis recentes sint. Quod si omnes examinatores satis idonei reperiri nequeant, certe oportebit eum, qui praesidet examini, talem esse, ut quod caeteris desit, supplere ipse possit. [68*r*] Porro, ubi est ingens multitudo discipulorum, plures tribus adhiberi possent examinatores, ut expeditius res geratur; dummodo idoneorum examinatorum multitudo suppetat; atque ita distribuantur, ut qui ad examinandi munus adsciscuntur, etsi locis divisi, tamen a praefecti praescripto atque authoritate nullo modo discedant. Sed priusquam examen inchoetur, proprii praeceptoris iudicium de singulis esset audiendum, qui tradet praefecto suum auditorum catalogum, summa cura confectum; quippe ex quo magna ex parte pendet examen; de quo satis supra dictum est. Quin et recentior esset[e] conferendus cum superioris anni catalogo, ut quid quisque profecerit, appareat.

[9] Examinis ratio haec fere sit: Bis[f] oratio, bis carmen et graeca compositio scribatur ad examen. Conducit enim id et ad exercitationem discipulorum, et ad cognitionem exa-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

minantium; atque etiam ut, si quis forte absit, cum primum scribitur, is, aut si abit sine iusta caussa, etiam cum scribitur iterum, excusationem nullam habeat; aut si[g] legitima fuit absentiae ratio, unica illa scriptio usui esse ad examen possit. Faciendum est autem, ne quis [68*v*] rei ignorantiam praetendere possit, ut dies, quo ad examen scribendum sit, biduo fere aut triduo ante pronuntietur a magistro; simulque praemoneantur discipuli, ut pridie eius diei omnes adsint ad scriptionis leges cognoscendas, quae eo die promulgandae sint. Quarum vel una neglecta, plurimum eis obesse posset. Ipso autem scriptionis die nemo omnino desideretur. Si qui (nisi gravibus distenti causis) abfuerint, eorum in examine nullam habitum iri rationem, nisi forte, ut propter inertiam et negligentiam ad inferiorem trudantur scholam; ad tempus tamen.

[10] Pridie igitur eius diei, quo scribendum est, praefectus ipse de scribendo discipulos admonebit, et simul eiusmodi leges proponere poterit; ab hisce scriptionibus maxime examinis exitum pendere; proinde omnes summam diligentiam in themate excipiendo, scribendoque adhibeant; omnes mature conveniant, priusquam thema dictari caeptum sit, ut argumentum fideliter[h] scribant, et quae traditurus est praefectus ad eius explicationem aut compositionem, excipiant. [69*r*]

[1] Veniant omnes omnibus rebus necessariis ad scribendum instructi, ne quicquam ab ullo utendum petere necesse sit. Quocirca omnes atramentum, calamum, chartam, libros caeteraque huiusmodi sibi afferant. Nam post indictum silentium nemini cum ullo, ne cum praefecto quidem ipso, aut cum eo, quem ipse suo reliquerit loco, loqui licitum fore.

Ad suae quisque classis gradum apposite scribat, et ex regulis ac praeceptis in ea traditis. Siqui suae classis fines ac modum excesserint, superioris scholae modos affectantes, horum etiam recte scripta pro erratis numeratum iri; proinde suis se quisque finibus contineat, et in scribendo verba ac modos praescriptos accurate sequatur. Omnes etiam dilucide scribant. Nam ambigue scripta in deteriorem partem acceptum iri; verba etiam omissa aut temere immutata difficultatis vitandae causa, pro erratis fore. Si duae forte compositiones similes ac geminae reperiantur, utramque habitum iri pro mala, cum uter ab utro furatus sit, exploratum esse non possit. Quocirca omnes a consessoribus caveant. [69*v*]

Inter scribendum siquis cum altero sive intra gymnasium, sive extra (facta exeundi potestate) loquatur, eius nullam habitum iri rationem, non secus ac si nihil scripserit. Caeterum ad vitandas fraudes, si cui forte potestatem exeundi dare necessitas cogat, is et argumentum scriptionis et quicquid scripserit, apud praefectum aut eius vicarium relinquere iubeatur.

Compositione absoluta, suo quisque loco recolat, quae scripsit, diligenter. Nam simul atque compositio tradita praefecto vicariove sit, siquid forte deinde correctum oporteat, ab eo haud quaquam redditum iri. Quod siquem praefectus vicarium substituat, eum admonebit, ut neque reddat iam traditas sibi compositiones, nec ipse aperiat; sed in fasciculum coniectas praefecto tradat primo quoque tempore. Atque idipsum ante discipulis significandum est, ne praefecto aut vicario molesti sint, quo ipsorum scripta legant et eos de erratis admoneant.

Suam quisque compositionem rite complicet, uti praefectus iusserit; atque in tergo authoris [70*r*] tantum nomen cum cognomine adscribat latine, quo facilius compositiones omnium in alphabeti ordinem redigi possint. Qui traditurі sunt compositiones praefecto aut eius vicario, secum habeant suos libros; et compositione tradita, silentio exeant e schola, ne caeteros turbent. Nec aliis discedentibus caeteri loca mutent, sed eodem, quo caeperint loco, institutam compositionem absolvant; locorum enim mutatio sine strepitu et interpellatione aliorum fieri non potest. Atque haec fere sunt, quae praefectus pridie, quam scribatur ad exa-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

men, edicere deberet. Ubi scribendi dies advenerit, mature praefectus aut is, cui hoc ille muneris dederit, veniet in scholam, et signo dato argumentum accurate tradat; quod breve potius, quam longum esse oporteret, quo plus temporis suppetat ad accurate scribendum scriptumque recognoscendum. Perspicuum etiam esse par est[i], nec iis involutum obscuritatibus, quae (si forte erratum sit) impedimento esse possint, ne quis idoneus iudicetur; sed talibus, ex quibus qui promovendi, qui retinendi sint, iudicium fieri possit. Ex usu autem est, quae potissima in quaque schola sunt, et accuratissime tradita, ea potissimum in cuiusque classis dictatum includi. [70*v*] Quae res, si iam inde ab inito praenuntietur, ad eiusmodi res percipiendas mire acuet discipulorum industriam.

Ac praefectus, simul atque dictatum omnibus attendentibus recitandum curarit, primum explicabit, siquid obscurius aut difficilius videri poterit. Vocabula quoque et dicendi formulas, quas per se discipuli reperire nequeant, sponte dabit. Praescribet etiam, si quid accomodate ad aliquod praeceptum aut regulam fieri volet. Denique admonebit, ut quaerat tunc, siquis aliquid aut minus intelligat aut praeterea requirat. Quod ita fiet, ut uno aut altero interrogante, omnibus satis fiat, et interrogationes a proposito alienae praecise reiiciantur. Ad extremum silentium indicat, severe denuntians, quicunque vel unum verbum miserit, eum non impune laturum.

Dum componitur, expedit alios potius, quam magistros praeesse, ne scilicet faveant, quibus volunt, magis, quam quibus debent. Inter componendum autem nec cuique permittendum, ut e suo loco exeat quaerendae alicuius rei gratia; quippe cum ea res turbet consessores et suspicionem [71*r*] omnibus afferat. Silentium severissime praestandum est non modo a discipulis, sed etiam ab eo, qui praeest. Incredibile enim dictu est, quantum una vox missa scribentium attentionem turbet ac tardet. Quocirca siquem monitum oportebit, satius est ad eum accedere et nutu rem componere.

Praemonendi quoque discipuli sunt, quantum temporis ad scribendum concedatur, ut satis sibi relinquant spatii ad scripta recognoscenda; et compositionem non modo descriptam, sed etiam recognitam tradant in tempore. Quod siquis forte non absolverit, eam ipsam partem tradat, quam scripserit. Proinde is, qui praeest, cum opportunum videbitur, eos de transcribendo admonebit.

[12] Optandum est autem (ubi commode fieri possit), ut[j] ab examinatoribus, partito inter ipsos onere ad praescriptum praefecti, cuiusque classis compositiones ante examen per otium domi perlegantur, et errores notentur in margine, errorumque summa in catalogum referatur ad cuiusque nomen. Valebit enim ea res tum ad securitatem examinantium, tum etiam ad facilitatem examinandi, cum uno aspectu ab omnibus cuiusque errata cernantur. [71*v*]

[13] Examinis porro initium, quo die faciendum sit, biduo aut triduo ante pronuntiandum. Caeterum, antequam is dies adveniat, magistri suos quisque discipulos in his potissimum rebus exercebunt, quae maxime ab iis, qui promovendi sunt, requiri solent. Quo circa in prima grammaticae uno ferme ante examen mense in praecipuis ac difficillimis grammaticae praeceptis discipulos exerceri oporteret. Idem de caeteris iudicium[k]. In classe autem humanitatis in praecipuis rhetoricae praeceptis a Cypriano[3] traditis. Examinatores autem, ab ipso rectore de praefecti sententia constituti, ab eodem rectore praemonendi essent, ut quid de quoque in examine constitutum fuerit, silentio supprimant, et ipsos quoque magistros sedulo celent ad discipulorum et magistrorum motus turbasque vitandas. Praefectus autem superiorum facultatum, si velit examini interdum interesse, non deberet ipse interrogare discipulos aut ferre sententiam, ne eius authoritas examinatores obruat[l].

---

[3] De C. Soares S.I, et de eius Arte rhetorica cf. *ib.* c. VI adn. 4; supra, p. 138 adn. 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ubi dies aderit, quo examinandi initium faciendum est, praemonendi publice eius classis discipuli [72*r*] primum, ut, dum ab examinatoribus unus aliquis eorum, qui ad examen vocati sunt, interrogatur, caeteri, qui adsunt, diligenter attendant, ut, si eadem de re ipsi interrogentur, paratum habeant, quod respondeant. Verum non corrigent quenquam, nisi rogati, neque annuent aliis. Quod si aliquid latine vertendum memoriter proponatur, id non verbatim, sed totum aliquandiu meditatum latine reddant. Illud etiam monendi, ut qui, dum alii examinantur, praestolantur pro foribus, ne vagentur, sed praesto sint ad vocem praefecti suo tempore vocaturi. Denique, ut omnes grammaticam, Ciceronem aliosve libros, de quibus interrogandi sunt, secum afferant, ne ab[m] examinatoribus aliunde petendi sint.

[14] Ex usu autem est, discipulos interrogandos ordine ex catalogo submitti a magistro, qui eius exemplum habere debebit, ut scilicet alphabeti ordo servatus et laborem minuat examinatoribus quaerendi in catalogo nomina ac notas eorum, qui mittuntur, et omne certamen honoris tollat in praecedendo. E re etiam est, ternos interrogari, vel quod societas in periculo animos faciat, vel quod dum alius alium corrigit, magnum fit compendium temporis; non autem plures ternis, [72*v*] quia difficile est in sententia ferenda meminisse, uti se quisque gesserit. Verum, ne tempus sine causa teratur, faciendum est, ut, dum tres interrogantur, totidem pro foribus praesto sint; ac deinceps, ubi illi interrogati ad gymnasium redeunt, tres item alii submittantur a magistro, qui pro foribus praestolentur, dum alii introvocati interrogantur.

[15] Interrogandi autem ratio illa maxime placet, ut primum suae quisque compositionis partem recitet. Deinde errata corrigere, et eorum rationem reddere iubeatur, regula contra quam peccatum sit, indicata. Post a grammaticis aliquid de generibus aut praeteritis pro varietate scholarum, vernaculum etiam aliquid statim vertendum latine exigatur. Ab humanitatis autem ac rhetoricae discipulis figurae alicuius aut argumenti ex locis deprompti exemplum exquiratur. Denique a grammaticis brevis alicuius ciceroniani loci interpretatio ex libro in schola explicato (si praefecto videbitur) reposcetur. Humanitatis vero et rhetoricae discipuli [73*r*] etiam figuras et argumenta in oratione aliqua Ciceronis a magistro explicata iubebuntur agnoscere. Iidem etiam de rhetoricae praeceptis interrogabuntur, ut discipuli grammaticae de arte metrica. Utrique autem de graecis quoque litteris breviter interrogandi. Verum, quo id utilius fiat, et discipuli paratiores accedant, satius est in tribus hisce scholis graecarum litterarum examen in aliud tempus differri; praesertim cum saepe usu veniat, ut non iidem examinatores aeque sint graecis ac latinis litteris eruditi.

Caeterum, ut examen e sententia succedat, ne cuiusquam timor (ut timidum est puerorum genus) iudicio obsit examinatorum, faciendum videtur, ut timidioribus addantur animi. Quod ita fiet, si initio hilariter excepti, quasi per iocum interrogentur, dissimulentur atque etiam excusentur errata. Saepe enim usu venit, ut perturbentur etiam ex iis nonnulli, qui in optimis numerantur. Quod, siquis ob insignem inscitiam aut negligentiam acrius [73*v*] reprehendendus videatur, id non ante fiat, quam finis factus sit interrogandi.

Ubi discipuli ad examen vocati accesserint, eorum nomina praefectus eodem ordine, quo steterint (standi autem ordo idem erit, qui servatus est in catalogo, ne examinantium memoria vacillet), in libellum suum referet. Inde e fasciculis cuiusque compositio eximetur atque iis tradetur[n]. Postea themata memoriter proponentur, caeteraeque interrogationes fient, de quibus diximus. Verum ad examinantium laborem vicissitudine relevandum, ex usu est, haec munera tradendi compositiones et interrogandi examinatores inter se partiri, aut certe per vices obire, uti eis commodum fuerit. Et discipuli, qui optimam habebunt notam, citius poterunt expediri. In mediocribus ac dubiis excutiendis plus et operae ponetur et temporis. Quocirca, qui catalogum apud se habet (is autem praefectus esse deberet), caeteros examinato-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

res, priusquam quicquam [74*r*] percontentur de examinandorum in praesentia notis, admonebit, occulta nimirum aliqua, de qua antea inter ipsos convenerit, ratione, ut examinaturus intelligat, quemadmodum interrogari eos oporteat.

[16] Post cuiusque ternarii examen protinus, recentibus adhuc examinantium iudiciis, sententiae de examinatis ferantur; et plurium iudicio stetur, ita ut trium rerum habeatur ratio: compositionis, notae a magistro additae et interrogationis. Mox ad eorum nomina nota aliqua arbitraria apponatur, quae significet, utrum quis promovendus, an retinendus, an demum dubius iudicatus sit. Hasce autem notas adeo abditas discipulis esse oportet, ut si quis forte eorum catalogum cum notis aspexerit, quid significetur, penitus ignoret. Ac dubiis et minime idoneis certa adhibenda erit nota, si iam grandes natu sint, ut ratio deinde aliqua habeatur aetatis. E re est, [74*v*] dum examen dubiorum differtur, suspensos habere discipulos, edicendo multos esse dubios, ad omnes in officio continendos. Ad constituendum autem de dubiis, haec ratio iniri potest, ut per intervalla temporum eorum compositiones quotidianas praefectus ex improviso interdum exigat, ut ex iis iudicium ferat. Quam ad rem habenda quoque ratio est aetatis, temporis in ea classe positi, et scilicet ingenii ac diligentiae. Insuper, tota classis ad eam rem scribere iubeatur argumento proposito et iisdem legibus confecto. Inde dubii terni interrogentur, eadem, quae supra posita est, ratione. Atque ita de iis statuatur[o].

[17] Absoluto demum examine, cuiusque classis catalogus conficietur hoc ordine, ut, si qui forte inter caeteros emineant primi, honoris causa nominentur. In aliorum vero nominibus recitandis [75*r*] ad tollendum certamen dignitatis, alphabeti ordo servabitur. Siqui aegre vel propter negligentiam vel propter minorem aequo scientiam promovebuntur, hos in extremum reiici oportebit (ut alio loco admonuimus)[1] cum eiusmodi nota, eos promoveri experiundi causa, quid possint in superiore schola, ea lege ut, si minus suam magistro probarint industriam, ad inferiorem retrudantur. Inde subiicietur: Alios praeterea extra ordinem iustis de causis promotum iri. Nam ita notabuntur ii, qui iam grandes natu aut diutius in eadem classe versati, minus idonei iudicati fuerint ad scholam superiorem.

[18] Operae pretium autem est, recitato catalogo, indictisque vacationibus, discipulis omnibus aliquid oneris imponi a praefecto pro scholarum varietate. Quod deinde pensum certi discipuli a praefecto constituti exigant eique tradant, aut eius iussu magistris. Efficiet haec cura, ne pueri ocii dulcedine deliniti per id tempus abalienentur a musis.

[19] Quamvis autem videri possit nonnullis, in examine [75*v*] maior compositionum ratio habenda, quam interrogationum, quod pueri saepe deterriti ad ea, quae optime sciunt, pessime respondeant; sed tamen danda est opera, quoniam interdum compositio suspecta esse potest, ut timor eorum, ut diximus[2], lenitate et prudentia adimatur, et interrogationum, in quibus potissimum consistit examen, ratio, ut par est, habeatur.

---

[a] poterant *del.* idem de quarta ad tertiam / [b] quam *del.* ut quam; *sup. m. Tucci* ut / [c] rarissime *del.* posset / [d] de *sup.* / [e] esset *del.* esset / [f] Bis *del.* sola / [g] si *del.* adsit; *in mag. m. Tucci* legitima fuit absentiae ratio / [h] fideliter *del.* accipiat; *sup. m. Tucci* scribant / [i] est *del.* aut talibus; *in marg. m. Tucci* nec iis involutum obscuritatibus / [j] ut *sup.* / [k] Idem de caeteris iudicium *in marg. m. Tucci* / [l] *prius* obrueret / [m] ab *sup. m. Tucci* / [n] tradetur *del.* post; *sup. m. Tucci* postea / [o] statuatur *del.* eodem, quo diximus, modo.

---

[1] Vide supra, p. 211 § 7.
[2] Vide supra, p. 214 § 15.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

QUOTIDIANA TEMPORIS RATIO[1]

CAPUT UNDECIMUM

Magister ante signum datum scholas non ingrediatur. Potius, si cum aliquo agendum, agat in atrio. Nec dato signo uspiam demoretur, aut ab ullis, licet gravibus viris, detineri patiatur. Modeste sui illos muneris admoneat, ingressumque suum in scholam a discipulis iubeat anteverti.

Det operam, ut quam minimum fieri potest, recedat a temporum spatiis, quae hic singulis exercitationibus assignantur. Quae divisio, licet quibusdam minuta nimis ac permolesta videri possit, [76*r*] pernecessaria tamen est. Quoniam, cum variae sint ac multae in his classibus exercitationes, non aliter fieri potest, ut suum cuique rei tempus quotidie detur, nisi certa temporis particula rebus singulis assignetur. Neque magni operis fuerit hasce particulas distinguere, cum vulgatissimo iam usu receptum sit, ut nullus doceat sine clepshydra; quam, si subinde praeceptor inspiciat per se, aut alicui decurionum commendet, ad amussim horarum etiam quadrantes internoscet.

Spatia igitur praescripta temporum sunt omnino praedictis exercitationibus tribuenda. Ordo tamen, quo quidque loco faciendum sit, pro magistrorum ac regionum diversitate diversus esse poterit. Qui tamen ordo initio studiorum susceptus, probante praefecto, fuerit, in eo constanter toto anno perseverandum est, neque identidem mutandus. In quo etiam curandum, ut quae difficiliora videntur, quaeque ingenia et vegetiora et attentiora desiderant, mane praestentur, alia postmeridiem. Idcirco mane potius vacandum graecis, vespere potius thema dictandum, etiamsi faciendum id esset in secundam diem; atque ita de caeteris.

Quamvis autem in hoc rerum ordine libertas [77*r*][2] concedatur, ipsa tamen spatia temporum, a quibus recedendum non sit, hic oportet singulis classibus definire; et quidem ordine quodam, non qui variari non possit, sed qui optimus videatur.

Divisio horarum in tertia classe

Mane hora prima — § 1. Themata corrigantur. Quod dum privatim ac submissa[a] voce facit praeceptor, pueri primum memoriter recitent decurionibus; deinde tacite scribant, quae magister hoc tempore scribenda constituerit.

§ 2. Recitatio tamen posset etiam (si nihil impediat) ante praeceptoris adventum, statim post primum campanae signum inchoari. Eo quoque tempore recognoscet decurio, et colliget, quicquid afferendum domo fuerit a pueris, idque magistro tradat cum censoriis notis; hoc est, cum observationibus eorum, quae quisque bene maleve gesserit in recitando, in scribendo et in aliis huiusmodi.

Hora secunda — [77*v*] § 3. Publice et recitetur a nonnullis, et recognoscantur censoriae notae. Deinde repetatur lectio pridiana. Tum praesens explicetur; explicata exigatur a pueris. Horum autem quatuor operum cuilibet suus ferme horae quadrans impendendus.

Extremae horae dimidio — § 4. Nomina et verba inflectantur. Sed paulo ante finem vacetur graecis. Et pueri quidem inferioris ordinis graecos characteres legere ac fingere do-

---

[1] Cf. R 86/A *Stud. inf.* c. 11 (*Fines atque exercitationes* ...) inscriptum; supra, P. I p. 143-56.

[2] Fol. 76*v* scriptura vacat.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ceantur; superioris autem simplicia quaedam nunc declinare, nunc coniugare.

A prandio hora prima — § 5. Recitetur primum ex grammatica aliquod sive rudimentum, sive praeceptum, sive coniugatio, sive declinatio, sive plura quaedam ex his. Deinde quae ex imposito onere mane scripserint pueri, dum themata corrigerentur, recognoscantur publice quam [78*r*] plurima, et maxima cum alacritate atque testificatione cuiusque virtutis et ignaviae. Tum siquid horae superest, graviter inculcentur ea, quae frequenter peccantur a pueris.

Hora secunda — § 6. Dimidia exponatur ac repetatur grammatica. Altera dimidia dictetur tum breve scribendi argumentum, tum aliquod nomen ac verbum sequenti die flectendum. Doceantur item recte scribere vel illic traditis vel domo allatis exemplaribus, quae et elegantia et emendata sint. In superiori tamen ordine postremus secundus horae quadrans in verborum temporibus ac supinis exigendis ex tempore collocandus est; ut ex antemeridianae ultimae horae dimidio quadrans unus nominum generibus et casibus, alter graecis tribuatur; quae etiam memoriter recitanda sunt initio scholarum.

Extremae horae dimidio — § 7. Magna adversariorum concertatione disputetur, pueris sive se mutuo provocantibus ad [78*v*] extemporalia themata, sive exigentibus vicissim phrases ex audita Marci Tullii lectione, aut reposcentibus genera, supina, flexiones nominum et verborum aut id genus alia.

Die vacationis — § 8. Quicquid temporis in schola ponetur, non discrepet ab aliis diebus.

Die sabbathi mane — § 9. Recitentur primum audita per hebdomadam. Immo ab initio libri praeseferat magister, velle se librum illum a principio singulis sabbathis recitari. Sed ubi explicando ad quintam pagellam vel ulterius progressus fuerit, ex primis paginis aliquas, modo plures, modo pauciores iuxta pensi magnitudinem remittat. Interdum tamen, postremis paginis omissis, primas iubeat recitari, ut totius libri recens memoria retineatur. Eo denique absoluto, sortito capiat aliquos ex iis, qui ultro nomina in eam rem dederint, ut e suggestu totum librum per partes cum [79*r*] dignitate pronuntient, nec sine praemiolo.

§ 10. Totius deinde hebdomadae praelectiones repetantur, et, quia omnia eorum capita non possunt, praecipua atque utilissima quaeque recolantur, partim discipulis sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus, partim magistro exigente.

A prandio — § 11. Idem praestandum de rebus pomeridianis; et thema paulo longius dictandum, quod post dominicum diem corrigatur.

§ 12. Novissima semihora in brevem explicationem catechismi piamque exhortationem collocetur. Exponatur autem catechismus ex P. Canisii libello[3], nisi alicubi alius iam in usu sit nihilo minus utilis. Ediscetur etiam quotidie, et mane recitabitur cum praelectionibus aliis; tametsi superiori ordini satis fuerit illum sabbatho recitare duntaxat initio scholarum. [79*v*]

In festis et annuis vacationibus — § 13. Tam in festis, praesertim si plura sint, quam in annuis vacationibus, sive praefectus, sive magister pueris aliquid, quo occupentur, imponat.

Divisio horarum in secunda classe

Mane hora prima — Expendatur sicut in tertia classe.

Hora secunda — Publice recitetur a nonnullis, nisi id faciendum potius videatur

---

[3] De variis P. Canisii S.I. catechismis cf. MP I-IV 485 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ad extremum horae primae. Praelectio pridiana brevissime repetatur; tum praesens explicetur per semihoram fere ex Marci Tullii epistolis, et explicata statim exigatur a pueris.

Horae tertiae dimidio — Vacetur graecis, habita prius repetitione eorum, quae in tertia classe graece didicerant pueri.

A prandio hora prima — Recitetur grammatica et decurionum censurae recognoscantur per semihoram. [80*r*] Per alteram vero ea, quae mane composita fuerint, praeceptore themata corrigente, breviter examinentur; publice tamen atque alacriter cum testificatione cuiusque virtutis et ignaviae; tum aliquod verbum ac nomen ex difficilioribus inflectendum.

Hora secunda — Dimidia exponatur ac repetatur grammatica cum extemporalium thematum exercitatione.

Dimidia item vel ex Virgilii *Eglogis* vel ex honestioribus Ovidii epistolis *Heroidum* aliqua breviter praelegatur cum nonnulla repetitione. Satis est enim gustus aliquis poeticae.

Horae tertiae dimidio — Thema dictandum, disputandumque magna adversariorum concertatione, pueris sive provocantibus se mutuo sententiis latine vertendis, sive exigentibus vicissim phrases ex auditis praelectionibus, aliave id genus; sive aliquid vulgari sermone dictatum ad grammaticam rationem [80*v*] expendentibus viva voce, exigente magistro atque indicante, quomodo quidque scribendum sit ad grammaticae leges.

Die vacationis — Agatur quod in tertia classe.

Die sabbathi mane — Mane et a prandio sicut in tertia classe. Sed a prandio novissima semihora in brevem explicationem catechismi piamque exhortationem collocetur. Exponetur autem catechismus ex P. Canisii libello[3], nisi alicubi alius iam in usu sit nihilo minus utilis. Ediscatur autem ac recitetur initio scholae cum aliis praelectionibus pomeridianis.

In festis et annuis vacationibus — Sicut in tertia classe.

Divisio horarum in prima classe

Mane hora prima — § 1. Themata corrigantur. Quod dum privatim ac submissa voce facit praeceptor, pueri primum memoriter [81*r*] decurionibus recitent Ciceronem et grammaticam graecam. Deinde tacite scribant, quae magister hoc tempore scribenda constituerit.

§ 2. Recitatio tamen posset etiam (si nihil impediat) ante praeceptoris adventum, statim post primum campanae signum inchoari. Eo quoque tempore recognoscat decurio et colligat quicquid afferendum domo fuerit a pueris. Idque magistro tradat cum censoriis notis; hoc est, cum observationibus eorum, quae quisque bene maleve gesserit in recitando, in scribendo et in aliis huiusmodi.

Hora secunda — § 3. Publice recitetur a nonnullis, nisi id faciendum potius videatur ad extremum horae primae. Praelectio pridiana brevissime repetatur; tum praesens explicetur per semihoram fere ex Marco Tullio; et explicata statim exigatur a pueris.

Horae tertiae dimidio — § 4. Vacetur graecis, habita prius repetitione eorum, quae pueri graece didicerant in secunda classe. [81*v*]

A prandio hora prima — § 5. Recitentur poeta ac latina syntaxis; ac eius loco sub anni finem prosodia. Interea cursim a magistro recognoscantur censurae decurionum, et ea, quae privatim mane scripta fuerint hora prima. Deinde syntaxis explicetur et repetatur per semihoram.

Hora secunda — § 6. Cum syntaxeos repetitione continuetur aliqua exercitatio extemporalium thematum et inflexio nominis aut verbi alicuius difficilioris per occasionem. Mox thema dictetur.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

§ 7. Deinde poetae lectio habeatur per semihoram.

Ultima semihora — § 8. Repetatur poeta. Reliquo tempore concertetur a pueris.

Die vacationis, die sabbathi, in festis et annuis vacationibus: Omnia gerantur sicut in secunda classe.

Divisio horarum in classe humanitatis

Mane hora prima — Corrigantur themata. Quod dum privatim ac submissa voce facit praeceptor, adolescentes primum memoriter decurionibus recitent Marcum Tullium [82*r*] et grammaticam graecam. Deinde tacite scribant, quae magister hoc tempore scribenda constituerit. Adde reliqua, quae habentur in prima classe.

Hora secunda — Omnia sicut in prima classe[b]. Aliquid tamen huius horae quotidie aut frequenter superesse debet ad mutuam adolescentium concertationem tunc habendam.

Ultima semihora — Historicus explicetur paulo minus quam semihora, ut aliquantisper vacet non ad omnia quidem, sed ad praecipua quaedam repetenda.

A prandio hora prima — Recitentur poeta et prosodia. Qua absoluta, aliquid ex graeco autore, qui tunc exponitur. Interea magister cursim recognoscat et notas decurionum, et ea, quae mane privatim discipuli scripserant; idque per dimidiam horam. Altera dimidia explicetur prosodia et thema dictentur.

Hora secunda et tertiae dimidia — Poetae explicando repetendoque tres horae quadrantes, totidem vero graecae grammaticae et auctori impendantur. [82*v*]

Die vacationis — Dimidia horae primae expendatur ut aliis diebus; altera dimidia emendationi carminum tribuatur. Secunda hora explicetur breve aliquod artificium ac ratio conscribendi epistolas et chrias; deinde prosodiae praecepta, quae breviter reliquis diebus exponuntur, inculcentur et exigantur serio.

Ultima semihora aliquid epigrammatum aut elegiarum aut odarum exponatur, nec sine repetitiuncula.

Die sabbathi mane hora prima — Recitetur sicut in tertia classe.

Hora secunda — Totius hebdomadae praelectiones repetantur; idque per praecipua quaedam capita partim magistro exigente, partim discipulis aut sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus.

Semel aut iterum quolibet mense huius horae dimidia pars prior graecis repetendis tribuatur; posterior autem disputationi aut ex propositis thesibus aut verbo tenus. [83*r*]

Ultima semihora — Habeatur vel audiatur hebdomadaria oratio.

A prandio hora prima — Poeta memoriter recitetur. Interea magister partim publice, partim privatim emendet carmina. Mox eorum dictet argumentum.

Hora secunda[c] — Fiat hebdomadaria repetitio poetae per semihoram; cuius[d] repetitionis loco interdum aliquod epigramma vel ode vel elegia explanetur[d]. Per alteram semihoram partim explicandae partim recolendae prosodiae vacetur strenue.

Ultima semihora, et tam in festis, quam in annuis vacationibus, omnia sicut in secunda classe.

Quotidiana temporis ratio ac divisio in classe rhetoricae

Duabus horis mane doceat; totidem a prandio. Ingrediatur igitur classem semihora post commune [83*v*] scholarum initium; ac det operam, ut quam minimum fieri potest, recedat tam a temporum spatiis, quae hic singulis exercitationibus assignantur, quam ab earundem exercitationum ordine, qui hic praescribitur, nisi iustis de causis praefecto videretur variandus. In eo tamen, qui initio studiorum susceptus fuerit, constanter toto anno perseverandum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Mane — Per tres circiter horae quadrantes corrigantur themata. Quod dum privatim ac submissa voce facit praeceptor, adolescentes recitent memoriter decurionibus Marci Tullii orationes. Deinde graece aliquid modo exscribant, modo componant, aut quod a graecis auctoribus vincta solutave oratione scriptum est, latine vertant eodem orationis genere[e]. Servetur[f] praeterea, quod in secundo paragrapho primae dictum est[f].

Post haec per horam exponantur praecepta artis rhetoricae; et breviter repetantur, ut ultimo quadrante possint aliquando recognosci vel censoriae notae decurionum, vel ea, quae discipuli privatim scripserint hora prima; nonnunquam thema dictari; interdum [84*r*] alicuius oratio ad parietem affigi, ut caeterorum iuvenum censura castigetur, nec sine brevi inter ipsos concertatione.

A prandio hora prima — Oratio Marci Tullii explicetur et breviter repetatur.

Hora secunda — Recitentur memoriter decurionibus quaterni fere versus ex graeco auctore[g]; opportunius tamen, si fieri potest, ante ingressum praeceptoris in scholam. Tribus circiter quadrantibus exponatur et repetatur graecus auctor. Ultimo autem quadrante aliquando aliquid ex graeca prosodia explicetur; nonnunquam graecum thema dictetur tam carmine quam prosa; interdum hoc ipsum thema corrigatur.

Die vacationis — Semihora carmina corrigantur. Per horam explicetur et repetatur alternis egregius aliquis nunc poeta, nunc historicus, praecipuis quibusdam rebus ac phrasibus breviter annotatis. [84*v*] Deinde carmen dictetur in sequentem hebdomadam cum aliqua explicatione artificii poetici in epigrammate, in elegia, in ode, aliisve poematiis conscribendis.

Die sabbathi mane — Per semihoram recitentur audita per hebdomadam[h]. Observentur[i] et reliqua sicut in tertia classe.

Deinde per horam totius hebdomadae praelectiones repetantur; idque per praecipua quaedam capita partim magistro exigente, partim discipulis aut sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus.

Huius horae dimidia posterior semel aut iterum quolibet mense impendatur disputationi aut ex propositis thesibus, aut verbo tenus.

Ultima semihora habeatur vel audiatur hebdomadaria oratio.

A prandio — Per semihoram repetantur per capita pomeridianae praelectiones. [85*r*] Altera semihora exponatur gravis aliquis poeta[j]. Tertia semihora[k] recolantur graeca[k]. Ultima semihora et tam in festis, quam in vacationibus, omnia sicut in prima classe.

De Collegiis Pauciorum Classium

Caput duodecimum

Atque haec de collegiis, in quibus sunt quinque scholae inferiores; nunc de aliis, in quibus sunt pauciores.

De collegiis quattuor classium — Quoniam supremarum classium ratio superius constituta collegii et scholarum auctoritatem magnopere tueri solet, idcirco suprema retineat ac servet omnia, quae de classe rhetoricae praescripta sunt collegiis quinque scholarum; secunda vero pro classe humanitatis habeatur, et ab eius ordine ac ratione nihil omnino discrepet.

Tertia classis in duos secetur ordines, quorum [85*v*] superior primae grammaticae respondeat, inferior autem secundae. Quarta demum classis in duos item tribuatur ordines, qui duobus tertiae classis ordinibus pares sint.

De collegio trium classium — Duae inferiores classes retineant eum gradum, qui paulo ante praescriptus fuit tertiae et quartae in collegio quattuor classium.

Supremae vero classis professor doceat, quae sunt propria scholae humanitatis, et

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

anno vertente addat post Pascha rhetoricae compendium ex Cypriano[4]. Posset etiam, si commodius videbitur, ea classis in binos ordines dividi; quorum superior ad scholam rhetoricae, inferior autem ad scholam humanitatis, ut proxime potest, accedat.

De collegio duarum classium — Inferioris classis duo statuuntur ordines; quorum inferior ea, quae tertiae classi, superior autem ea, quae secundae classi conveniunt, sortiatur. [86*r*] Superior classis etiam in duos distrahatur ordines; quorum inferior primae classis pensum sibi vendicet, superior autem humanitatis, addito duobus tribusve mensibus ultimis rhetoricae compendio.

De collegio unius scholae — Aegerrime admittenda videntur huiusmodi collegia. Nihil enim aut perparum in his proficitur. Verum si admitti necesse sit, ea classis duos complectatur ordines, quorum inferior ea, quae ad tertiam et secundam classem pertinent, a facilioribus ad difficiliora paulatim progrediendo, condiscat. Superior autem suum cursum ab iis, quae primae classi propria sunt, inchoet. Deinde ad ea promoveatur, quae ad humanitatem pertinent; postremo ad rhetoricae compendium.

Communia collegiis, in quibus pauciores scholae quam quinque sunt — 1. Servent ac doceant, quo ad eius fieri potest, omnia, quae de collegiis quinque classium constituta sunt, nisi quod tempus ea docendi atque explicandi duplicandum fere est, ut quae in illis uno tradantur semestri, [86*v*] in his in annum prorogentur; et quae in illis annum sibi poscunt, in his habeant biennium. Atque ita deinceps de reliquis.

2. In his pauciorum classium collegiis danda esset opera, ut ad scholas nostras non admitterentur rudiores; hoc est, qui non satis bene teneant, quae ad tertiam classem pertinent, aut certe ad inferiorem tertiae classis ordinem. Sic enim cursus singulis ordinibus praescriptus celerius absolveretur. Sin id obtineri non poterit, quae paulo ante constituta sunt, retineantur.

3. Ubi sunt duo ordines, videndum esset, an ambobus idem thema eiusdemque auctoris explicatio, ut supra dictum est[5], convenire queant. Id vero si cedat incommode, habeat quilibet suum thema et auctorem, sed tempore, quod cuiusque exercitationis proprium est, in duas partes diviso; quarum una uni, altera alteri impendatur ordini. Quod tempus cum sit duplo minus, longiori discipulorum mora in cursu cuiusque ordinis peragendo compensandum est. [87*r*]

Quilibet professor habeat et observet regulas eorum scholarum, quibus suae classis ordines respondent.

---

[a] sumissa *ms.* / [b] classe *del.* dummodo / [c] *p* 2.a *del.* Totius hebdomadae ... percunctantibus [V. supra: *Mane 2.a hora*] / [d] cuius ... explanetur *in marg.* / [e] genere *del.* Recitatio tamen et / [f] Servetur ... dictum est *m. Tucci* / [g] auctore *del.* eaque; *in marg. m. Tucci* opportunius tamen / [h] hebdomadam *del.* immo ab initio libri vel auctoris / [i] observentur et *sup.* / [j] poeta *del.* altera / [k] semihora *del.* exponantur; *sup.* recolantur / [l] graeca *del.* aliquis / [m] *p* classium *sequ. ms.* Cap. 12.

---

[4] De C. Soares S.I. rhetorica cf. R 86/A *Stud. inf.* c. 11 adn. 9; supra, P. I p. 138 adn. 1.

[5] Vide supra, p. 208.

De Libris

Caput decimum tertium

Auditoribus nostris non quicunque libri temere concedantur, sed ii duntaxat, quos quisque audit in schola, vel qui exponi soleant ac possunt in sua classe. In iis etiam multitudo cavenda est, quae et opprimit ingenia et impedit, ne quotidianum pensum commode reddatur. Ex recentiorum vero libris et pauci et magno cum delectu permittendi sunt. Faciendum ita-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que, ut libri discipulis ad arbitrium magistri et praefecti studiorum concedantur; idque non solum in nostris observetur, sed etiam, quo ad eius fieri potest, in caeteris. Ad haec bibliothecarius[b] constituendus peritus ac diuturnus, ut notitiam habeat librorum, qui domi sunt, et libros necessarios comparet quam minimo. Eundem autem subesse[c] [87*v*] par est praefecto studiorum, ut ex eius praescripto libros distribuat, emat et curet. Optandum etiam, ut catalogus edatur librorum, qui in quoque genere excellunt, ne in ullo collegio desiderarentur, et ut his maxime magistri studeant.

Ne nostri copia librorum ... vel illarum personarum. [v. R 86/A *Stud. inf.* c. 12 (*De libris*); supra, P. I p. 139-40].

Ad haec, ut nullo modo permittantur externis auditoribus in nostris scholis libri non purgati, placeret, si purgatorum sit copia; quae tamen ut esset, praefectus studiorum curare deberet. [89*r*]

Ad haec, multa sunt ... exponeretur. [v. *ib.*]

Cupiendum quoque est primo, ut in singulis provinciis viri aliqui eruditi et emeriti constituantur, qui libros in scholis nostris explicari [89*v*] solitos accurate scriptis commentariis interpretarentur ad nostram docendi rationem accommodatis.

2° ut ex Scopis latinitatis, Farragine sordidorum verborum et indice Verraepei[2] ac Nizolii[3] liber compiletur ad usum nostrarum scholarum, ubi barbara verba ita recenserentur, ut adscriberentur latina cuiuscunque classici autoris.

3° ut liber adiiciatur vocabulario cuiusque linguae, quod ad nostrum usum multae provinciae magnopere exoptant.

4° ut liber de verborum ac sententiarum copia ab uno aliquo e nostris edatur ad usum nostrorum discipulorum accommodatus, sed ita ut exempla ex Cicerone et aliis bonis scriptoribus depromantur, et de verborum ac sententiarum usu sedulo admoneantur pueri pro triplici genere dicendi.

5° Seligantur epistolae Ciceronis faciliores ad usum inferiorum scholarum, maxime in epistolis ad Atticum. Verum id accurate fieri oporteret, et a multis peritis, ne difficiles aliorum iudicio in faciles coniicerentur. Operae pretium esset libros etiam epistolarum Ciceronis, orationum aliorumque autorum [90*r*] ita distingui, ut simul suos quaeque classis libros et autores haberet, per quos magistri velut in orbem irent. Qua de re olim est editus librorum index iussu P. Borgiae fel. mem.[4]; quem recognosci et locupletari oporteret.

6° Sententiae, adagia, apophtegmata, similitudines, apologi, insignia virtutum exempla, philosophorum memorabiles quaedam res ac responsa, et id genus alia, quibus rerum copia locupletari solet, essent in unum colligenda, optimo ordine digerenda et ciceronianis exornanda verbis in quotidianum prope usum nostrorum magistrorum et discipulorum[5].

7° Eadem de causa in libellum aliquem essent referenda nomina omnium partium domus, in alium nomina partium navis, in alium nomina omnium instrumentorum, quibus artifices et agricolae utuntur; in alium nomina variarum vestium, et sic de aliis; ut in promptu habeantur, aliquando etiam ediscantur a pueris, quo promptius loquantur latine, nec ignorent res, quae quotidie in sermonem [90*v*] incidunt ac pene in pedes incurrunt.

8° Prodesset optima quaeque veterum poetarum epigrammata in unum volumen, in alterum optima quaeque recentiorum coniici, sed ad eam rem plures viros peritos adhiberi.

---

[1] De bibliothecario constituendo cf. MP III 87.

[2] De Simone Verrepaeo (Veripen — 1522c-1598) et eius operibus de latinitate cf. *Ouvr. pédag.* 662-63.

[3] Vide *Nizolius, sive Thesaurus Ciceronianus* (Venetiis 1576); *Ouvr. pédag.* 479-80.

[4] Vide Rat. st. Borg.; ubi singulis classibus libri a magistris explicandi assignantur; MP II 233-50.

[5] Anno 1588 I. Pontanus S.I. typis exprimitur primum volumen *Progymnasmatum seu Dialogorum* Iacobi Pontani S.I. Ingolstadii; cf. SOMMERVOGEL VI 1007.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

9° Ex usu esset de tropis et figuris[d] librum paulo uberiorem[e] deque eorum usu ac varietate confici.

10° Placeret etiam scribi familiares dialogos latina lingua, qui explicarentur in scholis.

---

[a] 13 *ms.* / [b] bibliothecarius *del.* noster / [c] subesse *del.* vult; *sup. m. Tucci* par est / [d] et figuris *sup. m. Tucci* / [e] uberiorem *del.* et figuris eorumque; *sup. m. Tucci* deque eorum.

De Vacationibus inferiorum classium[1]

Caput decimum quartum[a]

Vacationes ubi fere non sunt, non videntur introducendae, nisi moderatae, si sine offensione res fieri possit. Sicubi autem vacationes nequeant dari discipulis, certe magistris dari par est, successores videlicet assignando. Ubi vero sunt, ita serventur, ut ex academiae publico instituto, [91*r*] quod facile mutari non possit, habentur.

In vacationibus autem[b] etiam hebdomadariis constantiam nostrorum gymnasiorum spectari oportere censemus, ut non nisi maximis de causis quicquam immutetur de cuiusque gymnasii instituto. Neque enim est e dignitate nostrae Societatis, levibus de causis, ut nunc fit quibusdam locis, diem vacationis differri aut anticipari, cum in eo genere externorum[c], praesertim in plerisque academiis cernatur tanta constantia.

Quoniam nostrarum vacationum multitudine externorum plurimi offenduntur, quibus iam nostri magistri cupidiores feriandi, quam discipuli ipsi videantur[d], placet toto anno, quoties dies aliquis festus in hebdomada incidat, nullum praeterea concedi vacationis diem; praesertim cum idipsum etiam in laxioribus academiis ferme servari videamus[e]. Etiam placet in hebdomada Paschatis et Pentecostes nullum esse vacationis diem, cum diebus festis tribus satis feriatum sit.

Faciendum, ut catalogus dierum festorum, quibus [91*v*] in scholis feriandum sit iuxta ritum cuiusque regionis, de sententia provincialis conficiatur[2], ut certi statique sint dies festi; quorum numerum minui magis quam augeri oporteret.

Vacationes rhetoricae, sive unus magister sit, sive plures, longiores uno mense esse non oportet, ut scilicet discipulorum ratio habeatur, qui tam longis vacationibus magnam vel doctrinae vel morum iacturam faciunt, non sine gravi parentum querela. Verum ubi breviores mense dari soleant, nequaquam esse prorogandas. Atque haec valeant, modo aliud ab aliqua universitate vel ab ullo nostrorum praepositorum generalium constitutum non sit. Caeterum quod ad anni tempus attinet, quo dandae sint anniversariae vacationes, ad variarum nationum consuetudinem accommodanda res videtur; permissu tamen P. Generalis.

Quo vero tempore vacant superiores classes, caeteris non videtur detrahenda semihora. Quoniam illa semihorae detractio impedit, quominus exercitationibus scholarum satisfieri possit; neque tamen multum laxamenti aut pueris praebet[f], quibus omnino [92*r*] veniendum est ad ludum; aut magistris, quos cura illa satisfaciendi suo muneri solicitet; praesertim cum imminuto tempore inducenda sit horarum nova distinctio. Propterea summis tantum caloribus, nec plus quam per mensem, semihoram a prandio remittendam censemus; reliquo au-

---

[1] Vide R 86/A *Stud. inf.* c. 9 (*De vacationibus* ...); supra, P. I. p. 141.

[2] Cf. MP III 27; v. huiusmodi catalogos a praepositis provinciarum Austriae et Franciae confectos; *ib.* 424-26 et 428-31.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tem tempore, item ut caetero anno, duas horas ac dimidiatam quotidie doceri etiam a prandio.

Verum ante studiorum repetitionem toto die vacet humanitatis classis tribus hebdomadis; prima grammaticae duabus, una tantum reliquae; nisi ubi toto mense septembri vel octobri pro varietate regionum vacare cogit omnes auditores necessitas redeundi in patriam, et quaerendi commeatus ac sumptus.

Intra annum omnes ferientur tum mane tantum in die Commemorationis defunctorum et in feria quarta Cinerum; tum vespere tantum in pervigilio Natalis Domini et Pentecostes, et in feria quarta maioris hebdomadae, et in die recreationis hebdomadariae; quae non interponatur, nisi vel quarta vel quinta feria; tum toto die in feria quinta Sexagesimae, ubi mos est eum [92*v*] diem genio concedi, ne sine gravi causa dies vacationis suo moveatur loco. Sed feria secunda ac tertia Quinquagesimae, nisi aliter consuetum sit, doceatur. Vacatur tamen tribus ultimis diebus totis[g] maioris hebdomadae.

---

[a] *in ms. perperam immutatum in 14* / [b] autem *in marg.* / [c] Externorum *in marg.* / [d] videantur *del.* omnibus / [e] videamus *del.* Omnibus / [f] *prius* praebeat / [g] totis *in marg. m. Tucci.*

PIETAS ET DISCIPLINA MORUM [1]

CAPUT DECIMUM QUINTUM[a]

[1] Ea res praecipuae curae debet esse professoribus universis, etiam rhetoricae. Quamquam enim huius classis auditores non tam facile severis disciplinae legibus, quae inferioribus scholis praescriptae sunt, coerceri solent; eas tamen magister, quatenus illorum aetas aliaeque rationes ferent, curet observandas. Unusquisque igitur magister incensis potissimum studiis in id incumbat, ut christiana pietate teneras adhuc suorum mentes imbuat. Quod maxime consequetur crebris apud Deum precibus, religiosis vitae suae exemplis et salutaribus monitis, quae cum per omnem aspergat occasionem, inter praelegendum etiam[2], breviter tamen; tum plenius sabbatho ad vesperam extrema semihora.

[2] Nec solum hortetur ad orandum Deum quotidie, [93*r*] ad frequentandas conciones et sacramenta solemnibus praesertim festis, ad obsequia parentum, ad vitanda consortia, quae noceant, ad vitiorum detestationem, ad omne demum officii munus; sed explicet etiam, quaenam ineunda ratio, ut piis hisce exercitationibus devote ac fructuose perfungantur; suadeatque, ut aliquot libellos hoc argumento pie conscriptos familiariter manibus terant; et intelligant, ut virtute quisque praestiterit, ita magistro fore charissimum, ac reliquis (si non valde imparia caetera sint) anteponendum.

[3] Cum menstruae puerorum confessiones[3] excipiendae sunt, statis quibusdam horis plures simul confessarii ad audiendum resideant, ut liberum semper sit cuique puero confiteri cui malit. Id enim melius; tametsi aliqua dubitandi ratio inde existat, quod nisi suus cuique classi tribuatur confessarius, vix iniri queat ratio, qua utrum omnes confiteantur, sciri queat. Deinde minus in spiritu pietateque proficient, nisi certo quisque confessario, tanquam medico sua peccata confiteatur. Ad extremum, continget fortasse non raro, ut ex [93*v*] pluribus sacerdotibus propositis ad unum eorum aliquem prope omnes adolescentes accurrant, caeteri de-

---

[1] Vide R 86/A *Stud. inf.* c. 10 (*De tuenda puerorum* ...); supra, P. I p. 141-43.
[2] Vide *ib. p. 142* adn. 3.
[3] Cf. *ib.* p. 141. § 3.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

serantur. Quam ob rem nec sacerdos unus tanto oneri par esse poterit, et caeteri se posthaberi a pueris moleste ferent.

Contra tamen, si plures confessarii proponantur, ita ut ordinarius cuiusque classis unus certusque semper sit, alium tamen eligendi potestas non nisi a magistro vel a praefecto detur, in[b] pleraque incommoda recidimus, et pericula sacrilegiorum. Neque enim fere audeant pueri vel conscio magistro seu praefecto mutare confessarium, vel mutandi potestatem petere, cum intelligant se in suspicionem admissi criminis, cuius pudeat, venire posse.

Quod autem obiicitur, difficilem fore rationem sciendi, confessione sint omnes nec ne, facillime diluitur. Afferant enim singuli ad sacerdotem, cui confitentur, nomen suum, cognomen et classem, ad quam pertinent, latine scripta; v. gr. Ioannes Franciscus Colasius tertiae grammaticae. Quae nomina deinde sacerdotes secernant; et recognita [94*r*] privatim, sua cuiusque classis magistro reddant. Is vero recognoscat, ecqui defuerint.

At minus proficient, si plures ac varios tanquam animorum medicos habeant. Primum, difficile possunt in rebus omnibus incommoda universa vitari. Multo tamen minus ii proficient, atque adeo maiore pietatis et conscientiae naufragio pereant, qui quod semper unum cogantur adire sacerdotem, sacramentum sacrilegio polluere non vereantur. Deinde[c], si confessarii bene ac naviter suo munere fungantur, sperandum est omnino fore, ut plerique se ad unum aliquem semper confessarium applicent, a quo sibi satisfieri senserint[c].

At sacerdos quispiam multorum audiendorum onere plus aequo premetur, caeteri negligi se vix ferent. Respondere possumus: Primum, in templis nostris, ubi plures e nostris exponuntur audiendis[d] viris, adolescentibus, puellis, id nunquam fortasse contingere, ut omnes ad unum adeant, unum frequentent. Nam quamvis frequentiores paenitentes ad unum aliquem aut[e] alterum interdum accedant, reliquos tamen confessarios non ita deseri cernimus, ut pro datis sibi a Spiritu Sancto muneribus non habeant, ubi operam, si velint, honeste et fructuose ponant. Multo minus ergo id continget in pueris; sed contra potius, si sacerdotes, ut par est, laborem huiusmodi tam sanctum [94*v*] nostraeque Societatis proprium non subterfugiant, dabunt pro se quisque diligenter operam, ut quos primum audiunt, ita prudenter, amanter, suaviter tractent, ut eos in perpetuam sibi concilient. Atque ita puerorum erit multo magis libera et fructuosa confessio. Quin etiam, si res feret, ostendet paenitenti, opportune tamen ac pedetentim sacerdos, quanti referat ab uno sacerdote, velut medico curari, ad unum confugere, cum uno sua consilia etiam extra confessionem communicare. Neque interim tamen adimet ad quemcumque quisque malit interdum adeundi potestatem. Immo vero saepe captabit data opera occasionem hortandi, permittendi, suadendi, ut alteri cuipiam aliqui suorum poenitentium nonnunquam confiteantur. Quae res longe plus valet ad colligandas poenitentium voluntates, quam severae leges uni tantum semper confitendi.

Illud quoque valde opportunum erit et utile, quod alicubi etiam superiorum iussu factitatur, ut aliquoties in anno, ter certe minimum, sub celeberrimos nempe festosque dies, ut Natalis Domini, Pentecostes, Assumptionis Beatae Virginis extraordinarii [95*r*] sacerdotes duo vel plures pro puerorum numero substituantur, remotis per aliquam occasionem ordinariis, ut si quem sui puderet ordinarii confessarii, cum novis et ignotis liberius atque audacius agere possit. Id vero cum ubique faciendum esset, etiam ubi toto anno libera datur uni ex tribus, pluribusve propositis confitendi potestas; tum vero ubi unus tantum reliquo anno esset ordinarius cuiusque confessarius, omnino curandum et efficiendum videtur.

Obiiciat hic aliquis nostrorum sacerdotum paucitatem. At ubi collegia paucos ex

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nostris habent sacerdotes, neque ita fere solent esse multi discipuli, ut iis duo tresve confessarii satifacere nequeant, neque pauciores quinque sacerdotibus in iis ferme collegiis degunt, ut ex iis duos tresve deligere non sit arduum, qui et matutinum tempus in aliorum externorum, et vespertinum in discipulorum confessionibus excipiendis ponant.

In collegiis vero primariis, ubi maior [95*v*] est auditorum externorum frequentia, maior etiam sacerdotum numerus erit necessario. Quod si in his quoque pauci fuerint ad confessiones audiendas idonei, quod vel occupati sint in docendo vel audiendo, aut nondum scientiam necessariam usumque sint adepti, curandum omnino est provincialibus, ut provideatur. Neque enim aequum est minora collegia confessariis abundare, indigere primaria. Neque minus est id officii nobis pueris et adolescentibus debitum, quam mulierculis, quibus fere audiendis in caeteris collegiis domibusve opera navatur. Neque minores paucioresve fructus spirituales, caeteris paribus, ex puerorum confessionibus, si recte id agatur, percipiuntur, quam ex faeminarum. Atque haud scio, an multo etiam uberiores, cum ad eos, ubi ad aetatem venerint maturiorem, plura et maiora in quovis genere rerum munera deferenda sint; unde reipublicae administratio, conservatio, amplificatio pendet. Atque ita fere natura [96*r*] comparatum videmus, id quod et sacrorum vatum et prophanorum scriptorum testimoniis comprobatur, ut quam viam adolescens ingressus aliquandiu tenuit, eandem plerunque ad extremum usque retineat.

Quid autem contra de iis esse sperandum putamus, qui ab ipsa pueritia caeperint sacramenta violare, conscientiae stimulos negligere, pudorem omnem repellere. In quod sane periculum coniicere videmur eos, quos ita severis legibus astringi volumus, ut non nisi uni confiteri cogantur; praesertim si non sit semper ita prudens, ita facilis et humanus, ut et munus tantum et puerorum conditio ac natura postulat.

Qui enim pueros (ut hoc ad extremum admoneamus), praesertim qui quartum decimum annum excesserint, recte putat cuivis confessario posse committi, etiam imperito, etiam inexperto, etiam in hoc munere prorsus novo ac tironi, nae is, prudentium virorum iudicio et in confessionibus audiendis peritissimorum, magno in errore versatur. [96*v*]

Quare et idonei gravesque, quo ad eius fieri potest, confessarii sunt assignandi nostris auditoribus, et quam maxima in deligendo confessario libertas eisdem concedenda; neque existimandum pueros et adolescentes, ipsis persaepe puellis cum verecundiores tum fortasse multo fragiliores, ita severis in hac re legibus, ut nostrae Societatis homines posse vinciri. In primis vero summa cura providendum, ut quacumque ratione id statuatur, omnes ansae, quoad fieri potest, sacrilegiis praecidantur.

[4] Neque vero confessionum causa quicquam vacandum est ab iis, quae scholarum propria sunt; sed terni mittantur initio ad confitendum. Deinde ut singuli redeunt, ita ex caeteris singuli binive summittuntur. Permagni quoque interest, ut magister et cum confessariis ex animo serioque consentiat, et eos doceat de iis rebus, quae de pueris aut a se cognitae aut etiam deprehensae fuerint. [97*r*]

[5] Missae sacrificio quotidie discipuli intersint[4]; idque ante scholas, ubi viget ea consuetudo. Post Pascha certe inducenda etiam est saltem in eas provincias, quarum caelum aestuosius est. Adsint ad modestiae censuram decuriones; magistri etiam omnes, qui sacerdotes non sint, ubi post scholas itur ad sacrum.

Cum ad missam convenitur in templum, faciendum omnino est, ut ingressus egressusque strepitu careant. Neque in eundo et in exeundo e templo (ut confusio caveatur) idem servetur ordo, sed inversus, ut primi exeant, qui novissimi subierant.

Vide R 86/A; supra, p. 142 adn. 6.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Sabbatho ad vesperam post litterarias exercitationes scholae omnes ad Beatae Virginis litanias cogantur in templum, si capax omnium sit; sin minus, in sua quisque classe magister eas curet recitandas. Qui frequenter etiam pro re oblata collaudet assiduos in audiendis concionibus; et ad eas bis in hebdomada suos mittat in Quadragesima, [97*v*] aliquando etiam eos ducat ispe modeste apteque dispositos, huic rei si nihil obstiterit.

[6] Ad religiosam nullam familiam, multo minus ad nostram, hortetur pueros[5]; neque id se cupere praeseferat; quin potius secum ultro volentes agere ea de re, prudenter ad confessarium remittat. Ad congregationem autem Beatae Mariae Annuntiatae[6] praeceptor eos, quos idoneos ac propensos ad eam rem viderit, hortari poterit privatim; publice vero nequaquam, nisi id magno cum fructu, nulloque incommodo fieri queat.

[7] Non patiatur pueros, dum versantur in schola, vagari quo velint; nec aliis munuscula, schedasve mittere; nec in scholam afferre quicquam, quod turbae, periculi, suspicionis aliquid habere videatur; nec schola egredi, nisi necessitas cogat; ac tunc non nisi singulos; atque ita ut non mittatur alter, nisi prior reverterit; nec e schola quenquam evocari, nisi forsan a congregationis praefecto, vel a confessario; idque prima ferme scholarum hora, admonito tamen magistro. [98*r*]

[8] Ut quaeque decuria propius sedet ad scholae ianuam, et ut quaeque schola propinquior est gymnasii portis, ita primae exeant ex praescripto praefecti vel magistri, qui non descendet e suggestu, priusquam omnes schola egressos viderit.

[9] Nonnullos habeat, qui suorum auditorum domos sciant, perque eos internuntios (spectatae tamen integritatis et fidei) inquirat de reliquorum moribus, et cur aliquando ab schola abfuerint[7]. Neque enim temere causae, quae afferuntur a pueris, probandae, nisi ab aliquo suorum confirmentur aut coram aut misso chirographo, quod suspectum non sit.

[10] Qui sine causa plures dies abfuerint ab schola, in eam postea non recipiantur, nisi iussu praefecti. Qui vero semel aut iterum aut certe non crebro, graviter plectantur. Et quot abfuere diebus, loco compositionum, cum redierint, ferant in scholam totidem, immo duplo plures authoris praelectiones e latino in vernaculum conversas.

Ex usu quoque est, ut magister alternis fere [98*v*] mensibus cum negligentiorum aut periculosiorum parentibus, aliisve, in quorum tutela sunt, colloquatur, ut scilicet eorum studiis moribusque prospiciant. Id quod etiam cum caeterorum discipulorum parentibus interdum fieri expedit, cum ea res magnopere et pueros contineat in officio, et eorum parentes magistro Societatique conciliet.

[11] Pauperibus, ut bene prospectum sit omnibus in rebus, strenuam det operam magister, ne ullus iure queri possit eos a nobis negligi atque contemni. Cum nobilibus etiam mitius agendum. Siquid tamen peccarint, plectendi non secus ac caeteri. Atque hi quidem consideant simul omnes, et in[f] melioribus subselliis, habita aetatis ratione. Ad scholam tamen superiorem, si idonei non sint, nullo modo provehendi, ne detrimentum in beneficio accipiant.

[12] Ne serio, nec ioco aliquem magister carpat, nec probrosa cognomina cuiquam imponat. Neque quid unius est vitium, toti generi aut sodalitati obiiciat. Proborum, eorum praesertim qui sunt e congregatione, rationem habeat, eosque, si caetera [99*r*] paria sint, tractet indulgentius; modo ne delictis eorum pareat, aut alat desidiam.

[13] Usitatis paenis plagarumque modo, qui a praefecto aliisve praepositis fuerit con-

---

[5] Qua de re cf. MP I 335 et II 65.
[6] De sodalitate B. Mariae V. cf. R 86/A *Stud. inf.* c. 10; supra, P. I p. 143 § 9.
[7] De syndico constituendo cf. MP I-IV 29 et passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

stitutus, noxios mulctet. Inusitata supplicia ad praefectum reiiciat. Ad eundem quoque referat, siquid animadvertendum in eos, qui domi peccarunt. Neque enim delicta domi patrata facile in scholis punienda, ne nostros magistros domesticorum impetus abripiat. Puniat autem per correctorem, ubi est. Sin desit, a pugnis tamen ipse, a colaphis, ab alapis abstineat omnino.

[14] Nec in puniendo praeceps, nec in inquirendo nimius sit. Dissimulet, quae sine scholae et cuiusque damno dissimulari possunt. Aliis honoris dedecorisque stimulis utatur frequentius quam flagello. Cum vero id, quantumvis modice, agendum est, ita verbis rem exaggeret, ut scuticae metus atque opinio apud pueros (etiam cum cessatur a scutica) plurimum valeat, et vel levissimus ictus magnae ignominiae loco ducatur. [99*v*]

[15] Si quis supplicium recuset, moderata vis afferri potest. Sin autem adolescens is sextum decimum annum excedat, accersatur praefectus; nec[g] ullo modo grandiores, si nolint, adigantur ad verbera[g]. Nec publice puniantur flagitia quaedam secretiora, sed privatim; aut si publice, aliae obtendantur caussae, et satis est eos, qui plectuntur, conscios esse causarum.

[16] Non patiatur magister suorum odia et simultates; nec aliquid armorum in area, multo minus in scholis. Ad praefectum etiam sua sponte referat, si quid in schola gravius acciderit; etiam si turbarum quicquid fuerit, ab ipsomet compositum iam sublatumque sit.

17] Siquis interdum quidpiam aut ignorarit aut peccaverit, ad id discendum in inferiorem classem ordinemve non trudatur. Sin crebro atque admodum negligens ac segnis fuerit, admonito praefecto et re ipsa per examen explorata, ad inferiorem locum deiici potest.

[18] Iniussu praefecti discipulorum nullum aut in schola admittat, aut admissum eiiciat. Nec locorum [100*r*] quae singulis ad sedendum sub studiorum instauratione praefectus assignabit, eo inconsulto commutationem magnam imperet.

[19] Cum extra scholam agit cum pueris, nec eos diu sinat esse operto capite, nec de aliis agat, quam de seriis. Idque eo loco modoque, qui caeteris merito displicere non possit; nec eorum alat familiaritatem; quam primum potius ab iis se expediat.

[20] Nec ad publica spectacula ac ludos, nec ad personam ullam in externorum theatris agendam, nec ad supplicia reorum (nisi forsan haereticorum), nec ad singulare et inusitatum aliquid pueros dimittat magister, nisi a rectore sive a praeposito provinciali pro variis gentium moribus constitutum fuerit expedire. Sed nec ad publicas (nisi iubilaeo praescribantur) processiones mittat. Earum tamen loco in unaquaque classe litaniae recitentur paulo ante finem scholarum.

[21] Suos quilibet magister censores et publicos et privatos, et unum censorem maximum habeat; per quos in aliorum mores inquirat[7].

[22] Nullam in rem pro schola sumptum facere[h] pueros patiatur. Nec eorum utatur opera in describendo aut in aliis, quae ad ipsorum utilitatem et usitatas scholae exercitationes non pertineant. Nec inconsulto rectore externis paedagogum aliamve, qui apud eos domi commoretur, proponat.

[23] In qualibet classe suspensa ad parietem tabella palam omnibus expositae sint regulae[i] a discipulis observandae; quas publice legi iubeat singulis fere mensibus. — Finis[j].

Laus Deo ac Beatae Mariae[j]

---

[a] ms. 14 / [b] in *del.* eadem; *sup, m. Tucci* pleraque / [c] Deinde ... senserint *in marg.* / [d] audiendis *in marg. m. Tucci* / [e] aut *del.* ad / [f] in *sup. m. Tucci* / [g] nec ... verbera *in marg. m. Tucci* / [h] facere *del.* Patiatur / [i] regulae *del.* observa / [j] Finis ... Mariae *m.Tucci.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

RATIO ATQ. INSTITVTIO STVDIORVM.



BIBLIOTECA NAZ
ROMA

ROMAE,
In Collegio Societatis Iesu Anno Dñi
M.D.XCI.

Cum facultate Superiorum.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

RATIO
ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM S. I.

1591

Pars prior

Ordo et praxis studiorum

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Lectori salutem

De omni studiorum nostrorum ratione quaecunque sex deputati patres in conventu Romae habito ante annos circiter octo disseruere[1], ea primum in universam Societatem dimissa[2], et ab omnium provinciarum doctoribus nostris diligenter diiudicata sunt. Deinde quae in provinciis observata atque animadversa fuerunt[3], ea praecipui doctores Collegii Romani cum deputatorum patrum tribus, qui in hunc usum in Urbe retenti fuerant[4], sedulo recognovere. Denique omnibus, quae aut in Urbe, aut in provinciis acta fuerant, accurate perpensis, R.P. Praepositus Generalis Claudius Aquaviva ex patrum assistentium consilio ea, quae e re litteraria nostrorum esse maxime visa sunt, censuit approbanda. Verum quoniam ea pars, quae opinionum delectum censuramque continet, nunc edi mittique non potuit (mittenda tamen propediem speratur)[5], idcirco data opera est, ut altera saltem pars, quae studiorum ordinem ac praxim instituit, mitteretur, in mores inducenda per omnem Societatem.

Itaque rectores ac praepositi provinciales serio et graviter incumbant, ut haec tota ratio atque praescriptio diligenter a nostris ubique servetur, abrogatis omnibus aliis, quae unquam constituta fuerint, si repugnent his regulis. Caeterum cum novis semper institutionibus maius firmitatis pondus ab experimento soleat accedere, idcirco placuit eo consilio [v] nunc primum publicari, et in nostrarum scholarum usum adhiberi hanc studiorum rationem, ut si qua in hisce regulis quotidianus ipse usus docuerit, emolumenti minus quam speratum fuerat, habitura, notentur haud segniter in singulis provinciis; tametsi non multa sane huiusmodi futura putandum sit, quoniam difficultates, quae in hoc toto genere propositae fuerant a provinciis, Romae graviter ac strenue versatae retractataeque sunt, curatumque, ut tollerentur omnino, aut certe magna ex parte levarentur sive per communes, sive per proprias seorsim regulas. Quaecunque vero observata fuerint, post tres circiter annos Patri Praeposito Generali perscribantur[6], ut postquam eius iussu ab iis, a quibus oportuerit, omnia denuo recognita atque excussa fuerint, perpetua demum stabilitate firmentur.

---

[1] Nomina sex patrum, nec non quae ab eis Romae anno 1585 acta fuerant, habes supra, P. I (*Acta congregationis* ...) p. 3-4.

[2] Agitur de *Rat. stud. 1586*, quam videre est supra, P. I p. 41-162.

[3] Observationes provinciarum in Rat. stud. 1586 exhibentur in vol. VI MP.

[4] Romae retenti sunt ex commissionis sex patribus PP. Stephanus Tucci, Ioannes Azor et Gaspar Gonzales; de quibus cf. R 86/A *Acta congr.* adn. 10 11 et 15; supra, P. I p. 35.

[5] Pars speculativa (*De opinionum delectu*) missa est anno 1592; textum vide inferius, p. 314-29.

[6] Notata et observata in provinciis de *Rat. stud. 1591* (R 91) missa v. in MP VI.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE PRAEPOSITI PROVINCIALIS

1. Cum ex primariis Societatis nostrae ministeriis unum sit, universas, quae ab Instituto nostro non abhorreant, disciplinas in publicis academiis ita proximis tradere, ut inde ad Conditoris ac Redemptoris nostri cognitionem atque amorem excitentur[1], omni ope contendendum sibi putet praepositus provincialis, ut tam multiplici scholarum nostrarum labori fructus is, quem gratia nostrae vocationis exigit, abunde respondeat.

De Scripturis[2]

2. Ac primum operam ac diligentiam praecipuam collocet in excolendis promovendisque Scripturarum studiis. Magnam quoque rationem habeat eorum, qui in hac facultate illustranda strenue laborant. Hi namque cum linguarum peritia, eruditionis varietate, antiquitatis observatione, scholasticae munimento, aliisque praesidiis egeant, nisi modis omnibus subleventur, incitenturque, vix erunt, qui possint laboriosum hoc stadium decurrere[3]. [2]

3. Itaque sedulo perficiat, ut nostrorum auditorum frequentia, quanta fieri potest, sublatis ferme exceptionibus, haec lectio cohonestetur; et ut huius facultatis professor ea doctrinae, eloquentiae, ingenii, aliarumque rerum praestantia excellat, ut scientiae, quam tractat, existimationem et dignitatem sustentet atque amplificet[4].

4. Huiusmodi professores ne desint, alendi fovendique essent multo ante, quam ad docendum accedant, observatis iis, qui ad eam rem promptiores videntur et aptiores[4]. Frequenter itaque cum rectore, cum praefecto, cum theologiae professoribus agat, ut et ipsi eam cogitationem suscipiant, perspiciantque, quinam potissimum ex auditoribus ad hoc opus deligendi instituendique sint.

5. Ad haec, ut satis tempestive Scripturarum lectio nostris incipiat esse familiaris, praestare studeat, ut novitii, per id temporis, quod illis ad doctrinam christianam piumve aliud ediscendum concedi solet, mandent etiam memoriae Psalterium, Proverbia Salomonis et aliquid ex Novo Testamento[5].

De scholastica theologia[6]

6. Quadriennio absolvendus est theologiae cursus, idque a tribus professori-[3]bus, ubi vel id exigit collegii fundatio, vel certe ubi praepositus provincialis censuerit ad hunc numerum sustentandum suppetere et reditus, quos oportet, et professorum copiam ingenio plus quam mediocri, et eam coeli salubritatem, firmamque nostrorum auditorum valetudinem, quae quotidianis quattuor lectionibus, tribus quidem scholasticae theologiae, et una Scripturae non gravetur.

7. Ubi vero harum rerum opportunitatem desiderari cognoscet, duos constituat profes-

---

[1] Cf. *Const.* P. IV *Prooem.* et P. X n. 3; MI *Const.* III 99 et 271-72.
[2] De S. Scripturis v. ea, quae habentur in Rat. 86/A et B; supra, P. I et II, p. 43-47 et 163-66.
[3] Vide R 86/B (*De Scripturis*) c. I; supra, p. 163-64.
[4] Vide *ib.* c. II n. 4; supra, p. 164.
[5] Vide *ib.* n. 6; p. 165.
[6] De scholastica theologia v. R 86/A et B; supra, P. I et II p. 48-85 et 166-74.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sores[7], qui quadriennio totam decurrant theologiam; materias autem, quae in conscientiae casibus positae sunt[8], nec plus amplificent, quam graviores res aliae patientur; nec omittant penitus, sed in aliquot conclusiones una aut altera auctoritate probandas summatim redigant ac dictent.

8. Sin ad id praestandum hi duo professores paratam iam non habeant supellectilem, aut tantum temporis theologicis disputationibus subtrahere non possint, quaerat extraordinarium scholasticae magistrum, qui toto biennio nihil aliud explicet, quam moralem theologiam; hoc est, amplectentem eas casuum materias, quae in theologicarum quaestionum catalogo sub finem quarti generis indicantur[9].

9. Id si fiat, auditorum theologorum una dimidia pars audiat biennio hunc extraordinarium professorem, altera vero Scripturam. [4] Quod si eorum numerus minus fuerit copiosus, quam ut commode dividi possit duas in partes, Scripturae interpres et extraordinarius professor alternis toto quadriennio diebus doceant, et audiantur ab universis theologis[10].

10. Praepositi autem provincialis erit perspicere, an unus atque idem professor sustinendo huic utrique oneri tam Scripturae, quam extraordinariae lectionis par esse possit, cum alternatim explicantur. Quod si utrumque non sustineat, quibus vacabit diebus, comparare sibi poterit in omnem theologiam praelectiones; quas, si quando fuerit opus, publice ut ordinarius professor habeat[10].

11. Porro sicubi haec difficiliora provincialis iudicarit, quam ut successura confidat, constituat ex theologiae doctoribus aliquem, quantae maximae auctoritatis haberi poterit, etiam si studiorum praefectus esset, ut tertia et sexta feriis per totum quadriennium a prandio, extrema scholarum hora, in amplissimo, quod fuerit, gymnasio, aut in templo, quo celebrior auditorum frequentia conveniat, omnibus theologis (his enim diebus Scripturae explicationi supersedendum esset) casuum conscientiae materias superius memoratas explicet graviter et distincte per aliquas conclusiones, quas uno aut altero fundamento confirmet[10].

12. Caeterum, ubi nihil horum commode praestari posse cognoverit, ne theologiae audito-[5]res rerum tam utilium ac potius necessariarum scientia careant, faciendum omnino est, ut audiant biennio casuum professorem; eum scilicet, qui sortitus fuerit eas materias enarrandas, quas theologiae professores praetereunt iuxta ea, quae in casuum professoris regulis habentur[10].

De gradibus baccalaureatus, magisterii et doctoratus[11]

13. Det operam, ut ne externi quidem actus, per quos ad doctoratum seu magisterium perveniri solet, inchoent, nisi peracto philosophiae triennio vel quadriennio theologiae; et illi quidem dimidius annus, huic autem biennium adiiciendum est, quo et celebrentur actus et gradus suscipiantur[12] (Par. 4 c. 15 §2)[13].

14. In iis, qui ad gradus promovendi sunt, examinis et actuum ratio servetur, quae in studiorum praefecti regulis habetur[14], ubi severior alia praescripta non fuerit ex instituto et

---

[7] Utrum duo aut tres professores theologiae constituendi sint, plura argumenta pro utraque parte exhibentur in R 86/B; v. supra, P. II p. 166-69.

[8] Vide *Reg. prof. cas. consc.* n. 2-4; infra, p. 277.

[9] Vide *Catalogus quaestionum ... ;* inferius, p. 275-76.

[10] Vide R 86/B *De schol. theol.* c. I; supra, p. 163-64.

[11] De gradibus academicis cf. R 86/A *De schol. theol.* c. X; supra, p. 80-85.

[12] Vide *ib.* n. 2; p. 82.

[13] Vide MP I 301 303.

[14] Vide *Reg. praef. st. sup.* reg. 13-20 et 45-53; inferius, p. 250-51.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

fundatione academiae, nec novam, licet meliorem, introduci posse speretur.

15. Quod vero pertinet ad caeremonias, serventur etiam, quae in iisdem regulis positae sunt[14]; tametsi in iis academiis, in quibus habemus externos professores collegas, aliorum ritum et academiae leges sequi nostros oporteat.

16. In aliis etiam academiis, quae pleno iure [6] nostris subsunt, quamvis caeremoniae, si quae longo iam usu receptae sint, ac fere non dedeceant, retinendae videantur; et in solemnitatibus, munusculis, sumptibus, caeterisque huiusmodi mediocria quaedam externis de more patriae permitti possint. Nostris tamen non debet licere quicquam eorum, quae non bene conveniant cum Constitutionibus (Par. 4 c. 15 F)[15].

17. In his itaque promotor, si noster est, violacea cappa non utatur, nisi forsan epomide, quae haud multo sit aliis prolixior. Rectori autem academiae, si plus aliquid videbitur tribuendum, haud quaquam magnificentius sit, quam religiosa simplicitas ferat.

18. Chirothecae aliave dona nostris doctoribus non distribuantur; nam externis, dummodo moderata sint, solent esse pars quaedam stipendii. Nec ullos nostri ad hanc celebritatem per se ipsos invitent; invitent, quos volent, promovendi, sed per bidellum.

19. Convivia tollantur penitus[16]; vix enim modum legemque patiuntur ullam. Sin tolli nequeunt, ad id, quod minime indecorum sit, severe redigantur, nec his intersint nostri, nisi id praeceptor et promotor declinare non poterunt.

20. Nostri ad magisterium vel doctoratum promovendi essent, cum docturi sunt philosophiam aut theologiam, ob maiorem auctori-[7]tatem[17]; quin etiam paucos alios oporteret esse promotos, qui vel subsidio esse possint aegrotantibus doctoribus; vel designantur, ut aliquando doceant; non enim pridie fere antequam quis doceat, decet doctorem fieri.

21. Ea vero de re, quoties usus fuerit, praepositus generalis consulendus est; a quo etiam quaerendum, an nonnullis in provinciis, ubi graduum ordo in considendo servatur, humanitatis ac rhetoricae magistri gradu aliquo insigniendi sint[18].

22. Insignia vero nostrorum, qui promoventur, essent moderanda, et satis esse possent fila illa serica, quae ponuntur in medio pilei, de quibus Congregatio prima can. 19[19], vel epomides, sicubi sunt in usu[20].

De casibus conscientiae[21]

23. Duos in primariis collegiis casuum professores constituat, qui partito onere universas id genus materias explicent biennio. Ubi duo non possunt haberi, praelegat unus, servatis iis, quae statuuntur in regulis professoris casuum[22]. Dum vero ea lectio domi repetitur, ad eam (nisi suam seorsim collationem habere magis expediat iudicio superioris) conveniant omnes etiam sacerdotes, qui in eo collegio, licet auditores non sint, sunt tamen publici con-[8]fessarii. Accedant autem parati, ut interrogentur et interrogent.

24. Ubi nulla est publica casuum lectio, sacerdotes nostri tam in collegiis, quam in domibus bis aut semel in hebdomada conveniant ad habendam inter se de casibus collationem aliquo praeside, qui prudenter ac tuto possit hanc provinciam sustinere[23].

---

[15] Vide MP I 307.
[16] De conviviis cf. MP III 145 IV 395 et R 86/A *De schol. theol.* c. X n. 10; supra, p. 84.
[17] Vide *ib.* n. 11.
[18] Cf. R 86/B *De stud. inf.* c. I; supra, p. 178-81.
[19] Vide MP III 7-8 n. 52.
[20] Cf. R 86/A *De schol. theol.* c. X n. 11; supra, p. 84.
[21] De cas. consc. cf. R 86/A; p. 88-93.
[22] Vide *Reg. prof. cas. consc.* reg. 10 et 11; inferius, p. 277.
[23] Vide R 86/A *De cas. consc.* n. 9; supra, p. 92.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

25. Ab hac collatione, praeter theologiae professores, aliosque patres praesidi suppares, qui mutuis horam extraherent contentionibus, nulli praeterea sacerdotes, qui ex professo, vel interdum confessiones audiunt, eximantur[23]; imo curandum est, ut ipsi etiam superiores, quoad commode fieri potest, interesse studeant; magistri etiam scholarum, nisi nimium gravarentur. Hac enim exercitatione nisi vel audita recolant, vel nova etiam addiscant, magnopere verendum est, ne in multis, quae sui muneris sunt, perinepte, aut etiam perperam se gerant[23].

De lingua hebraica[24]

26. Ad maiorem huius linguae auctoritatem, e re fuerit, ut eam, si calleat et commode possit, doceat Sacrae Scripturae professor; qui non paucos ad hoc studium alliciet, si quem Scripturae librum latine enarrat theologis, eundem hebraeis auditoribus interpretetur ex hebraeo textu. [9]

27. Id si fieri non poterit, faciendum tamen, ut hebraeus professor sit et theologus, cum in divinis versetur oraculis; et linguae chaldaicae ac syriacae non ignarus, cum ex his linguis pleraque in libris canonicis sparsim habeantur; et linguae graecae peritus propter Testamentum Novum et Veteris versionem a septuaginta interpretibus editam. Tandem sit tam industrius ac dexter, eaque doctrinarum varietate praeditus, ut insuavia, aspera, peregrina aliaque id genus multa, quibus huius linguae studium nonnullis laborare videtur, doctoris praestantia leniantur[25].

28. Ab hac lectione audienda nulli (nisi qui forte penitus inepti censerentur) videntur eximendi; alioquin magistrorum, qui hebraeae scholae praefici possint, inopia maiori laborabimus in dies.

29. Cum rectore deliberet provincialis, quinam ante, qui post artium et theologiae studium ad hebraeas litteras addiscendas idonei sint. Et quamvis ordinarie ad eam linguam audiendam, qui in secundo theologiae anno versantur, videantur admittendi[26], dispensari tamen potest cum nonnullis, qui fidei firmitate et humilitate praestent, ut huius linguae studia capessant multo antea, prout ad maiorem Dei gloriam visum fuerit; tametsi his studiis maxime opportunum sit biennium illud, quod repetendae theologiae praescribitur. [10]

30. Si secundo theologiae anno hanc linguam didicerint in schola, tertio deinde anno, quae didicerint, domesticae academiae praesidio confirment, praesertim qui aptiores et ad eam propensiores videbuntur; ex quibus aliqui semper, qui eam postea publice profiteantur, designandi instituendique essent.

De philosophia[27]

31. Philosophiae professores (nisi necessitas aliud exigat) oportet esse theologos, ut eorum doctrina tutior, gravior, uberior esse possit, magisque theologiae deserviat[28].

32. In primariis collegiis quotannis unus philosophiae cursus absolvendus et inchoandus alter. Id si praestari nequierit, praestetur quod poterit. Triennio quoque philosophiae cursus praelegatur, et sequenti semestri repetatur. Nec uspiam logicae compendium ad finem aestatis in classe rhetoricae exponatur audituris philosophiam, sed initio philosophici triennii reservetur[29].

---

[24] De lingua hebraica cf. R 86/A et B; supra, p. 93-94 et 175-76.
[25] Vide R 86/B *De ling. hebr.* n. 2; supra, p. 175.
[26] Vide *ib.* n. 1; supra, p. 93-94.
[27] De philosophia cf. R 86/A; supra, p. 95-108.
[28] Vide *ib.* n. 10; supra, p. 101.
[29] Vide *ib.* n.14; supra, p. 103.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

33. Nostri ad philosophiam audiendam non admittantur, nisi post unum saltem annum in humanitate consumptum, et in rhetorica alterum, si grandiores sint, ex quibus haud magnus in hisce rebus fructus exspectari queat; nam caeteri biennio detineantur in rhetori-[11]ca; aut, si quorum patiatur aetas et egregii sperentur progressus, neque id ipsis molestum sit, triennio etiam[30].

34. Cum nostris etiam alumnis aut convictoribus agendum est, quoad eius fieri poterit, ut vel annum audiant rhetoricam, antequam philosophiam aggrediantur, eorumque parentibus, quantum id expediat, demonstrandum. Cum caeteris quoque externis id tentandum; paulo tamen mitius, praesertim cum grandioribus; nec tamen eiiciendi, si nolint acquiescere. Siqui tamen adhuc plane pueri ad philosophiam velint accedere, ex quibus perturbatio potius timeatur, posset cum iis agi, quod de illis, qui nollent promissione obligari, vel nomina in matriculam referenda dare, praescribunt Constitutiones (Par. 4 c. 17 D)[31].

35. In examine, quo diiudicandum est, quinam ex nostris ad philosophiam audiendam admittendi sint[32], siquos sive ex ingenii tarditate sive ex aetate iam provecta parum profecturos in philosophia compertum fuerit, ii statim ad audiendos casus mittantur; sed post auditam logicae summulam, non publice tamen, sed privatim ante studiorum renovationem.

36. Qui vero non leve specimen ingenii ediderint, nec parvam de se spem fecerint, philosophiam aggrediantur, sed sub paschales ferias rursus examinandi; et quicumque nihilo minus quam mediocrem in philosophia progressum factu-[12]ri videbuntur, in ea pergere toto triennio iubeantur. Contra vero ab ea mediocritate qui abfuerint, mittantur ad casus statim, sive quando opportunius videbitur. Quod si linguam latinam bene teneant, eam ut docere velint, curandum.

37. Si qui tamen dubii plane fuerint, et de eorum fructu nihil certo, nec valde probabiliter statui possit, pergant totum annum; deque illis repetito ad septembrem examine, iudicium ultimum feratur.

38. Fiat examen (nisi obstet multitudo) simul omnium; cui si qui ex ineptis ultro nolint exponi, non exponantur; eoque ipso inepti esse intelligantur. Universi porro quicunque amovendi sunt ab incaepto philosophiae studio, quam suavissime fieri potest, amoveantur.

39. Verumtamen si qui non multo minus quam mediocri essent ingenio, magnam vero prae se ferrent indolem ad regendum, vel ad concionandum, non viderentur arcendi a philosophiae et theologiae studio[33], nisi magna apparet inaequalitas, quae nostrorum tranquillitatem valde perturbat, cum praesertim eos imprimis, qui concionatores aut superiores futuri sunt, oporteat in humilitate fundari, et paratos esse ad desistendum a studiis, cum oportuerit.[13]

De philosophia morali[34]

40. Constituat praepositus provincialis et philosophiae moralis professorem, qui semestri tempore libros *Ethicorum* Aristotelis explicet iis philosophis, qui post triennium (nisi ubi moris esset, ut a philosophici cursus professore, et in ipsomet cursu ethica praelegantur) repetendae philosophiae, eiusque actibus celebrandis vacant per sex menses.

---

[30] Vide *ib.* n. 4; supra, p. 98.
[31] Vide MP I 317 319.
[32] Vide R 86/A *De st. phil.* n. 3; supra, p. 97.
[33] Vide *ib.* n. 2; supra, p. 96.
[34] De phil. morali cf. *ib.* n. 13; p. 102.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De mathematicis[35]

41. Altero eiusdem anni semestri spatio ex iisdem philosophis domi fiat academia rerum mathematicarum, quas navus aliquis ac bene peritus professor bis quotidie explicabit nostris; quibus severe interdicendum, ne caeteris ullis tunc studiis implicentur, sed mathematicis audiendis, repetendis, disputandis se totos tradant. Fiat in his quanto amplior fieri potest progressus iuxta P. Clavii compendium[36]; et qui magnopere profecerint, nec ab ea re alieno sint animo, dicentur huic studio tam privatis academiis frequenter amplificando, quam publice, quando opus fuerit, profitendo.

42. Audiant et secundo philosophiae anno philosophi omnes in schola tribus circiter horae quadrantibus a prandio mathematicam prae-[14]lectionem ex elementis Euclidis; in quibus postquam per duos menses aliquantisper versati fuerint, ita dividatur praelectionis tempus, ut aliquid Euclidi, aliquid vero Geographiae vel Sphaerae, aliisve, quae libenter audiri solent, tribuatur[37].

43. Ubi commode fieri poterit, vel diversis horis professor idem, vel eadem hora professores duo binas quotidie lectiones publicas habeant, quibus mathematicum quoddam curriculum a Patre Clavio scribendum[38] explicent duobus annis; priori quidem physicis, posteriori autem metaphysicis; tametsi ad hunc posteriorem nostri nec compellendi, nec admittendi sint, nisi quibus id postulantibus superiores concesserint.

44. Severissime caveant, qui praesunt, ne philosophi professores inter docendum aut alibi mathematicorum dignitatem elevent, neve eorum refellant sententias, ut de epicyclis; fit enim saepe, ut qui minus ista novit, his magis detrahat.

Tempora scholasticarum exercitationum aut vacationum

45. Quilibet in sua provincia praepositus provincialis cum suis deliberet, quibusnam toto anno horis surgendum, prandendum, coenandum, cubandum et in-[15]choandae finiendaeque scholae sint[39]. Quod autem prudenter ac recte constituendum fuerit, in eo constanter perseverandum.

46. Ut certi statique sint dies festi, quorum numerum minui magis, quam augeri oporteat[40]; eorum catalogum conficiendum curet iuxta suae regionis ritum, ut omnibus compertum esse possit, quibus diebus a scholarum opere cessandum sit.

47. Singulis mensibus generales tam philosophorum quam theologorum disputationes, ubi sunt in usu, tueatur; aut sedulo curet, ut sint, si citra offensionem poterunt introduci; caeteroquin regioni consuetudini serviendum.

48. Curet, ut superiorum etiam facultatum professores doceant his diebus:[41] in anniversario Defunctorum a prandio; statim post festum sanctorum Innocentium; feria sexta et sabbatho Sexagesimae; feria quarta Cinerum a prandio; Hebdomadae Sanctae feria secunda et tertia, mane etiam quartae; post Pascha feria quinta et sequentibus, et ubi moris est, etiam quarta; mane vigiliarum (nisi ubi id scandalo foret) Natalis et Pentecostes; saltem ut post paulo breviorem lectionem aliquid piae cohortationis subiiciatur. [16]

49. Ubi sunt in usu studiorum remissiones a prandio, italis philosophis ac theologis consuetae ineunte iulio, propter caloris vehementiam (quo tempore scholasticae theologiae

---

[35] De mathematicis cf. R 86/A et B; supra, p. 109-10 et 177.
[36] Vide R 86/A *De mathem.* adn. 3; supra, p. 110.
[37] Vide R 86/B *De mathem.;* supra, p. 177.
[38] *Ordo servandus* ... P. Clavii lucem videbit in MP VI.
[39] Cf. R 86/A *Stud. inf.* (c. *Gen. distr. hor.*); supra, p. 156-58.
[40] Vide R 86/A *De schol. theol.* c. IX n. 1; supra, p. 79.
[41] Vide *ib.* n. 2; p. 79-80.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

professores alternis diebus praelegunt) non committat provincialis, ut qui his remissionibus pomeridianis interquieverint, post eas vacent toto die, nisi per sesquimensem. Desinant itaque ad finem augusti et sub festum S. Lucae redeant ad scholas, nisi id alicubi valde incommodum esse, res ipsa docuisset[42].

50. Huiusmodi vero remissiones non introducantur, ubi non sunt; sed vacetur duobus mensibus; minus etiam, si minus est consuetum propter mitiorem coeli temperiem. Nec intra annum plurium dierum vacationes ullae, ubi non sunt, inducantur; nec ubi sunt, longius extrahantur.

51. Et quamvis citius tardiusve anniversarias vacationes finiri et studia repeti, diversis locis postulare soleat vel vetus academiae publicae mos, vel coeli inclementia vel regionum consuetudo, universe tamen conandum, ne sub anni finem nostri ultra sesquimensem vel duos menses praelectionibus destituantur[42].

52. Operam det provincialis, ut singulis hebdomadibus dies unus recreationis integer, si est in usu, servetur[43]; ubi vero solum a prandio vacatur, nihil adiiciatur, nisi fortassis dies integer singulis aestivis mensibus; nec uspiam heb-[17]domadariae vacationis dies interponatur, cum festum unum (in quamcumque feriam cadat) est in hebdomada.

53. Eius tamen vacationis loco, ut valetudini consulatur, in festo moderatus aliquis lusus, seu deambulatio, aliudve huius generis a prandio nostris indulgendum est. Sin haec citra offensionem non liceant, nisi in quartam vel quintam feriam incidat festum, interponatur vacationis dies.

De praefecto studiorum eo praesertim qui facultatibus superioribus praeest

54. Serio et graviter agat cum rectore, ut studiorum praefecto quanto plus potest suae potestatis impertiat in rebus litterariis moderandis; ex eo namque fiet, ut et ipse magis expedite in alias curas adiicere animum possit, et praefectus liberius atque alacrius suo munere perfungatur, et caeteri illum magis vereantur et colant.

55. Praefecto studiorum subesse atque obtemperare iubeat non modo nostros omnes tam auditores quam professores, qui in collegiis nostris agunt; sed etiam praefectos ac repetitores omnes, qui in convictorum alumnorumque degunt collegiis seu seminariis; quorum omnis ratio studendi, repetendi, disputan-[18]di, et quidquid ad litterarias pertinet exercitationes, pendere debet ex praescripto generalis praefecti, qui eo munere fungitur in primario nostrorum collegio.

56. Verum si primarii huius collegii rectori alia collegia seu seminaria non pareant, quaecunque ad eorum studia moderanda proprie ac seorsim pertinent, praefectus non ad suum rectorem, sed ad praepositum provincialem referat.

De inferioribus studiis hoc est grammaticae, humanitatis et rhetoricae[44] Ratio ac numerus classium et professorum

57. Vix certo constitui potest universe, an expediat, nostrorum, qui litteris vacant, seminaria singulis provinciis propria ita separare, ut in aliquo collegio floreant studia humanitatis, in alio philosophiae et theologiae[45]. Quocirca cum huius rei inciderit deliberatio, ad P. Generalem referatur.

58. De erudiendis abecedariis sedulo servetur, quod in Constitutionibus habetur his

---

42 Vide *ib.* n. 4; p. 80.
43 Vide *ib.* n. 3.
44 De studiis humanitatis v. R 86/A et B; supra, p.111-58 et 178-228.
45 Cf. R 86/A *Stud. inf.* c. I; supra, p. 113-15.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

verbis: «In legendo et scribendo alios instituere opus etiam charitatis esset, si is personarum numerus Societati suppeteret, ut omnibus vacare posset; propter earum tamen penuriam [19] hoc ordinarie docere non consuevimus» (P. 4 c. 12 E)[46].

59. In caeteris etiam classibus, quas admittere solemus, admittendis prospiciatur, ut quam minimo fieri potest earum numero gravetur Societas. Ordinarie tamen quinque solent esse[47]; sed ubi quinque non sunt, videatur, an obtineri possit, ut altiores potius retineantur scholae, sublata infima; nec in gymnasium admittantur, qui rudimenta et syntaxeos introductionem non bene teneant, nisi alicubi aliud iudicet provincialis.

60. Ubi ingens affluit auditorum multitudo, consideret, an aliqua classis dividenda sit in duas; et si in duas, in ambasne uniusmodi, an in duos ordines divisas propter magnam discipulorum inaequalitatem[47]; non tamen multiplicet praeceptores Generali inconsulto. Deliberet etiam, an aliqua classis, ut rhetoricae, duos requirat professores; quamvis enim unus satis sit, cum quaternis quotidie horis in ea doceatur, sicut ordinarie docendum est; ubi tamen doceri solet quinque horis, videat, an professor, penes quem totius scholae administratio est, per adiutorem aliquem unius lectionis onere levandus sit.

Qua utendum grammatica[48]

61. Aequum est, nostris in scholis non aliam, quam P. Emmanuelis Alvari [20] grammaticam exponi[49]. Quod si quotidianis fere experimentis compererit praepositus provincialis illam accuratioris esse methodi, quam in sua provincia ferat puerorum captus, licebit aut uti Emmanuele in romanam methodum nuperrime redacto[50], aut consulto praeposito generali illam alia quapiam ratione suorum consuetudini et ingeniis adaptare, salva tamen ipsa vi ac proprietate omnium praeceptorum Emmanuelis.

Magistrorum delectus et institutio[51]

62. Omni ope contendat, ut quotcunque potest, perpetuos habeat magistros[52]; hi namque et utilius docent, et plus habent auctoritatis; et liberant nos ab incommodis, quae novis magistris oriuntur[53].

63. Quod si ex iis, qui sponte hisce se scholis in perpetuum addixere, nonnulli aut defatigatione aut docendi satietate minus strenuos in suo se munere praebeant,vacent uno alterove anno; et postquam vires refecerint, redeant ad scholas, si fructuosum id esse speretur; sin minus, theologiae aut conscientiae casibus studeant, fiantque legitimo tempore sacerdotes, neque serius, quam si non docuissent, ne sint deterioris conditionis, quam alii.

64. Ex iis, qui ad Societatem se conferunt, si quos nactus fuerit, qui per aetatem et ingenium [21] non magnos in gravioribus studiis processus facturi viderentur, eos (cum id sine vocationis periculo fieri potest) priusquam in Societatem admittat, benigne et comiter adhortetur, ut velint et apud se statuant perpetuo, aut quoad superioribus videatur, pueros docere; aperte tamen ac disertis verbis praemoneat et hoc docendae grammaticae munus magis utile esse quam speciosum, et ipsos hac conditione in nostrorum numerum cooptari[52].

65. Hac lege qui allecti fuerint, intelligant licitum sibi non fore ab ea deinde discedere.

---

46 Vide MP I 285.
47 Cf. *Const.* P. IV c. 13 litt. B; MP I 289.
48 Cf. R 86/A et B *Stud. inf.* c. III; supra, p. 120-24.
49 De grammatica latina E. Álvares S.I. cf. R 86/A *Stud. inf.* c. III; supra, p. 121 adn. 3.
50 De romana huius grammaticae editione v. *ib.*adn. 11; p. 123.
51 Vide R 86/B *Stud. inf.* c. II; supra, p. 181-86.
52 De magistris perpetuis constituendis cf. *ib.* n. 4; p. 184-85.
53 Cf. *ib.* n.3; p. 183-84.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quod ne vanum sit, neve defugiendi muneris causae quaerantur, iniussu praepositi Generalis ad alia officia ne transferantur, ut difficultas rei consequendae eos a tentandi voluntate deterreat.

66. Magistri non perpetui ordinarie non minus triennio doceant[53], sed neque id temporis prorogandum, nisi permissu praepositi generalis; sed et illud magnopere caveant, qui praesunt, ne cum quis se strenue ac patienter gerit in docendo, suam hanc esse occasionem existiment, ut illum magis ac magis onerent, aut diutius in eo labore detineant; alioquin ne id sibi contingat, segnius alii atque oscitantius suo munere fungentur.

67. Ne magistri docendi rudes ad docendum accedant, et quae antea non didicerint, ea deinde discere cogantur cum auditorum damno nostraeque existimationis iactura, primarii [22] collegii, ex quo humaniorum litterarum et grammaticae magistri solent educi, rectori, studiorumque praefecto demandet quotannis sub aestivum solstitium, ut deligant unum aliquem docendi peritissimum, ad quem quotidie (praeter diem recreationis aut publicae disputationis metaphysicorum) per horam futuri doctores conveniant ad novum instituendi magisterium, idque vicissim praelegendo, scribendo, dictando, emendando, aliaque munia boni praeceptoris obeundo[54].

68. Ab hac exercitatione quotiescunque per aestates singulas redierit, nulli, qui indigeant eique non incommode vacare possint, eximantur; non rhetores, non casistae, non philosophi, non theologi, si docturi sunt; cum enim ad eos probe instituendos uno anno satis temporis non sit, ea institutio per plures annos iisdem inculcanda est; inde etiam fiet, ut quoties necessitas, praesertim tumultuaria coget, copia suppetat eorum, qui magistrum agere possint sine iis periculis, quibus patere solent rudes magistri.

69. Ad tuendam humaniorum studiorum auctoritatem, et conservandum magistrorum veluti seminarium quoddam, habere studeat in provincia binos, ut minimum, aut ternos humanioribus litteris et eloquentia praestantes[55]. Quod ita consequetur, si ex iis, qui ad haec studia idonei propensique sunt, ad ea subinde nonnullos dicare studeat, caeteris facultatibus sa-[23]tis excultos; quorum opera ac sedulitate bonorum professorum genus quoddam et tanquam seges ali ac propagari possit.

70. Iam vero scholis nostris admodum conducibile esset, nostros (nisi necessitas aut aliquorum praestans ingenium ac doctrina aliud exigat) initium docendi facere ab ea schola, qua uno saltem gradu superiores scientia sint[56]; et quotannis ad altiorem progredi cum magna parte auditorum suorum; praesertim in collegiis minoribus, in quibus magistrorum commutatio cum magnum momentum habeat, minus tamen sentietur, si notis iam magistris et magna aestimatione praeditis alii nec prorsus ignoti, nec sine aliquo bene docendi usu atque opinione succedant.

71. Enitendum porro, ut scholis nequaquam praeficiantur, qui vel philosophiam (si eam audituri sunt) nondum audierint[57], cum qui iam audierint, non desunt, vel aetate seu moribus leviores sint; facile namque vel vilescunt vel insolescunt, vel rebus noxiis implicantur.

Nullae exemptiones a docendi munere[58]

72. Eorum, qui philosophiae aut theologiae aliisve Societatis ministeriis vacaturi sunt, praepositus provincialis neminem, nisi permissu praepositi generalis a docendi munere

---

54 Vide *ib.* n. 6; p. 185-86.
55 De seminariis latinitatis, praesertim in Hispania institutis, cf. MP IV 231 et passim.
56 Cf. R 86/B *Stud. inf.* c. II n. 5; supra, p. 185.
57 Quae res valde agitata est a nostris; cf. R 86/A et B *Stud. inf.* c. II; supra, p.115-20 et 181-86.
58 Cf. *ib.* n. 1; supra, p.115 et 181.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

in classibus grammaticae vel humanitatis exi-[24]mat, ut omnis querelatum et aemulationum occasio praecidatur.

73. Etsi cum caetera paria sunt, docendae grammaticae partibus potius gravandi videntur caeteri, quam qui theologi iam sunt; non tamen hi penitus liberandi, si nunquam eam docuerunt, sive in Societate, sive extra studuerint theologiae.

74. Si quos provincialis in sua provincia habeat ex aliena missos studiorum caussa, ne iis quidem immunitatem dandam putet, ne vel ea inaequalitas offendat caeteros. Illos itaque suo tempore aut scholis ipse praeficiat, aut in suas remittat provincias ad docendum, aut ad alias, quae magistrorum indigeant.

75. Quod si qui eorum, qui nunquam docuere, post auditam philosophiam distributis iam scholis redundant, retinendi per annum videntur in classe rhetoricae aut humanitatis, ut in promptu id genus professores habeamus, sicubi opus sint. Annus autem, qui ita consumptus fuerit, quanquam in discendo potius, quam in docendo, aequum est, ut numeretur inter tres annos, quibus ab unoquoque docendum est.

76. Denique si hoc etiam adhibito remedio, adhuc abundaremus huiusmodi magistris, aut interdum theologiae seu philosophiae praeceptoribus egeremus, tum consulto praeposito generali locus esset aliquos eximendi; eximendi autem essent minime ambitiosi, quique [25] modestiae atque obedientiae studio caeteros anteirent, ut plane intelligatur ab omnibus hoc praemium virtutis, non ambitionis esse.

77. Quinimo, ne inter nostros pernitiosa ingeneretur opinio, ambitiosos et retractantes levari onere, modestos et obsequentes opprimi; nec deesse qui simulata imbecillitate, aut grammaticae litterarumque humaniorum inscitia, docendi onus detrectant, iubeat, si qui praetexerent inscitiam, erudiri publice aut privatim, quoad idonei sint ad docendum; eos autem, qui esse censerentur minus infirmis viribus, quam sibi ipsi videantur, aut scholae non magni laboris praeficiat, aut in classe rhetoricae, quoad dicant se convaluisse, detineat.

78. Quanta maxima etiam potest diligentia et, si oportuerit severitate caveat, ne ex consultoribus aut superioribus, aut ex senioribus ullus ita quorundam iuvenum indole atque ingenio delectetur; ita conciones, disputationes, caeteraque, quae ab illis geruntur, etiamsi mediocria, laudibus efferant, ut facile eiusmodi blanditiis non modo capiantur, sed etiam extollantur adolescentium animi, incipiantque maiora moliri studia, et ad profitendam philosophiam aut theologiam ita sensim ac tacite aspirare, ut grammaticae et humanitatis contemnant magisterium.

79. Ipsos etiam iuvenes, quos animadverterit, aut sponte, aut seniorum elatos gratia, aut [26] incitatos exemplo paucorum, qui alieno patrocinio ac deprecatione immunes a docendi iugo ad officia speciosiora promoti sunt, ipsos quoque inire velle viam illam, quam expeditam vident esse ad id, quod habent in votis, consequendum, ita coerceat ac frangat, ut persuasum omnibus sit Instituti nostri rationem, scholam esse humilitatis, non invidiae et ambitionis seminarium.

Quomodo conservandi praeceptores[59]

80. Curet diligentissime, ut salva religiosi instituti disciplina, praeceptorum conservet hilaritatem, et in ea putet posita esse praesidia omnia scholarum bene gerendarum; de quibus non optime mereri solent magistri, quamdiu amaro sunt animo, ut vix suo muneri satisfaciant.

81. Videat itaque, ne hoc nomine, quod humanitatem aut grammaticam doceant, ir-

[59] Fons huius partis est R 86/B *Stud. inf.* c. I; supra, p. 178-81.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rideantur ab aliis; quae res vulgo haec studia reddit odiosa, et multos alioquin bene animatos ab eis deterret tanquam probrosis; quamquam grammaticae et humanitatis magistri occasionem sui irridendi praebere non debent, exagitando philosophos ac theologos tanquam barbaros.

82. In collegiis praesertim minoribus, ope-[27]ram dabit, ut coadiutorum satis sit, ne eorum munera magistri obire cogantur, diebus praesertim, quibus docent, quo se commode parare possint; et satis fuerit dominico die tantum (nisi alius ipsis professoribus sit commodior) in huiusmodi eos ministeriis occupari. Potius auditores, aut etiam confessarii, si quando oporteret, onerandi essent.

83. Sua grammatici recreatione non careant semel in hebdomada vel per integrum diem, vel saltem pomeridianis horis, prout regionum usus tulerit; ad quam mittendi essent a superiore, sicut caeteri professores. Ea namque cura praepositorum mirifice exhilarat subditos, redditque alacres ad laborem.

Incitamenta studiorum[60]

84. Publica praemiorum distributio, par est, ut quotannis recurrat, nec dramata aequo diutius intermittantur; friget enim poesis sine theatro; modo ne labor ille multiplex in erudiendis actoribus, in varia veste sumptuque conquirendo, in extruendo theatro, aliisque scenicis actionibus, ferme totus incumbat in poetam, cum aequissimum sit illum aliorum, qui ab ipso dirigantur, opera levari. Neque vero quo loco drammata exhibentur, aditus sit mulieribus; neque ullus muliebris habitus, aut si forte necesse sit, nonni-[28]si decorus et gravis introducatur in scenam.

Vacationes et dies festi[61]

85. Vacationes ubi fere non sunt, non videntur introducendae, nisi moderatae, si sine offensione res fieri possit. Sicubi autem vacationes nequeant dari discipulis, certe magistris dari par est ad tempus aliquod, videlicet successores assignando.

86. Tam in vacationibus hebdomadariis, quam in aliis, quas vel omnibus provinciis nostris, vel earum quibusdam convenire iudicatum fuerit, constantia non minus inviolabiliter servetur, quam in plerisque externorum academiis cernitur, ut non levibus, sed maximis de causis, si quid immutandum est, immutetur, cum e nostri gymnasii dignitate non sit tam facile vacationis diem modo differri, modo anticipari.

87. Anniversarias rhetoricae vacationes, sive unus magister sit, sive plures, longiores uno mense esse non oportet. Ubi vero breviores dari solent, nequaquam prorogandae, modo ea de re ab aliqua universitate, vel a nostrorum praepositorum generalium ullo aliud constitutum non sit.

88. Vacet humanitatis classis tribus hebdomadis; prima grammaticae duabus, una tan-[29]tum reliquae, nisi ubi toto mense septembri vel octobri pro regionum varietate, vacare cogit omnes auditores necessitas redeundi ad patriam et quaerendi commeatus ac sumptus.

89. Quo tempore superiorum facultatum classes vacant, inferioribus a prandio semihora remittenda non est, nisi summis tantum caloribus, nec plus quam per mensem; reliquo autem tempore item ut caetero anno duas horas ac dimidiam quotidie doceatur, etiam a prandio.

90. Ne populus offendatur frequentia vacationum, toto anno quoties dies aliquis festus in hebdomadam incidat, nullus praeterea vacationis dies concedatur; sicut neque in hebdo-

---

[60] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. VII (*Incit. stud.*); supra, p. 200-06.
[61] Vide *ib.* c. XIII (*De vacat.*); supra, p. 223-24.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mada Paschatis et Pentecostes, cum diebus festis tribus satis feriatum sit.

91. Ferientur omnes classes tum mane tantum in die commemorationis Defunctorum, et in feria quarta Cinerum, tum vespere tantum in pervigilio Natalis Domini et Pentecostes, et in feria quarta maioris hebdomadae et in die recreationis hebdomadariae.

92. Vacetur etiam toto die tum tribus ultimis diebus maioris hebdomadae, tum in feria quinta sexagesimae, ubi mos est eum diem genio concedi, ne sine gravi causa dies vacationis suo moveatur loco. Sed feria secunda et [30] tertia Quinquagesimae, nisi aliter consuetum sit, doceatur.

Quaedam alia scholarum adiumenta

93. Domi latinae linguae usum strenue conservandum curet non a professoribus et auditoribus modo, sed in collegiis, praesertim quae nostrorum seminaria sunt, a superioribus etiam et a sacerdotibus omnibus, licet confessariis tantum[62].

94. Efficiat omnino, ne in primariis collegiis, in quibus numerus discipulorum copiosior esse solet, tam pauci sint confessarii, ut auditores plurium classium, aut unius omnes unum adire cogantur; cum praesertim aequum non sit minora collegia confessariis abundare, indigere primaria; aut si non indigent, illis tamen uti potius ad externos alios, quam ad nostros discipulos audiendos, cum id officii non minus his, quam illis et forte etiam his magis aut debeatur, aut utiliter impendatur[63].

95. Videat, an catechismus ex libello P. Canisii in sua etiam provincia commode possit exponi, ut cum reliqua Societate consentiat[64]. Verum sicubi libellus alius nihilominus utilis introductus iam sit, de mutatione non est magnopere laborandum.

96. Quoties in his regulis aliquid provin-[31]ciarum seu provincialium arbitrio relinquitur, ex illis leviora quaedam praefecto, paulo graviora rectori demandet, praecipua sibi reservet, modo nec a se nec ab illis sine peritorum et magistrorum consilio statuantur. Intelligat tamen hic non agi de iis, quae inconsulto praeposito generali facere non potest. [32]

---

62 Regularum communium decima usum linguae latinae exigit solum ab iis, qui studiis dant operam, v. *Institutum S.I.* III 10.

63 Vide R 86 B *Stud. inf.* c. XIV (*Pietas et disc. morum*); supra, p. 224-28.

64 Vide R 86 A *Stud. inf.* c. X (*De tuenda puer. disc. ...*); supra, p. 141-43.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE RECTORIS

1. Cum ad hoc collegia et universitates Societas amplectatur, ut in his nostri commode possint et doctrina caeterisque rebus, quae ad iuvandas animas conferunt, instrui; et quae didicerint ipsi, communicare cum proximis; potiores nulla sui officii partes esse rector existimet, quam efficere, ut salva religiosae vitae pietate hunc finem, quem in gymnasiis admittendis Societas sibi proposuit, consequatur (Par. 4 *Prooemium*)[1].

De Scripturis

2-3. Ac primum ... amplificet. [v. *Reg. prov.* n. 2-3; supra, p. 231]

4. Quo iuniorum animi ad Scripturarum studia magis inflammentur, ad magisterium doctorisve gradum non promoveantur, nisi qui prius nonnullas theses de primariis aliquot Scripturae locis defenderint, scholasticis intermiscendas conclusionibus[2].

5. Ad id etiam non parum conferet, si det operam rector, ut scholasticae professores quoties inter praelegendum aut disputandum egregium aliquem Scripturarum expositorem in medium producunt, aut ab aliis productum audiunt, eum et cum dignitate proferant et ab aliis prolatum excipiant honorifice[3].

6. Proderit etiam, si statuat diem, quo et semel in hebdomada domi repetantur praelectiones Scripturarum; et semel etiam singulis mensibus auditorum aliquis celebriorem aliquem Scripturae locum, dum caenatur aut prandetur, explicet in triclinio[4].

De scholastica theologia

7. Ita reliqua negotia dispenset ac temperet, ut omnes quidem litterarias exer-[34]citationes fovere atque amplificare possit, cum primis vero frequenter interesse theologorum philosophorumque disputationibus privatis et publicis, observet, quibus causis fructus huius exercitationis impediatur; corrigat quae corrigenda sunt; collaudet strenuam in ea re operam quorundam; aliorum socordiam redarguat saltem privatim ac seorsim; perficiat denique, ut intelligant omnes magnae eam rem sibi curae esse[5].

8. Non ferat auditorum ullum disputationibus abesse, multo minus quam lectionibus; nec patiatur, ut quicquid occupationis extra ordinem illi nanciscuntur, aut nancisci possunt, id omne conferant in diem et horas disputationum, non secus ac si supervacua et otiosa quaedam res esset. Sane spes nulla futura est rem istam bene componendi, nisi firmissime statuat rector eum se praebere, per quem nulli licet disputationibus deesse, eaque omnis spes praecidatur non secus, imo et multo severius, quam si dies esset lectionis[5].

9. Si privatae nostrorum repetitiones fiant in gymnasio[6], quamvis extra scholarum tempus, non prohibeat rector externos, si velint, repetere cum nostris, modo externorum gratia nihil commutetur de tempore et modo, quae nostris commoda sunt iuxta Societatis consuetudinem.

10. Repetitionibus, quae per anniversarias va-[35]cationes domi a philosophis et theologis fieri solent, curet, ut intersint omnes priori mense; altero autem ita distribuat eos, qui

---

[1] Cf. *Const.* P. IV *Prooem.*; MI *Const.* III 99.
[2] Vide R 86/B *De Scripturis* c. II n. 2; supra, p. 164.
[3] Vide *ib.* n. 3.
[4] Vide *ib.* n. 1.
[5] Vide R 86/A *De schol. theol.* c. VI n. 8; supra, p. 73-76.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

vicissim exeunt ad villam, ut numero mediocri sustentetur haec exercitatio per tres huius mensis hebdomadas; nam quarta penitus vacandum est[6].

11. Sicut boni doctoris est opiniones seligere tutiores ac magis receptas, ita ad rectoris pertinet vigilantiam praestare, ne quid in eo genere peccetur[7]; et si quid peccatum fuerit, emendare, si peccatum sit non in opinionibus, quae rectae in Deum fidei repugnant (in his enim quid facto opus sit, satis patet), sed in aliis, quae merito nostris placere non solent, et ad Societatis curam censuramque spectant.

12. Si quid animadversione dignum observatum delatumve sit de cuiusdam professoris doctrina, eum praefectus admoneat. Si admonenti non acquiescat, rem expendant ac diiudicent rector et praefectus, adhibitis in consilium duobus, ubi sunt, professoribus aliis; et si res postulat, recognoscant etiam scripta duorum triumve auditorum; interrogent etiam duos tresve secreto, et caveant, ne quid calumiae subsit; id enim impunitum esse non debet ad terrorem aliorum.

13. Ubi de re constiterit, rector praeceptorem admoneat humaniter; et si quid haud quaquam ferendum fuerit, retractet continuo; se-[36]cus amoveatur. Sin res non adeo clara sit, exspectet occasionem aliquam, omnino tamen et quamprimum quaerendam, qua dicat, illud sibi aliquando placuisse, nunc autem minime; faciatque, ut quae scripserant, corrigant auditores.

14. Quicquid inter praefectum et professorem aliquem non convenerit, praesertim in recognoscendis corrigendisque conclusionibus, quae sub aliquo professore defendendae sunt, ad rectorem referatur; qui postquam eos, aut etiam si oportuerit, alios audierit, quicquid statuet, per praefectum denuntiet atque exequatur.

15. Quae de gradibus conferendis, vel de horarum distributione per annum, vel de linguae hebraeae auditoribus vel de eiusdem linguae et mathematicarum rerum academia per sex menses post moralem philosophiam, vel de vacationibus aut remissionibus studiorum, vel de festis diebus per annum a praeposito provinciali constituta fuerint[8], et mature sciat et diligenter custodiat.

De casibus conscientiae[9]

16. Dum publica casuum praelectio domi repetitur, ad eam (nisi suam seorsim habituri sint collationem, quod fere satius est) conveniant omnes etiam sacerdotes, qui in eo collegio, licet auditores non sint, sunt ta-[37]men publici confessarii. Accedant autem parati, ut interrogentur et interrogent[10].

17. Ubi nulla est publica casuum lectio, sacerdotes nostri tam in collegiis, quam in domibus bis aut semel in hebdomada conveniant ad habendam inter se de casibus collationem aliquo praeside, qui prudenter ac tuto possit hanc provinciam sustinere[11],

18. Ab hac collatione, praeter theologiae professores, aliosque patres praesidi suppares, qui mutuis horam extraherent contentionibus, nulli praeterea sacerdotes, qui ex professo, vel interdum confessiones audiunt, eximantur; imo curandum est, ut ipsi etiam superiores, quoad commode fieri potest, interesse studeant; magistri etiam scholarum, nisi nimium gravarentur. Hac enim exercitatione nisi vel audita recolant, vel nova etiam addiscant, magnopere verendum est, ne in multis, quae sui muneris sunt, perinepte aut etiam perperam se gerant[12].

---

[6] De repetitionibus scholasticis cf. *ib.* c. V; supra, p. 69-71.
[7] Vide *ib.* c. VII (*De opinionum delectu, censura et retractatione*); supra, p. 77-78.
[8] Vide *Reg. prov.* n. 13-53 et 85-92; supra, p. 232-37 et 241-42.
[9] De casibus consc. v. *Reg. prov.* n. 23-25; supra, p. 233-34.
[10] Cf. *ib.* n. 23; supra, p. 233.
[11] Cf. *ib.* n. 24.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

19. Erit autem collationum haec fere ratio[13]: Principio praeses materiam aliquam, de qua disserendum sit, proponat; eius deinde praecipua capita ac fundamenta ipsemet aperiat breviter, ut generalem quandam notitiam et tanquam lucem in omnes illius tractationis partes praebeat.

20. Deinde ad singularum partium et quaestionum explanationem accedat; non ut ipse per se illas exponat, sed alicui mandet de illius [38] materiae parte aut capite aliquo tres quattuorve casus seligendos; eosque a se recognitos et emendatos in collationum loco iubet affigi, notato die, quo pertractandi sint.

21. His casibus, qui propositi fuerint, studeant caeteri vel indistincte apud quoscumque voluerint doctores, vel (quod utilius videtur) quilibet apud unum aliquem a praeside praestitutum. Postquam convenerint omnes, ipse interroget de primo casu fere tres, quos satius est praemoneri et vicissim commutari. Postea ex his, quae dicta sunt ab illis, colligat ipse doctrinam, quam ut tutiorem sequantur universi. Eodem deinde ordine casum secundum et reliquos deinceps excutiat.

22. Illis casibu sic explicatis a praeside, proponant, qui velint, suas iisdem de rebus dubitationes, respondente uno ex illis tribus praemonitis, et praeside tandem, quid sentiendum sit, definiente. Erit autem sacerdotum, sententia praesidis esse contentos, nec illius opiniones apud alios doctores exagitare. Id ne fiat, severe caveat rector; ruet enim hius exercitationis fructus omnis, nisi auctoritatem praesidis tueatur.

23. Hoc ordine pertractari possunt singulae quaestiones, quae ad aliquam materiam pertinent; deinde ad aliam gradus fiat. Si qui tamen casus alicui confessario extra ordinem acciderent, quorum explicatio gravis ac dif-[39]ficilis esset, deferantur (si nihil obstet) praesidi, ut ipse illos expendi versarique iubeat in repetitione proxime futura, servato modo ac formula ordinariis quaestionibus praescripta.

De philosophia[14]

24-30. Nostri ad philosophiam ... cum oportuerit. [v. *Reg. prov.* 33-39; supra, p. 235]

31. De vacationibus, de repetitionibus, de disputationibus, de censura doctrinae et aliis id genus, de philosophis etiam intelligantur quaecunque de theologis dicta sunt, ut suis fere locis superius indicatum est[15].

Linguae latinae usus

32. Domi linguae latinae usum strenue conservandum curet a professoribus et auditoribus nostris; imo et a sacerdotibus omnibus, licet confessariis tantum[16]; ut scilicet nostri parati sint, si quando usus ferat, ad concilia provincialia episcoporum, et ad prompte loquendum cum advenis peregrinae linguae.

33. Ab hac latinae loquendi lege non eximantur, nisi vacationum dies, et si iis, qui praesunt, videbitur, recreationis hora. Superiores per [42] se ipsi huius rei censura fungantur; sit et praefectus non tam aliorum censor, quam admonitor, sicut et magister auditorum.

34. Minuendam curet eam opinionem, quae sive ex inscitia, sive ex prava quadam consuetudine increbuisse videtur, nempe parum acutos esse in intelligendo, qui sint in lo-

---

[12] Cf. *ib.* n. 25; p. 234.
[13] Cf. R 86/A *De cas. consc.* n. 10; supra, p. 92-93.
[14] De philosophia cf. *Reg. prov.* n. 31-39; supra, p. 234-35.
[15] Vide *Reg. rect.* n. 7-15; supra, p. 244-45.
[16] Vide *Reg. prov.* n. 93; supra, p. 242.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quendo diserti aut paulo cultiores; efficiat potius, ut magistri et auditores, etiam theologi et philosophi turpe sibi putent barbare et inquinate loqui, pulchrum diserte et latine, et irrideatur atque adeo explodatur a quotidiani sermonis usu tam domi, quam in scholis foeda quaedam barbaries, et vero affectata nonnunquam a nonnullis, quo videantur doctiores; cum contra vera latinitas non modo impedimento non sit ad recte intelligendum, sed magno etiam adiumento ad sensa animi vel cum dignitate magistrorum, vel cum discipulorum utilitate efferenda[17].

35. Quo vero magis his litteris vel immisceantur vel uti cogantur, superiorum facultatum professoribus etiam theologis praecipiat, ut quotannis in auspiciis docendi praefationem habeant minimum unius quadrantis horae; barbariem vero non modo ipsi fugiant, sed in auditoribus redarguant; aut certe eam si fugere non possunt, significent tamen sibi displicere[17].

36. Ad haec, ut caeteri elegantiae studiosos, quo-[43]rum opem aliquando imploraturos sese intelligant, contemnere vereantur, et diserti pluris aestiment haec studia, quae etiam philosophis ac theologis decora esse videant, graviter commendet, ut quicunque publicas theses in celebriori aliquo conventu defensuri sunt (id vero nullis argumentantibus permittendum) brevem habeant praefationem, ab omni quidem specie assentationis alienam, sed bene latinam, nec minus verbis, quam rebus illustrem[17].

37. In argumentando etiam videant, non modo quid dicturi sint, sed etiam quomodo dicturi, ne quod saepe accidit, argumentum solaecismis inquinent. In problematis etiam ac disputationibus publicis diserti indisertis, si caetera sint fere paria, anteponantur[17].

38. Faciendum quoque, ut nostri litteras, cum ad eos scribunt, qui latine intelligunt, latine scribant; bis adhuc aut ter in anno cum aliqua celebritas agitur, philosophi ac theologi carminum aliquid affigant. Id qui nesciunt, soluta tamen oratione brevem cohortationem aut paradoxum aliudve id genus conscribant affigantque. Quae omnia sponte evenient, si philosophiae ac theologiae magistri ex humaniorum litterarum peritis ac studiosis deligantur[17]. [44]

De praefecto studiorum eo praesertim qui facultatibus superioribus praeest

39. Faciendum sibi omnino putet esse rector, ut studiorum praefecto quanto plus potest suae potestatis impertiat in rebus litterariis moderandis; ex eo namque fiet, ut et ipse magis expedite in alias curas adiicere animum possit, et praefectus liberius atque alacrius suo munere perfungatur, et caeteri illum magis vereantur et colant[18].

40. Itaque rector primum adsciscat aut poscat sibi praefectum non eum, cui quaedam quies, aut immunitas conveniat potius, quam tam magnus ac multiplex labor; oportet enim esse virum, quam maxime fieri potest, acrem, solertem, assiduum, obsequentem, et rerum, quas pertractat, scientissimum; deinde illum quanta maxima potest auctoritate muniat atque instruat, ut vere praefecti, non administri tantum aut internuntii personam agat.

41. Quicquid igitur in re litteraria agendum est, id agat rector per praefectum; efficiat quoque, ut si quicquam ille, quod a professoribus auditoribusve erratum sit, deferat per se vel per bidellum, obtineat, ut is, qui erraverit, a rectore eiusve ministro statim (nisi quid obstiterit) poenas pendere iubeatur.

---

[17] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. I; supra, p. 178-81.
[18] Vide *Reg. prov.* n. 54; supra, p. 237.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

42. Si quid denique rectori delatum fuerit de [45] praefecto, nihil ipse constituat, sed re cum illo communicata, quicquid mutandum videbitur, mutet opera praefecti; qui id opportune praestet ac prudenter, tanquam re melius a se perspecta mutasset consilium, ut ipsius consulatur auctoritati; alioquin variis patere posset calumniis, ut propterea neminem reprehendere audeat, vel monere.

De inferioribus studiis hoc est grammaticae, humanitatis et rhetoricae

Quomodo conservandi sint professores[19]

43. Principio existimet maxime sibi cordi esse debere, ut salva religiosi instituti disciplina, praeceptorum conservet hilaritatem, et ea putet posita esse praesidia omnia scholarum bene gerendarum; de quibus non optime mereri solent magistri, quamdiu amaro sunt animo, ut vix suo muneri satisfaciant[20].

44. Videat itaque ... tanquam barbaros. [v. *Reg. prov.* n. 81; supra, p. 240-41.]

45. Prospiciat quoque, ne aut ministeriis domesticis magis onerentur, aut minoribus commodis in distributione vestium, cubiculorum, rerumque huiusmodi fruantur, quam professores philosophiae, quippe cum in minus specioso ac magis molesto opere versentur, quam alii[20].

46. In celebritatibus et conventibus publicis inferiorum classium praeceptores non debent negligi, sed potius sedere post magistros philosophiae, si hi quoque adsint; in quo tamen locorum consuetudo spectanda est[20].

47. Qui vacant humanitati, si quid carminum aut orationum publice proferunt aut pronuntiant, det operam, ut tam ipse quam seniores patres intersint, audiant, collaudent; sin nihil tale scribunt atque edunt, eos ipse urgeat atque inflammet ad hoc exercitationis genus; utile quoque foret ter aut quater in anno egregias aliquas sive solutas, sive metro astrictas compositiones nostrorum publice pronuntiari in aula aliqua vel in triclinio cum aliqua celebritate et conventu omnium[20].

48. Alternis saltem mensibus convocet humanitatis ac grammaticae magistros, ut benevole roget, ecquid eis desit, ecquid scholarum progressum impediat, et alia huiusmodi. Id vero non solum cum universis faciat in conventibus, qui agi solent, sed etiam cum singulis, ut [47] et liberius possit signa edere suae in illos benevolentiae, et utilius, si quando opus sit, admonere; ipsi etiam fidentius per eam occasionem suas necessitates exponent[20].

49. Si quis magister in docendo, aut aliis in rebus suo muneri defuisse videbitur interdum, errantem perquam humaniter admoneat, neque per se ipse dumtaxat, sed per alios etiam, quibus ille non gravate solet acquiescere; nec semel aut iterum, sed saepe et saepius, donec emendationis spes reliqua est. Tandem curet in magistros frustra admonitos animadvertendum; aut ne animadversione quidem correctos, mature, priusquam malum serpat latius, amovendos.

Quaedam alia scholarum adiumenta[21]

50. Agat cum praeposito provinciali mature de iis, quae a se ipso circa scholas inferiores constitui nequeunt; et quae ab illo constituta iam fuerint, cum praefecto, et si opus est cum consultoribus conferat ad explorandum, quonam quidque modo exequi satius sit; et post delibera-

---

[19] Vide *ib.* n. 80-83; supra, p. 240-41.
[20] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. I; supra, p. 178-81.
[21] Vide *Reg. prov.* n. 93-96; supra, p. 242.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tionem quaecunque ferme fieri volet, mandata det praefecto, cumque sibi referre iubeat, an bene res cesserit; et multo magis, si ipsa rerum necessitas eum detruserit ad aliquid immutandum. [48]

51. Si ob gymnasii nostri amplitudinem ac varietatem per unum studiorum praefectum non videatur scholarum omnium rationibus satis esse prospectum, duos constituat; quorum unus inferioribus facultatibus ac disciplinis, alter superioribus proprie ac per se praesit, inferioribus autem velut e longinquo, ac per alterum frequentius, quam per se ipsum.

52. Quin etiam sicubi consuetum sit, idque ingens discipulorum exigat multitudo, adiiciat et tertium, qui scholarum atrio praesit, provideatque, ne quid turbarum intra extrave scholas accidat; si acciderit, componat statim; examinet pueros, qui novi auditores ad nos accedent; aliaque huiusmodi munia obeat, ad morum potius curam, quam littearum spectantia; quae ut rectoris est plura pauciorave, prout res tulerit, praescribere, ita eorum ratio rectori, non ulli praefectorum reddenda est.

53. Oratio quoque in studiorum instauratione publice pronuntianda, non committat, ut ab alio quam a magistro aliquo insigniore scribatur; verum si is memoria aut actione parum valeat, dicatur ab aliquo alio, quamvis discipulo, sive e nostris, sive ex externis, si quis longe his rebus emineat[22]. Quo in genere, neieiusdem argumenti iteratio seu similitudo pariat satietatem, ad idem argumentum, nisi post plures annos, non redeatur.

54. Enixe conandum, ut quolibet anno semel [49] cum minimum praemia publice distribuantur[23]; modo sumptus, ad quos liberaliter distribuendos prudenter ac benevole essent inducendi vel magistratus, vel episcopi, vel ditiores et illustriores aliqui, moderati sint. Ea tamen statuatur moderatio, quam et scholarum numerus, et amplitudo collegii, et dignitas postulat maecenatum, quorum honorifica sane mentio facienda esset publice in ipsa praemiorum distributione.

55. De agendis comoediis et tragaediis[24], ut tempestive deliberetur, praeposito provinciali suggerat. Neque committat, ut labor ille multiplex in erudiendis actoribus, in varia veste sumptuque conquirendo, in extruendo theatro, aliisque scenicis actionibus, ferme totus incumbat in poetam; cum aequissimum sit, illum aliorum, qui ab ipso dirigantur, opera levari. Neque vero quo loco drammata exhibentur, aditus sit mulieribus; neque ullus muliebris habitus, aut si forte necesse sit, nonnisi decorus et gravis introducatur in scenam.

56. Praemiola[23], quae variis subinde de causis distribuenda sunt ab unoquoque magistro victoribus pueris, esse possent fere illa: adipisci honestiorem in schola locum; unum ab iis, qui vapulant, ictum deprecari; victoris nomen publice proponi in tabella uncialibus litteris notatum; quod unusquisque puer, qui velit, egregia librarii manu elaboratum secum habere [50] atque in scholam ferre posset in hunc usum; dono accipere sacram aliquam et quidem parvam, sed non inelegantem imaginem, et caetera id genus.

57. Ne nostris quantum satis est librorum desit, aliquem reditum annuum amplificandae bibliothecae attribuat, quem alios in usus convertere non liceat. Bibliothecarium autem nostrum in librorum tam distributione, quam emptione subiectum iubeat esse praefecto; per quem etiam curet, ne magistri libris aut utilibus careant, aut abundent inutilibus; efficiat etiam, ut tempestive cum publicis bibliothecariis agatur, ne librorum, quibus privatim et publice aut in dies utimur, aut sequentem in annum usuri sumus tam nos, quam externi auditores nostri, copia desideretur[25].

---

[22] Vide R 86/B *Stud. inf.* v. VII (*Incit. stud.*); supra, p. 200-06.
[23] De praemiis distribuendis v. *ib.* ; p. 205.
[24] De theatro scholastico exhibendo cf. *ib.*
[25] De libris procurandis et bibiliothecario constituendo v. R 86/B *Stud. inf.* c. XII; supra, p. 221-22.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

58. Sedulo deliberet, an praeter magistrorum pias exhortationes in sabbatho[26], alia adhuc a patre quopiam gravi habenda sit in ampliore aliqua classe, ad quam inferiores tantum, vel etiam superiores cogantur; et an ex usu sit, ut ipsemet praefectus aliusve aliquo per hebdomadam die in aliqua classe in orbem varianda, monita salutaria et propria puerorum moribus tradat.

59. Diebus et horis ad excipiendas discipulorum confessiones constitutis, contendat omnino, ut confessarii, quotquot opus fuerint, tempestive praesto sint, ne tempus terant ex-[51]spectando[27]. Deliberet etiam, quando et ubi post scholas missam a discipulis audiri expediat.

60. Det operam denique, ut D. Mariae Annuntiatae congregatio ex Romano Collegio in suum propagetur, nec nisi qui ei nomen dederint, cooptentur in academiam, in qua recoli solent scholasticae exercitationes; huius enim proprio tanquam pabulo ad illam invitandi sunt, modo ne ea, quae ad congregationem vel academiam spectant, fiant eo tempore, quo sacrae conciones seu lectiones habentur in templo[28].

REGULAE PRAEFECTI SUPERIORUM FACULTATUM[1]

Officium et finis

1. Auditorum professorumque omnium regulas et habeat, et perinde ac suas sedulo curet observandas; cogitetque ad id se esse delectum, ut omni ope atque opera P. Rectorem adiuvet in scholis nostris ita regendis ac moderandis, ut qui eas frequentant, quantum in bonis artibus atque in vitae probitate proficiant, nec eos, nec eorum parentes paeniteat.

De Scripturis[2]

2. Ac primum operam ac diligentiam collocet in excolendis promovendisque Scripturarum studiis; curetque, ut nostrorum auditorum frequentia, quanta fieri potest, sublatis ferme exceptionibus, haec lectio cohonestetur[3].

3-5. Quo iuniorum ... in triclinio. [v. *Reg. rect.* n. 4-5; supra, p. 243]

De scholastica theologia[4]

6. Ubi tres sunt scholasticae theologiae professores, eos ita sibi temperare iubeat, ut haec tripartita theologiae divisio auditorum ingenia non obruat, sed sublevet; neque per hanc occasionem plus infarciatur quaestionum, sed quod a duobus permoleste et acervatim fuerat ingerendum, a tribus commode ac suaviter instilletur, ne plus oneris accessisse videatur, sed idem quod erat antea, quo facilius sustineretur, in plures fuisse divisum.

7. Unumquemque ex scholasticis professoribus, praesertim si quem paulo tardiorem

---

[26] Vide *ib.* c. XIV (*Pietas et disciplina morum*); supra, p. 224-28.
[27] Cf. *ib.*
[28] De sodalitate B. Mariae V. et academia humanitatis instituendis cf. R 86/A *Stud. inf.* c. X n. 9; supra, p. 143.
[1] Vide *Regulae praefecti studiorum, qui in universitatibus erit etiam cancellarius* (1569); MP II 218-23.
[2] Vide *Reg. prov.* n. 2-5; et *Reg. rect.* n. 2-6; supra, p. 231 et 243.
[3] Cf. *Reg. prov.* n. 2-3; supra, *ib.*
[4] Vide *ib.* n. 6-12 et *Reg. rect.* n. 7-15; supra, p. 231-32 et 243-44.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

compererit, urgeat ad progrediendum, ut cuiusque anni pensum persolvat in tempore; neque [54] satis esse putet, si respondeat is, iniisse iam se suas rationes, ut partem, quam sortitus est, expleat quadriennio. Accideret enim aliquando, ut imprudens etiam ac nolens nunc alios, nunc se ipsum falleret. Eum igitur instiget, ut suas disputationes non ad quadriennii solum, sed ad annui etiam spatii normam, ac modum redigat et dispenset[5].

8. Cum non possint quaestiones singulae quolibet quadriennio copiose pertractari ab unoque professore, observet praefectus, quaenam quaestiones superiore quadriennio perstictae aut amplificatae fuerint, ut praescribere possit, quid sequenti quadriennio dilatandum, quid contrahendum sit; cum valde expediat, quae in uno quadriennio brevius disseruntur, in alio plenius disputari.

9. Omnibus disputationibus, ad quas professores sive theologi, sive philosophi, sive utrique conveniunt, praefectus intersit, atque omnia moderetur; argumentandi formam, loquendi vices, spatia singulis ad disputandum praestituta severe tueatur; nihil confuse, praepostere, perturbate agi permittat; absentes notet, et absentiae causas acriter inquirat[6].

10. Ex se pendere putet universas disputandi leges ac fructum. Attentionem itaque ac modestiam omnium serio ac graviter exigat, hortetur, moneat, arguat, et quos oportet, coerceat; etiam professores, quamvis cum his ut pluri-[55]mum agendum sit comiter et honorifice; omnes denique, qui disputationibus intersunt, intelligant, multum sua interesse, suam operam, silentium, verecundiam, acumen, acrimoniam, indolem, perspicaciam a praefecto probari.

11. Non committat quicquam, quod in disputationem veniat, ultro citroque sic agitari, et mutuis ita clamoribus confundi, ut non minus postea, quam antea inexplicita atque indefinita maneat rei difficultas. Postquam igitur de aliqua re satis fuerit concertatum, iubeat eam ab aliquo professorum, quantum satis est, explicari.

12. Argumenta non solvat ipse, sed argumentantibus et respondentibus potius moderetur; id quod maiori cum dignitate praestabit, si ne argumentetur quidem, quamvis id aliquando possit, et interrogando potius, quo difficultas clarius explanetur. Potest interdum datam ab alio solutionem plenius explicare, et ostendere, quam bene satisfaciat argumento, cum is, qui argumentatur, nondum videtur esse contentus.

13. Seligat ipse cum professorum consilio auditores, qui ingenio ac doctrina ea praestent, ut theologicos actus sive particulares, sive generales cum dignitate celebrare possint biennio, quod repetendae theologiae datur; ubi vero id nondum potuit introduci, anno theolo-[56]gici studii quarto, aut si aequo pauciores hi sint, tertio; idque etiam ubi nostri domi theologiam audiunt, externis tunc invitatis cum apparatu.

14. Particulares actus unam ex quattuor theologiae partibus complectantur; neque tamen quattuor ab uno quolibet habendi sunt, sed unus; fiant autem ab instauratione studiorum ad paschales ferias, idque vel in sabbatho, vel in festo aliquo minus celebri, vel aliter feriato die.

15. Post Pascha celebrentur generales, hoc est, totius fere theologiae. Hos habituri qui sunt, eorum unus in ultimam reservetur hebdomadam, qua studia finienda sunt; alter in eam, qua scholae rursus aperiendae.

16. Generalium conclusiones, si placet, possunt et esse communes nostris omnibus intra eundem annum defensuris, et publicis typis (nisi loci consuetudo id nequaquam ferat) excudi.

---

[5] Cf. R 86/A De schol. theol. c. II n. 2; supra, p. 53.
[6] Vide *ib.* n. 7; p. 54.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

17. Particulares actus duabus horis et dimidia circumscribantur, nec nisi mane vel a prandio tantum. Generales utrumque tempus occupent, vel ad quattuor aut quinque horas protrahantur, ubi nonnisi mane, vel a prandio disputari moris est. Argumententur non minus quam tres, quorum primus sit doctor.

18. Ad hos utrosque actus non nisi caeteris ingeniosiores admittantur. Et pauciores ad gene-[57]rales, quam ad particulares; ad quos particulares delecti qui fuerint, suam theologiae partem renovatis statim studiis, praefecti ac professorum arbitrio sortiantur.

19. Ad generales habendos bis aut ter quotannis invitentur etiam externi ii, qui theologiae curriculum in nostro gymnasio non exigua cum laude peregerint. Huiusmodi tamen actus oportet esse caeteris solemniores, et frequenti nostrorum externorumque doctorum conventu celebrari.

20. Praesideant omnibus actibus professores vel alternis, vel simul ambo, quolibet de quaestionibus a se expositis respondente. Praesidere etiam possunt alii doctores nostri, si fuerint, vel aliquis externus doctor insignis auctoritate, si ratio fundationis seu consuetudinis id exigat.

21. Conclusiones non sint plures quam octo vel novem in disputationibus hebdomadariis; quam duodecim vel quindecim in menstruis; quam quinquaginta in generalibus; pauciores etiam, si publicus academiae mos aliter habeat.

22. Conclusionum quaelibet non excedat tria seu quattuor membra, non sterilia tamen; earum vero duas aut tres circiter confirmet responsurus, antequam disputetur; nec disputent externi, si fieri potest, nisi togati.

De opinionum delectu et censura[7]

23. Ad observandum quae professores minus caute doceant aut loquantur in scholis, illos audiat aliquando, nec rarius quam bis in mense, et semel quidem per se ipsum, iterum autem per collegam, si eum habuerit; legat interdum commentarios a discipulis exceptos, per speciem inspiciendi, an recte ac fideliter scribant.

24. Duos praeterea tresve auditores ex nostris non minus fidos quam ingeniosos frequenter roget, quid in hac, quid in illa quaestione definitum sit a praeceptore, tanquam aliud agens, nihil laesa, quantum fieri poterit, doctoris existimatione. Id quod diligentius praestandum est, cum doctor aliquis in materiis lubricis versatur, vel in quibus a Societate praescriptae iam sunt opiniones certae.

25. Si quid animadversione dignum observatum delatumve sit, praefectus professorem perquam benigne et comiter admoneat; si admonenti non acquieverit, res tota ad rectorem referatur, eiusque stetur arbitrio. Idem servandum, cum in recognoscendis conclusionibus aliquid incideret, quod inter praefectum et professorem non conveniret; neque enim is conclusionem ullam aut delere aut commutare debet inconsulto professore; quocum ea de re [59] debet agere, bidello penitus inscio.

26. Si quid ab aliquo professorum inter disputandum perperam dictum sit, quod commode dissimulari queat, praefectus conniveat; sin ea res plus habet erroris et periculi, quam ferendum sit, nihil differat, sed prudenter rem totam curet tunc declarandam sive per praeceptorem sive per se. Inde tamen si plus timeatur contentionis et turbarum, finem imponat, rectorique statim exponat omnia.

De philosophia[8]

27-32. Nostri ad philosophiam ... amoveantur. [v. *Reg. prov.*. n. 33-38; sup. p. 235]

---

[7] Vide *ib.* c. VII (*De op. del.*); deinde *Reg. rect.* n. 11-13; supra, p. 77-78 et 244.
[8] De philosophia v. *Reg. prov.* n. 31-39 et *Reg. rect.* n. 24-31; supra, p. 234-35 et 245.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

33. Semestri tempore, quod repetendae philosophiae datur, ubi vero id nondum potuit introduci, sub finem triennii cursusque philosophici ad exhibendum specimen aliquod suorum studiorum, actum aliquem paulo celebriorem de universa philosophia, qui eam audierunt, tueantur; pauci tamen et egregie instructi, qui eius loci dignitatem sustinere valeant; hoc est, qui multo plus quam mediocriter profecerint[9].

34. Hi seligendi sunt per examinatores tres, aut etiam plures, si cuius academiae mos id exigat; neque sint semper iidem, sed ut onus dividatur in plures, aderit semper cum praefecto praeceptor proprius, tertius vero vicissim commutetur; modo sit aliquis professor, aut certe auditor theologiae eo munere non indignus[9].

35. Alumnos seu convictores satis est examinari a suo praefecto, et duobus philosophiae repetitoribus; aut si ii defuerint, a provectioribus duobus theologiae auditoribus; tametsi, qui ad actum videbuntur idonei, priusquam ad eum sese accingant, proprii quoque praecep-[62]toris et studiorum praefecti generalis iudicio probandi sint[9].

36. Horum examen sit vel privatum, vel si facile potest introduci, publicum, hoc est, si nostrorum est, coram omnibus nostris philosophiae auditoribus; sin alumnorum seu convictorum, coram omnibus sui collegii philosophis; sin externorum, coram omnibus externis philosophis saltem suae classis[9].

37. Ab hoc examine et quidem severe agendo nullus ordinarie nostrorum sive fratrum sive alumnorum, sive convictorum excipiendus, ut et inepti deterreantur a philosophia, et apti magis accendantur ad studium. Externi si facile ad id compelli possunt, compellantur; sin minus, cogendi non sunt, si nolint; nec si velint, repellantur[9].

38. Duret examen singulorum non minus horis duabus, si per alias occupationes licet; sin minus, una. Ubi vero pauci praesto sunt examinatores et examinandi non pauci, differant in aliud atque aliud tempus, quoad quam minime incommode res confici possit.

39. Examen istud statim post Pascha tertii anni inchoetur, distributis dierum praesertim festorum vicibus eo ordine, quem rector audito praefecti et praeceptoris proprii consilio existimaverit commodiorem. Eat examen per omnes primarias materias, quas praefectus eodem die vel pridie distribuet exami-[63]natoribus. Agatur, ut plurimum, interrogationibus, brevibus etiam interdum argumentationibus, quo certius exploretur respondentis ingenium[9].

40. Actus totum scholarum tempus occupet cum minimum vel mane vel a prandio. Tres argumententur; primus aliquis ex nostris professoribus sive theologiae sive philosophiae; alter doctor quispiam externus; ultimus egregius quisquam inter auditores sive theologiae, sive philosophiae condiscipulus defendentis. Conclusionum autem numerus ac ratio non discrepent ab eo, quod de theologicis statutum est[9].

41. Qui hoc actu digni censentur, si multi fuerint, ut octo vel decem, vel eo plures, necesse non est, ut eadem aestate tot actus habeantur, sed ita dividantur, ut duo circiter in aestatem cadant, totidem fere in tempus vacationum autumnalium; alii in sequentis anni tempora distribuantur, ut in ferias natalitias, in dies bacchanalium, in paschales vacationes, aliosve dies festos. Ita si distrahantur, fiet, ut maiori cum dignitate obeantur, et sint ipsa raritate gratiores[9].

42. Theologos omnes non modo auditores, sed etiam professores compellat praefectus, ut veniant ad actus theologicos, imo etiam ad philosophicos, praesertim cum actus aliquis celebrior caeteris ac magnificentior est. [64] Nam in aliis satis est, si adsint alternatim, ut duo fere nunquam desint, qui (nisi id alicubi videatur indecorum) argumentando, urgendo, interrogando, collaudando aliaque huiusmodi praestando alacriorem ac solemniorem reddant disputationem[9].

---

[9] Cf. R 86/A *De phil.* n. 17; supra, p. 104.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

43. De vacationibus, de repetitionibus, de disputationibus, de censura doctrinae et aliis id genus, de philosophis etiam intelligantur, quaecunque de theologis dicta sunt, ut suis fere locis superius indicatum est[10].

De gradibus[11]

44. Det operam, ut ne externi quidem actus, per quos ad doctoratum seu magisterium perveniri solet, inchoent, nisi peracto philosophiae triennio, vel quadriennio theologiae, et illi quidem dimidius annus, huic autem biennium adiiciendum est, quo et celebrentur actus et gradus suscipiantur.

45. In examine, quo diiudicandum est, sitne aliquis ad publicos actus et ad magistri seu doctoris gradum idoneus, ipse praefectus cum tribus aliis doctoribus seu magistris iudex sedeat cum praerogativa suffragii, cum suffragia paria sunt. Hi candidatum aperto capite sedentem in scamno privatim examinent duabus horis, argumentando nonnunquam, sed saepius interrogando de praecipuis totius theologiae [65] vel philosophiae quaestionibus, quas duabus tribusve ante diebus praefectus distribuerit examinatoribus[12].

46. Examine peracto exeat candidatus, et dum foris opperitur, inter se deliberent examinatores dignusne sit, qui ad actus publicos admittatur, pluribusque suffragiis res decernatur. Posset tamen tam haec deliberatio, quam praevium examen brevissime et quasi perfunctorie transigi cum aliquo insignioris ingenii, cuius eximii in studiis progressus notissimi sint[12].

47. Si quis autem examinatorum suffragiis nondum aptus iudicetur, perhumaniter ei denuntiet praefectus, egere ipsum diuturniore studio; postquam vero aliquanto diligentius studuerit, alterum illi examen subeundum esse. Vicissim ei, quem idoneum censuerint, praefectus diem primi actus celebrandi indicat[12].

48. Actus publicos quinque theologus persolvat; quorum priores quattuor sint particulares; hoc est, ex una S. Thomae parte, nempe primus ex prima parte, alter ex prima secundae, tertius ex secunda secundae, quartus ex tertia parte, novissimus autem sit generalis, qui totam theologiam quinquaginta circiter conclusionibus ambiat, totumque scholarum tempus mane ac vespere occupet. Nam particulares singuli quindecim fere conclusionibus et horis duabus cum dimidia, sive matutinis, sive pomeridianis contenti sunt[13]. [66]

49. Philosophorum tres celebrentur actus publici: unus ex *Logica*, ex octo libris *Physicorum* et ex libris *de Coelo*; alter ex libris *de Generatione*, ex libris *de Anima* et ex libris *Metaphysicis*, quorum quilibet quindecim circiter conclusionibus instruatur; postremus generalis sit, collectis ex universa philosophia, thesibus quinquaginta fere[13].

50. In his actibus tantum, nostri, qui ad gradum magistri seu doctoris promoti iam sunt, utantur epomide, ubi eius usus fuerit; immo nec promoti omnes, sed solum, qui philosophiae professores sunt aut fuerunt, aut qui argumentaturi tunc sunt ad tuendam academiae auctoritatem; neque enim nisi promoti argumentari debent, ubi eorum satis magnus suppetit numerus[13].

51. In sedendo ipse praefectus seu cancellarius caeteros antecedat, secundus a rectore. Doctoribus aliis et professoribus theologiae assignentur loca distincta a doctoribus professoribusque philosophiae. Inter hos vero, qui actu docent, praecedant alios, qui actu non docent, nisi antiquiores praeferendi sint ex academiae instituto, quod immutare nostri iuris non sit.

---

[10] Vide *Reg. praef. st. sup.* n. 6-26; supra, p. 249-51.
[11] Vide *Reg. prov.* n. 3-22 et R 86/A *De schol. theol.* c. X; supra, p. 231-33 et 80-85.
[12] Vide R 86/A *De schol. theol.* c. X n. 3; supra, p. 81.
[13] Vide *ib.* n. 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Caeteri omnes sive promoti, sive non promoti, intersint quidem, sed nullo ordine sedeant inter alios[13].

52. Post quemlibet actum, qui examinandi munere funguntur, inter se deliberent, an et quo-[67]modo progrediendum sit in reliquis actibus. Actus enim, in quo candidatus inepte admodum se gesserit, inter actus necessarios numerandus non est, sed pro eo alter obeundus; sin non usque adeo indocte responderit, minus tamen apte quam par erat (ut aliqua existimationis eius habeatur ratio), non iteretur idem actus, sed alter longius differatur, donec diligentius studeat, inseratque in actu sequenti difficiliores aliquas theses ex priori[14].

53. Candidatum tertio iam theologiae actu bene defunctum cancellarius vel praeceptor publice pronuntiet baccalaureum post fidei professionem et oratiunculam, qua gradum illum postulet. Idem gradus conferendus est philosophis, qui octo *Physicorum* libris auditis theses aliquas bene defenderint. Baccalaureis vero praescribendum non est, vel ut exponeant aliquem librum *sententiarum*, seu Aristotelis, vel ut legant plus quam uno die; idque semel, nec ultra horam[15].

54. Ad theologiae magisterium seu doctoratum nullus, qui aliquo sacrorum ordinum initiatus non sit, promoveatur; promoveatur autem hoc fere ritu. Ante promotionis diem candidatus coram praefecto ter aperiat sacra Biblia. Ex locis illis tribus, quos casu liber apertus obiecerit, unum quem maluerit candidatus, seliget, quem post viginti quattuor horas sequenti die exponat in loco promotionis. [68] Idem philosophi praestent in Aristotelis libro[16].

55. Promotionis locus sit aliqua classis amplior caeteris, vel aula in hos actus et promotiones dicata. Templum quoque esse posset, cum theologiae confertur doctoratus, seu licentiatus, ubi est in usu; insternantur aliquot scamna tapetibus; eo conveniant omnes et professores et auditores superiorum facultatum, nec non et rhetoricae, nisi ubi nimium frequens esset doctorum promotio[17].

56. Indicta promotionis hora candidatus talari veste indutus ex sede paulo editiore, infra tamen doctores, suam (si unus sit; nam si plures simul, fiat quod fieri solet) habeat praelectionem paulo longiorem semihora; pari deinde spatio de proposita quaestione duo tresve doctores argumententur; quibus solus ipse faciat satis nullo patrono vel adiutore; nisi forte praefecto videretur in laborantis subsidium subinde aliquid suggerere, brevissime tamen.

57. His peractis promotor, qui esse debet ordinarie cancellarius seu praefectus studiorum (nisi exonerandus videretur nonnunquam ob frequentiam promovendorum) brevi oratiuncula candidati sedulitatem atque ingenium commendet; vel si satius videatur, de re aliqua theologica, quae tempori et auditoribus bene conveniat, nonnulla verba faciat.

58. Abrogetur mos, quo candidatis publice sui mores et errata cum iocis et cachinnis expro-[69]brantur. Non ab re tamen fuerit, ut ante promotionem sedere iubeantur humillimo loco; breviterque a promotore aliove admoneantur, ut humanae conditionis, indignitatisque propriae non immemores tanto se honori existimant impares; nec eum alia de causa deposcant, quam ut divini nominis gloriae, Ecclesiaeque illustrandae honestiorem utilioremque operam navare possint[17].

---

[14] Vide *ib.* n. 5; supra, p. 82.
[15] Vide *ib.* n. 6.
[16] Vide *ib.* n. 7.
[17] Vide *ib.* n. 8; supra, p. 83.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

59. Post eam oratiunculam, candidatus positis ante promotorem genibus, fidem catholicam clara voce profiteatur iuxta formulam a Pio IV editam; qua perlecta iuret tacto evangeliorum libro. Astet bidellus manu tenens annulum, pileum novum et librum Bibliorum pro theologis, vel Aristotelis pro philosophis[17].

60. Surgat inde promotor operto capite, et gradum conferat hac verborum formula: Ego N ... sacrae tehologiae doctor Apostolicae Sedis auctoritate nostrae Societati concessa, mihi vero commissa, confero tibi R. N. ... sacrae theologiae seu philosophiae magisterium vel doctoratum iuxta omnia academiarum privilegia; ut ubique divinas Scripturas, scholasticamque theologiam, vel philosophiam docere possis publice. In huius vero honoris et gradus monumentum ac pignus, pileum capiti tuo impono, et hoc sacrosanctum volumen Bibliorum vel librum Aristotelis in manus tuas trado; digitum denique annulo, doctoratus insigni no-[70]ta, circundo; id quod in Christi optimi maximi gloriam, Ecclesiaeque utilitatem cedat. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[17].

61. Tum promotor novum doctorem amplectatur, vel manum tangat pro more patriae, et reliqui deinceps doctores, quos interdum promotus considet, honoris et hilaritatis gratia musicum aliquid interponatur, breviter tamen et modeste[17]. Promotione peracta unus aliquis ab ipso candidato ad id invitatus oratione brevissima novum doctorem ad eam dignitatem morum gravitate et assiduo labore ac studio tuendam cohortetur[18].

62. Novus postea doctor ex cathedra, tanquam doctoratus possessionem aditurus, aliquem divinae Scripturae locum interpretetur brevissime; eamque interpretationem claudat oratiuncula, qua Deo primum, deinde doctoribus suis ac promotori gratias agat. Tandem inter gratulantium occursus ac voces et instrumenta musicorum, inter rectorem et cancellarium medius deducatur in templum; vel si iam sit in templo, ad altare maius, ubi Te Deum laudamus decantetur, et dimittatur concio[18].

63. Porro necesse est, ut promotioni interfuerit aliquis tabellio sive academiae proprius, sive ad id extra ordinem conductus, qui autenticum promotionis instrumentum conficiat, vel publico, vel proprio Societatis sigillo muniendum. Verum de hac aliisque solemnitati-[71]bus ac caeremoniis diligenter praefectus quaerat, quae a praeposito provinciali pro variis gentium moribus constituta sunt; eaque ad amussim exequi suas esse partes existimet[18].

De casibus conscientiae[19]

64. Ubi sunt duo casuum professores, suas unicuique materias partiatur. Si unus fuerit, praescribat etiam quantum progredi debeat quotannis. Porro severissime caveat, ne hi professores ad aliena, praesertim theologica digrediantur, sed ea duntaxat eoque modo doceant, ut possint nihil aliud, quam peritos atque utiles confessarios seu parochos informare. Neque committat, ut aliquis sit in collegiis publicus confessarius, qui domesticae casuum vel repetitioni vel collationi propriae non intersit.

Divisio temporis et librorum[20]

65. Permagni interest, ut auditoribus non modo nostris, sed alumnis etiam et convictoribus, et si nihil obstiterit, externis quoque praefectus per magistros diurnum tempus ita distribuat, ut privati studii horas, quanto maximo fieri potest compendio bene collocent; curetque visitatores instituendos, qui an [72] id observetur, explorent[21].

66. Theologiae auditoribus non quoslibet, sed certos quosdam ex professorum consilio

---

[18] Vide *ib.* n. 9.
[19] De casibus consc. cf. *Reg. prov.* n. 23-25, et *Reg. rect.* n. 16-23; supra, p. 233-34 et 144-45.
[20] Vide R 86/A *De schol. theol.* c. VIII (*De privato studio scholasticorum*); supra, p. 78.
[21] Vide *ib.* n. 1-2; supra, p. 78-79.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

distribuat libros, quibus in privato studio utantur. Et ii quidem, qui sunt ingenio vix mediocri, primo semestri non committat, ut legant, nisi S. Thomam, ne Caietanum quidem; postea tamen habere poterunt duntaxat unum, eumque facilem ac perspicuum, ut Durandum, Bonaventuram, Richardum, Ferrariensem, Argentinatem. Poterit et is aliquando commutari, si iudicabitur expedire[21].

67. Qui vero mediocri aut plus quam mediocri pollent ingenio, primis sex mensibus praeter S. Thomam legant etiam Caietanum, praesertim si sint ex numero eorum, qui philosophiam publice docuerunt. Postea tertius etiam auctor accedere potest, et fere ex clarioribus. Tertio anno Gabriel, Gregorius, Henricus, Paludanus, Hervaeus, Scotus, sed horum unus fere. Quarto demum anno quibusdam ut Capreolus concedatur, nihil prohibet.

68. Tridentinum concilium quilibet semper habeat; habeat et Bibliorum volumen, ex quibus caput unum singulis quarti anni diebus perlegant. Turpe est enim theologo nunquam Sacras Scripturas perlegisse[21].

69. Secundo anno aliquem ex patribus habeant, et eum fere quem petierint, modo et utilis sit non parum, et si fieri potest, consentaneus [73] iis quaestionibus, quas tunc audiunt. Poterit et is commutari, si post aliquod tempus alium poscant; sed curetur, ne in hoc sint nimii, ut concionabundi; nec illum legant, nisi succisivis quadrantibus, vel post taedium longioris studii[21].

70. Unicuique etiam philosophorum proprii professoris opera dividat commentarium aliquem, qui ex obscurioribus non sit, nisi forte in metaphysicis. [74]

Regulae Praefecti Studiorum Inferiorum

Officium et finis

1. Auditorum professorumque omnium regulas et habeat, et perinde ac suas sedulo curet observandas; cogitetque ad id se esse delectum, ut omni ope atque opera P. Rectorem adiuvet in scholis nostris ita regendis ac moderandis, ut qui eas frequentant, quantum in bonis artibus atque in vitae probitate proficiant, nec eos, nec eorum parentes poeniteat[1].

Quales quaerendi informandique professores[2]

2. Primarii collegii, ex quo humaniorum litterarum et grammaticae magistri solent educi, praefectus quotannis sub aestivum solstitium rectori ac provinciali revocet in memoriam, ut si novis in annum alterum indigeant praeceptoribus, deligant unum aliquem docendi peritissimum, ad quem quotidie (praeter diem recreationis aut publicae disputationis metaphysicorum) per horam futuri doctores conveniant ad novum insti-[75]tuendi magisterium, idque vicissim praelegendo, scribendo, dictando, emendando, aliaque munia boni praeceptoris obeundo[3].

3. Aget cum P. Rectore, ut ab hac exercitatione quotiescunque per aestates singulas redierit, nulli, qui indigeant, eique non incommode vacare possint, eximantur; non rheto-

---

[1] Vide *Reg. praef. st. sup.* n. 1; supra, p. 249.
[2] Vide *Reg. prov.* n. 62-71 (*Magistrorum delectus et institutio*); supra, p. 238-39.
[3] Vide *ib.* reg. 67; p. 239.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

res, non casistae, non philosophi, non theologi, si docturi sunt; cum enim ad eos probe instituendos uno anno satis temporis non sit, ea institutio per plures annos iisdem inculcanda est. Inde etiam fiet, ut quoties necessitas, praesertim tumultuaria coget, copia suppetat eorum, qui magistrum agere possint sine iis periculis, quibus patere solent rudes magistri[4].

4. Det operam, ut ad hanc academiam, quae futuris velut seminarium quoddam professoribus dicata est, quicunque pertinent, diligenter exerceantur, sed ii diligentius, qui scholis propediem praeficiendi sunt. Non sunt autem praeficiendi, qui vel aetate seu moribus leviores sint; facile namque vel vilescunt, vel insolescunt vel rebus noxiis implicantur[5].

5. Iam vero scholis nostris admodum conducibile esse existimet, nostros (nisi necessitas aut aliquorum praestans indoles ac doctrina aliud exigat) initium docendi facere ab ea schola, qua uno saltem gradu superiores scientia sint, et quotannis ad altiorem progredi cum magna parte auditorum suorum; prae-[76]sertim in collegiis minoribus, in quibus magistrorum commutatio cum magnum momentum habeat, minus tamen sentietur, si notis iam magistris et magna existimatione praeditis alii nec prorsus ignoti, nec sine aliquo bene docendi usu atque opinione succedant[6].

6. Curet, quod in se est, ut qui se perpetuos dicarunt magistros, a tam laudabili proposito non excidant, neve cum non perpetuis, quoad eius fieri potest, eodem in collegio doceant; observet etiam, ex illis ecqui defatigatione aut docendi satietate minus strenuos in suo se munere praebeant, referatque ad praepositum provincialem[7].

7. Utilissimum quoque putet, ut qui perpetui non sunt, ordinarie nec minus triennio, nec amplius doceant; et solerter invigilet, ut novi praeceptores decessorum suorum docendi morem et alias consuetudines sedulo retineant, quo minus externi frequentem magistrorum mutationem incusent, si intelligant, licet magistri mutentur, docendi tamen rationem manere[8].

8. Et quoniam hebraeae graecaeque linguae cognitio, timendum est, ne nobis paulatim propter occupationes alias intercidat, contendat, quoad eius fieri potest, ut earum instituantur academiae inter nostros, in quibus eo tempore locoque academici bis aut ter in hebdomada sic exerceantur, ut inde prodire possint, [77] qui harum linguarum et scientiam et dignitatem privatim ac publice tueantur[9].

Quomodo professores dum docent adiuvandi

9. Videat diligenter (ab eo namque qui praesunt de his rebus docendi sunt) an cuiusquam scholae multitudo discipulorum duas requirat classes; et si duas, ambasne uniusmodi, an duos in ordines divisas ob magnam discipulorum inaequalitatem. Quod si auditorum frequentia magna non sit, sed tanta inaequalitas, ut sub eodem magistro duos exigat ordines, praeter themata et auctorum explicationes, quae utrisque ordinibus debent esse fere communia, in caeteris dispiciat, satiusne sit a magistro alternis illos diebus exerceri, an quotidie ambos, sed breviori tempore singulos[10].

10. Postquam unaquaeque provincia statuerit in Emmanuelis Alvari grammatica, ma-

---

[4] Vide *ib.* reg. 68.
[5] Vide *ib.* reg. 69 et 71.
[6] Vide *ib.* reg. 70.
[7] Vide *ib.* reg. 63; p. 238.
[8] Vide *ib.* reg. 66; p. 239.
[9] De academia graecae linguae constituenda cf. R 86/B *Stud. inf.* c. IV et adn. 2; supra, p. 188-89.
[10] Vide *ib.* c. IX (*Causae duplicandi professores vel ordines* ...); supra, p. 208-10.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

litne auctoris, an romanum ordinem sequi[11], iuxta ordinem, qui suae provinciae placuerit, summopere contendat, ut scholarum proprii fines ac termini conserventur, et unusquisque professor, suis contentus, non invadat in alienos.

11. Imo in proprio singularum classium penso siqua difficiliora inciderint, demonstret ipse cuilibet magistro, quaenam ex illis aut levi-[78]ter attingat, plenius edisserenda postmodum in superiore schola, aut in locum opportuniorem reiiciat aut facilioribus intermisceat.

12. Ante studiorum instaurationem de catalogo librorum, qui eo anno explicandi sunt in scholis nostris, conficiendo mature referat ad P. Rectorem. Ad haec ipse statuat, quinam deinceps intra annum libri vel auctores variandi sint; nec solum invigilet, ne magistri libris aut utilibus careant, aut abundent inutilibus, sed efficiat etiam, ut tempestive cum publicis bibliothecariis agatur, ne librorum, quibus privatim et publice aut in dies utimur, aut sequentem in annum usuri sumus, tam nos quam externi auditores nostri, copia desideretur.

13. Praescribat tum anni initio, quis in quotidianis exercitationibus obeundis ab unoquoque magistro ordo servandus sit, sicui iustis de causis non conveniat is, qui in professorum regulis constitutus fuit; tum primo quoque mense, quibusnam diebus aut scribendum in schola pro magistratibus obtinendis, aut inferior ac superior classes inter se committendae in mutuam concertationem; nec modo defendendas theses antea recognoscat, sed etiam dum certatur, praesens ipse sedulo curet, ut fructuose, modeste, pacate gerantur omnia; qua etiam de causa intersit ipse cum humanistae ad rhetoricae vel rhetores ad humanitatis scholam hebdomadariae declamationis gratia conveniunt. [79]

14. Omni ope, qua poterit, praestare nitatur, ut magistri alacri doceant animo[12]; eaque de causa cum P. Rectore, quoties oportuerit, agat, ut legitimis vacationibus, recreationibus, aliisque commodis, quae religiosos viros non dedeceant, minime careant, sed reficiantur potius defessi, et subleventur laborantes.

15. Inter ea, quae quis docturus est, siqua sint quae ipse non satis percalleat, solerter prospiciat, a quonam in his adiuvari possit opportune, ne opus sit postmodum quaerere medicamenta post vulnus.

16. Die minimum quintodecimo quoque singulos magistros docentes et palam et clam audiat[13]; sed et interdum eorum recognoscat libellos, in quibus praelectionem habendam et dictandum thema domi scribere solent. Quin etiam eorum docendi rationem ex discipulorum scriptis exploret, caute tamen per speciem exigendi audita, aut ea, quae scripserint inspiciendi, quam bene se habeant.

16 [!]. Observet, an magistri, quantum satis est, progrediantur in suo penso tam persolvendo, quam statis vicibus recolendo; an dato signo statim ingrediantur scholam; an transiliant plagarum modum in varia delicta a rectore constitutum; an dum agunt cum discipulis, decore, graviter, laudabiliter agant; an demum ita prudenter ac sedulo se gerant in omnibus, ut inde spes existat, non levis optatum gym-[80]nasii nostri fructum percipiendi.

17. Siquis magister in docendo, aut aliis in rebus suo muneri defuisse videbitur interdum, errantem perquam humaniter admoneat; neque per se ipse dumtaxat, sed per alios etiam, quibus ille non gravate solet acquiescere; nec semel aut iterum, sed saepe et saepius,

---

[11] De grammatica latina E. Álvares S.I., iussu Patris Generalis in italicum ordinem redacta et Romae edita v. *ib.* c. 33; supra, p. 123 adn. 11.

[12] Vide *Reg. rect.* n. 43; supra, p. 247.

[13] Vide *ib.* n. 48.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

donec emendationis spes reliqua est. Tandem curet in magistros frustra admonitos animadvertendum; aut ne animadversione quidem correctos, mature, priusquam malum serpat latius, amovendos.

Novos auditores admittendi ratio

18. In ultimam classem praefectus nec admittat iuvenes iam aetate provectos, qui nec disciplinam ferunt ipsi, et ferme alios turbant; neque pueros nimium teneros, etiamsi probae tantum educationis gratia mitterentur in scholam; nam dum nugas, quas domi facerent, faciunt in schola, mirum in modum onerosi sunt magistris.

19. Nullum contagioso foedove morbo laborantem, cuius consessum et consuetudinem alii exhorreant, recipiat. Quin etiam, siqui iam sunt huiusmodi in scholis, eorum parentibus vel curatoribus monitis dimittendi sunt, nec recipiendi, donec sese probe purgarint. [81]

20. Rursus reditus ad scholas nostras nemini pateat eorum, qui eiecti sunt, aut ipsi ultro discesserunt, praesertim si ex desidia aut infrequentia proficiebant pene nihil. Quocirca non alienum est ab eis initio sciscitari, an alias ad nostras scholas ventitarint, quo facilius in albo recognosci possit, qualis tum is fuerit, aut cur dimissus, curve discesserit.

21. Ut pericula fraudis evitentur, nullum, quoad eius fieri potest, in discipulorum numerum referat, qui non adducatur a parentibus, aliisve, quibus curae sit, aut quem praefectus ipse non antea noverit, aut de quo facile non possit ab aliis sibi iam notis edoceri.

22. In gymnasium quoque nostrum cooptandi non sunt, qui licet rudimentorum grammaticae satis periti sint, nesciunt tamen recte legere et scribere, quantum satis est[14]. Qui namque horum vitiorum altero laborant, nequeunt eorum compositiones sine stomacho aspici a magistris, nedum corrigi; et si ante ista non didicerint, vix postea futurum est, ut discant.

23. Admittendis denique praefectus ostendat regulas auditorum, ut quales eos esse oporteat, si nostrae se disciplinae tradere velint, intelligant; statimque notet in libello diem et annum, quo quis admissus est, cognomen etiam, patriam, parentes, aut eos, in quorum tutela est, ubi habitet; ecquis veterum discipulorum eius noverit domum. Harum enim rerum noti-[82]tia maximos et praecipuos usus habet.

Quomodo exercendi excitandique sint auditores

24. Permagni interest, ut auditoribus non modo nostris, sed alumnis etiam vel convictoribus, et si nihil obstiterit, externis quoque, praefectus per magistros diurnum tempus ita distribuat, ut privati studii horas quanto maximo fieri potest compendio bene collocent, curetque visitatores instituendos, qui an id observetur, explorent.

25. In hac temporis partitione assignari deberent ad scribendum rhetoribus horae duae, humanistis una; ad graeca vero recolenda scribendave illis quidem minimum semihora, his autem aliquanto minus. Agendum quoque, ut cum domi ad latina repetenda conveniunt, novissimum quadrantem collocent in graecis. Aliquid praeterea supersit temporis ad ediscendum, ad audita privatim recognoscenda, ad utile quicquam legendum, aliaque id genus, si non ad omnia quotidie, ad plura tamen alternis.

26. Praefectus etiam auditis magistris statuat, qui quibus auditoribus libri a bibliothecario nostro distribuendi sint. Distribuendi autem sunt ii tantum, qui in eorum scholavel exponuntur, vel possunt ac solent exponi; ex aliis [83] vero, praesertim si auctorum recentio-

---

[14] Cf. *Const.* P. IV c. 12 litt. C; MP I 285; MP II 191 § 12 236 § 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rum sint, et pauci et magno cum delectu; nam utilium etiam librorum multitudo et opprimit ingenia, et impedit, ne quotidianum pensum commode reddatur.

27. Externis etiam, si fieri potest, hic librorum delectus, seu paucitas imperetur; nec libri permittantur nondum purgati, si purgatorum non desideretur copia; quae tamen ut sit, praestare praefecti est.

28. Proprias uniuscuiusque scholae exercitationes non modo inviolate custodiat ac tueatur, nec ab iis ullam, praesertim diuturnam, pueris indulgeat exemptionem, nisi gravibus de causis; sed ad eas etiam firmius inculcandas et propagandas latius, det operam, ut ex inferiorum classium adolescentibus instituatur academia, in qua statis diebus, certisque legibus vicissim praelegatur, scribatur, recitetur, disputetur aliaeque navi auditoris partes agantur[15].

29. Latinae linguae usum strenue conservandum curet[16], nec tantum in scholis data notula, sive adversariis se mutuo accusantibus, sed etiam privatim domi praesertim inter discipulos et professores; quos non modo latine, sed etiam bene latine loqui par est, cum affectare barbariem in vitio sit. Excipiendi tamen videntur vacationum dies, et si iis, qui praesunt videbitur, recreationis hora. Superiores per se ipsi huius rei censura fungantur; sit et praefectus non tam aliorum censor, [84] quam admonitor, sicut et magister auditorum.

30. Declamationibus menstruis non modo intersit, sed etiam, quoniam dicendi magistros saepe impedit pudor, ipse corroget auditores alios honorarios, praesertim eos, qui praesunt[17].

31. Oratio quoque in studiorum instauratione publice pronuntianda non committat, ut ab alio quam a magistro aliquo insigniore scribatur; verum si is memoria aut actione parum valeat, dicatur ab aliquo alio quamvis discipulo, sive e nostris, sive ex externis, si quis longe his rebus emineat. Quo in genere ne eiusdem argumenti iteratio seu similitudo pariat satietatem, ad idem argumentum nisi post plures annos non redeatur[18].

32. Ad P. Rectorem referat tum de litteraria aliqua celebritate alternis mensibus instituenda, qua discipulorum versus per eos menses compositi affigantur honorifice; tum ut in illustribus quibusdam per annum solemnitatibus, praesertim cum votorum seu studiorum renovatio celebratur, a nostris philosophis etiam et theologis auditoribus, ne poeticen dediscant, carmen aliquod publice proponendum edatur. Eos autem versus maxime probandos censeat praefectus, qui non modo eleganter, argute, deque rebus honestis scripti sint, sed ad pios etiam affectus tam leniter, quam graviter permovendos plurimum valeant. Turpe est enim a prophanis poetis prophane affici potuisse lec-[85]torem, a piis pie affici non posse, in tanta praesertim rerum divinarum copia, quam christiana religio abunde suppeditat[18].

33. Cum emblemata, aliave poemata celeberrimis aliquot diebus ac locis propalam collocanda sunt, ea prius non modo accurate emendentur, sed etiam postquam eleganter descripta fuerint, recognoscantur non a magistro quovis, nec ab ipso praefecto, si in hisce rebus non sit apprime versatus, sed a duobus per P. Rectorem designandis earum facultatum peritissimis; qui legant omnia, seligant pauca de multis; optima enim fere pauca sunt; et ex his potius, quam ex numerosa quadam farragine existiment bonum doctrinae specimen edendum propagandumque esse; praesertim si pauca illa manu quoque librarii, ut par est, exornentur[18].

---

[15] De academia latinitatis v. R 86/A *Stud. inf.* c. 10 n. 9; supra, p. 143.
[16] Vide *Reg. rect.* n. 32-33; supra, p. 245.
[17] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. VII n. 3; supra, p. 203.
[18] Vide *ib.* n. 4; supra, p. 204.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

34. Ad instruendos etiam magistros futuros, faciendum est, ut a nostris rhetoribus, et qui humanitati vacant, habeantur in triclinio non modo orationes semel aut iterum in mense, sed praelectiones etiam interdum; non ab omnibus tamen, sed rectoris arbitrio deligendis. Verum praelectiones oportet ante probatas esse praeceptoribus, ne speciosa magis, quam utilia proferantur. Nonnunquam etiam orationes seu conciones latinae de scripto haberi possunt, si quem memoria, aut tempus ediscendi deficiat. [86]

35. Enixe conandum, ut quolibet anno semel cum minimum praemia publice distribuantur. Ea vero sumptuum statuatur moderatio, quam et scholarum numerus, et amplitudo collegii, et dignitas postulat maecenatum; quorum honorifica sane mentio facienda esset publice in ipsa praemiorum distributione, in qua hae fere leges servandae sunt[19].

De divisione praemiorum

Primae classi, quae rhetorum est, sex praemia proponentur, duo soluta orationis latinae, duo carminis, duo linguae graecae.

Secundae classi, quae est humanitatis, sex item praemia pari ratione dividentur.

Tertiae classi, quae est prima grammaticorum, quattuor praemia, duo prosae orationis latinae, totidem carminis dabuntur.

In quarta, quae est secunda grammaticorum, duo prosae orationis, aut etiam plura pro discipulorum multitudine. Idem iudicium de caeteris classibus, quotquot infra secundam fuerint.

Addentur etiam praemia tot, quot erunt scholae, dividenda iis, qui christianae doctrinae rudimenta melius tenebunt. Unus duntaxat ex unaquaque classe id praemii consequetur. [87]

L e g e s[20]

1. Scribendi certamen in tres dies divisum esto: primo die latina oratione, secundo carmine latino, tertio graeco sermone certanto.

2. Omnes in suam quisque scholam tempore primae exercitationis matutinae diebus constitutis conveniunto.

3. Accepto argumento scribendi totis tribus horis nemo e sua schola egreditor, neque cum alio extra gymnasium colloquitor; qui secus faxit, quod is postea scripserit, eius nulla ratio habetor.

4. Si quis longius spatium ad rem accuratius perficiendam expetit, is modo ne pedem e schola efferat, neque ultra vigesimam quartam horam tempus proroget, quandiu voluerit, maneto.

5. Suam quisque orationem accurate descriptam et quo signo maluerit, obsignatam, sine nomine tamen, cum discedere volet, gymnasii praefecto reddito; aliam item chartam, in qua cum nomine sit idem signum expressum, diligenter obsignatam, ne nomen inspici possit, eidem dato.

6. Gymnasii praefectus omnia sedulo et fideliter asservato, neque chartam nomina continentem, priusquam factum sit iudicium, resignato. [88]

7. Iudices tres et docti et religiosi, qui nesciant, cuius quaeque sit scriptio, deliguntor. Hi perlectis omnium scriptis, et re diligenter inspecta, de communi sententia victores tum primum, tum secundum in unoquoque genere declaranto; quod si quis de iudicibus vel manum cuiuspiam agnoverit, vel alio argumento coniecerit, cuius sit oratio, quae in contentionem ve-

---

[19] Vide *ib.* n. 5; supra, p. 205.

[20] Leges, quae sequuntur, concinnatae sunt a P. I. Perpinyà S.I. anno 1564 ad usum Collegii Romani; cf. MP II 636-40.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nit, eius de illa iudicium irritum esto.

8. In iudicio, cuius melior erit orationis forma, is caeteris omnibus, licet multo plura scripserint, antefertor; si qui genere ipso et stylo pares in scribendo erunt, qui recte scribendi rationem studiosius fuerit secutus, victor esto. Si observatio etiam recte scribendi fuerit in duobus omnino par, plura paucioribus anteponuntor. Si qui et orationis habitu et orthographia, et longitudine ac brevitate prorsus pares reperientur, illis qui elegantius expresserint litterarum notas, praemium adiudicator.

9. Si quis in omnibus generibus scribendi caeteros omnes vicerit, is etiam omnium generum praemia consequitor. Iudicio perfecto, solus gymnasii praefectus, remotis arbitris, chartas, in quibus nomina certantium cum signis adscripti erunt, resignato; nomina victorum ex signis diligenter, ne erret, investigato. Cognita nemini enunciato. [89]

10. Constituto deinde die quanto maximo fieri poterit apparatu et hominum frequentia, nomina victorum publice praedicantor, et in medium procedentibus praemia cuique sua honorifice dividuntor. Si quis non aderit, nisi commeatum antea iustis de causis acceperit a praefecto, praemium vel optimo iure sibi debitum amittito.

Unumquemque victorem e media turba praeco evocabit hoc fere modo: Quod felix faustumque sit reipublicae litterariae, omnibusque nostri gymnasii alumnis, primum et secundum et tertium etc. praemium in classe rhetoricae seu humanitatis etc. meritus et consequutus est N. ... Tum victori tradat librum, nec sine aliquo ad rem maxime apposito disticho, quod statim a cantoribus repetatur.

Ante praemiorum distributionem, aequum est, si fieri potest, brevem aliquem dialogum, argumento, quod et musis et pietati conveniat, exhiberi.

36. Neque de his modo solicitum oportet esse praefectum, sed aget adhuc cum rectore de excogitandis tum trophaeis quibusdam victoriae, quam cuiusque scholae pars una reportare solet ab altera; tum de quotidianis fere praemiolis, quae pueri vel adversarium vincendo, vel integre aliquem librum repetendo memoriterve reddendo, vel illustre aliquid gerendo [90] in dies commeruisse videbuntur.

37. De agendis denique comaediis aut tragaediis ut tempestive deliberetur, praeposito provinciali suggerat. Neque committat, ut labor ille multiplex in erudiendis actoribus, in varia veste sumptuque conquirendo, in extruendo theatro, aliisque scenicis actionibus, ferme totus incumbat in poetam; cum aequissimum sit illum aliorum, qui ab ipso dirigantur, opera levari. Neque vero, quo loco drammata exhibentur, aditus sit mulieribus; neque ullus muliebris habitus, aut si forte necesse sit, non nisi decorus et gravis introducatur in scenam[21].

Auditorum examen et promotio ad superiorem classem[22]

38. Generalis solemnisque promotio semel in anno post anniversarias vacationes facienda est[23]; ad quam cum strenue discipuli uno ferme ante examen mense instruendi sint, faciendum omnino praefecto est, ut hoc velut messis tempus ipsis magistris reservetur, neque tunc eis relaxationis gratia (ea vero circa ferias Paschatis aut S. Ioannis Baptistae danda esset, quibus opus est) novi alii substituantur ad tempus, cum discipuli sub anni exitum non modo difficilius in officio contineantur, sed usu iam callidi facile inexper-[91]tos praeceptores eludant; atque ideo peritum, suumque desiderent, qui totius anni quasi fructus tum colligat.

---

[21] Vide *Reg. prov.* n. 84; supra, p. 241.

[22] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. X (*Promotio ad sup. classem*); supra, p. 210-16.

[23] Vide *ib.* n. 2; supra, p. 210.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

39. Promovendorum examinatores tres esse oportet ab ipso rectore de praefecti sententia constitutos[24]; qui quidem sint et iudices ad plura suffragia. Horum supremus sit praefectus; duo alii nec sint praeceptor a quo pueri ascendunt, nec alter ad quem ascendunt, sed alii (ubi possunt haberi), licet philosophiae vel theologiae auditores, modo in humanioribus litteris versati sint, easque docuerint aliquandiu, et ab huiusmodi studiis recentes sint. Quales si non facile reperiantur, certe oportebit eum, qui praesidet examini, huiusmodi esse, ut quod caeteris desit, supplere ipse possit.

40. Porro ubi est ingens multitudo discipulorum, ut expeditius res geratur, plures tribus adhiberi possent, qui examinent, modo idonei sint; atque ita distribuantur, ut etsi locis divisi sint a praefecto, ei tamen, quem ipse sibi suffecerit, pareant; atque ab illius praescripto et auctoritate nullo modo discedant[24].

41. Cum magistri iudicium de singulis magnam habeat auctoritatem ac momentum in discipulorum examine, principio qui ad examinandum sederint, perlegant catalogum a magistro traditum adscriptis notis egregiae industriae aut negligentiae, ingenii aut tarditatis, frequentiae aut infrequentiae, reliqua-[92]rumque rerum. Conferant etiam cum superioris anni catalogo novum, ut ex utroque, quid quisque profecerit aut profecturus sit, facilius appareat[25].

42. Biduo fere aut triduo ante, dies, quo examinis causa scribendum sit, pronuntietur a magistro; simulque praemoneantur discipuli, ut pridie eius diei omnes adsint ad scriptionis leges cognoscendas; quarum vel una neglecta eis plurimum obesse possit[26].

Sunt autem hae fere leges[27]*:*

1. Ipso scriptionis die, si qui (nisi gravibus distenti causis) desiderentur, eorum in examine nullam habitum iri rationem, nisi forte ut propter inertiam et negligentiam ad inferiorem scholam trudantur ad tempus.

2. Mature veniendum ad scholam, ut thematis argumentum et ea, quae tunc praefectus traditurus est aut ultro aut interrogatus, fideliter excipiant; nam post indictum silentium nemini cum aliis, ne cum praefecto quidem ipso loqui licitum fore; quicunque vel unum verbum miserit, eum non impune laturum. Ipse etiam praefectus inter scribendum, si quem monitum oportebit, ne turbentur alii, ad eum accedat, et nutu potius, quam voce rem componat.

3. Accedere oporteret instructos atramento, calamo, charta, libris, caeterisque rebus ad [93] scribendum necessariis, ne quicquam ab ullo alio utendum petere necesse sit inter scribendum; qui petierit aut alia de causa cum ullo fuerit locutus, eo loco habendum perinde ac si nihil scripserit.

4. Curandum, ut ad suae quisque classis gradum apposite scribat, et ex praeceptis in ea traditis; si qui suae classis fines ac modum excesserint, superioris scholae rationem affectando, horum etiam recte scripta pro erratis numeratum iri.

5. Dilucide scribendum, et iuxta thematis verba modosque praescriptos. Ambigue scripta in deteriorem partem acceptum iri; verba etiam omissa aut temere immutata difficultatis evitandae causa pro erratis fore.

6. Cavendum a consessoribus; nam si duae forte compositiones similes ac geminae reperiantur, utramque habitum iri pro mala, cum uter ab utro furatus sit, exploratum esse non possit.

---

[24] Vide *ib.* n. 8; supra, p. 211.
[25] Vide *ib.* n. 5 et 6; supra, p. 210-11.
[26] Vide *ib.* n. 10; supra, p. 212.
[27] De legibus, quae sequuntur, v. *ib.* n. 11.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

7. Ad fraudes vitandas, si cui forte potestatem exeundi, postquam scribi coeptum sit, dare necessitas cogat, iuris esse, ut is et argumentum scriptionis, et quicquid scripserit, apud praefectum relinquere iubeatur.

8. Compositione absoluta, suo quisque loco, quae scripsit, diligenter recolat, castiget, expoliat, quantum velit; nam simulatque compositio tradita praefecto sit, si quid deinde correc-[94]tum oporteat, haud quaquam redditum iri; proinde ne illi postea molesti sint.

9. Rite complicandam esse, ut praefectus iusserit, suam unicuique compositionem; atque in tergo auctoris tantum nomen cum cognomine adscribendum latine, quo facilius compositiones omnium in alphabeti ordinem redigi possint.

10. Cum suam quisque compositionem traditurus accedit ad praefectum, secum suos habeat libros, ut ea tradita statim silentio exeat e schola, nec caeteros turbet, qui adhuc ad scribendum intenti sunt; hi vero aliis discedentibus loca non mutent, sed compositionem, quo coeperint loco, perficiant.

11. Bis soluta oratione, bis carmine, bis graece scribendum ad examen; si quis forte cum scribitur primum, absit, sine iusta causa etiam cum scribitur iterum, excusationem nullam habiturum; at si iusta de causa abfuerit, alteram solum scriptionem usui futuram ad examen.

12. Quae potissima in quaque schola sunt et accuratissime tradita, ea potissimum in cuiusque classis dictatum inclusum iri. Id quod non eo tantum tempore, sed iam inde ab initio anni pueris denuntiandum est, ut ad huiusmodi res bene percipiendas acuat eorum industriam.

13. Si quis tempore ad scribendum circumscripto scriptionem non absolverit, ut eam ipsam partem, quam scripserit, tradat, coactum iri. [95] Idcirco probe intelligi ab omnibus oportere, quantum temporis ad scribendum cuique conceditur, ut scribat, recognoscat, rescribat, et rescripta tradat in tempore.

43. Scribentibus praesit non magister, sed praefectus aut alius, cui hoc ille muneris dederit; qui quo die scribendum est, signo dato argumentum accurate tradat; quod breve potius quam longum esse oporteret, quo pueris plus temporis suppetat ad accurate scribendum, recognoscendumque quod scripserint.

44. Sit etiam thema perspicuum, nec extraordinariis refertum difficultatibus, sed iis tantum, ex quibus, an probe quis teneat, quae suae classi propria sunt, iudicium ferri possit. Dictatum vero iubeat praefectus continuo recitari; explicet, si quid obscurius videatur; vocabula et dicendi formulas, quas per se discipuli reperire nequeant, sponte tradat; praescribat etiam, si quid accommodate ad aliquod praeceptum fieri volet.

45. Postquam scriptum fuerit, dimissis pueris, compositiones in fasciculum coniiciat praefectus et dividat examinatoribus; a quibus, ut uno aspectu, cum ad examen ventum fuerit, cuiusque errata cernantur, aequum est, ubi commode fieri potest, partito inter ipsos onere, cuiusque classis compositiones per otium domi [96] perlegi et errorres notari in margine, errorumque summam referri ad cuiusque nomen.

46. Quid de unoquoque in examine constitutum fuerit, silentio supprimatur; ipsos etiam lateat magistros ad motus turbasque vitandas. Praefectus autem superiorum facultatum, si velit interdum examini interesse, nec interroget, nec ferat sententiam, ne eius auctoritas examinatores obruat.

47. Pueri dum ad examen accedunt, libros de quibus interrogandi sunt, secum afferant; dumque interrogatur unus, caeteri, qui adsunt, diligenter attendant, ut si eadem de re ipsi interrogentur, paratum habeant, quod respondeant. Verum nec annuent aliis, neque corrigent quenquam, nisi rogati.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

48. E re est ternos interrogari, vel quod societas in periculo animos faciat, vel quod dum alius alium corrigit, magnum fit compendium temporis. Verum dum tres interrogantur, totidem pro foribus modeste praestolentur; ac deinceps, ubi tres interrogati ad gymnasium redeunt, tres item alii summittantur a magistro, idque servato alphabeti ordine, ut omne certamen honoris tollatur in praecedendo.

49. Examinis ratio haec fere sit[28]: Primum, suae quisque compositionis partem recitet; deinde errata corrigere et eorum rationem reddere iubeatur, regula, contra quam peccatum sit, indicata; post a grammatiçis vernaculum ali-[97]quid statim vertendum latine exigatur, aliquid etiam de generibus aut praeteritis pro varietate scholarum; brevis adhuc cuiusquam ciceroniani loci interpretatio ex libro in schola explicato reposcatur.

50. Ab humanitatis ac rhetoricae discipulis figurae etiam alicuius aut argumenti ex locis deprompti exemplum exquiratur, aut haec eadem in aliqua Ciceronis oratione a magistro explicata iubebuntur agnoscere; interrogentur etiam de arte metrica, tametsi graecarum litterarum examen alias seorsim habendum sit[28].

51. Timidioribus addantur animi, idque enixe curandum, cum nonnunquam perturbentur etiam ii, qui in optimis numerantur. Quod si quis acriter reprehendendus videatur, id non ante fiat, quam finis factus sit interrogandi. Et discipuli, qui optimam in magistri catalogo habebunt notam, citius poterunt expediri; in mediocribus ac dubiis excutiendis plus operae ponetur et temporis[28].

52. Examinatorum labor vicissitudine relevetur; quare interrogandi munera cum varia sint, ea inter se partiantur, aut omnia certe per vices obeant, uti eis commodum fuerit. Post cuiusque vero ternarii examen, protinus recentibus adhuc examinantium iudiciis, sententiae de interrogatis ferantur, habita trium rerum ratione: compositionis, notae a magis-[98]tro additae et interrogationis. Ex quibus si quis apparet ineptus, nullus aut externis aut nostris locus pateat ad deprecandum[29].

53. Si de nonnullis dubia atque anceps fuerit deliberatio, multos esse dubios edicatur in schola ad omnes in officio continendos. Ad constituendum autem de dubiis praefectus primum eorum quotidianas compositiones per intervalla temporum ex improviso exigat; deinde tota classis iterum scribere iubeatur iisdem legibus; habenda tamen semper est in dubiis ratio aetatis, temporis in ea classe positi, ingenii quoque et diligentiae; et tandem ii promoveantur, quibus superior classis nihilo minus, quam sua profutura existimetur.

54. Peracto demum examine, cuiusque classis catalogus promovendorum conficiatur; eoque publice recitato statim subiiciatur. Alios praeterea iustis de causis promotum iri, quo nomine intelligentur, qui non alia fere de causa provehentur, nisi quia vel gradiores natu, vel diutius in ea schola versati sint ob ingenii tarditatem, quanquam non indiligentes[30].

55. In catalogo recitando, si qui forte inter caeteros emineant, primi honoris causa nominentur; in caeteris alphabeti ordo servabitur; dummodo si qui negligentiores aegre quidem, promovebuntur tamen, in extremum reiiciantur cum huiusmodi nota: Eos promoveri experiundi caussa, quid possint in superiori schola; [99] ea tamen lege, ut si minus suam magistro probarint industriam, ad inferiorem retrudantur.

56. Praeter hanc generalem promotionem, intra annum insuper qui in superiori schola magis, aut nihilo minus, quam in sua (id vero vix accidere potest humanistis) profecturi videbuntur, nequaquam detineantur amplius, sed ascendant omnino sive pauci, siv e (excipe pri-

---

[28] Vide *ib.* n. 15; supra, p. 214.
[29] Vide *ib.* n. 16, supra, p. 215.
[30] Vide *ib.* n. 17.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

manos, quorum perpauci et eximii quidam ad id esse solent idonei) multi fuerint, idque quolibet anni tempore, etiam si saepe et saepius id faciendum esset.

57. Ad investigandum autem, quinam intra annum promotione digni sint, recolat frequenter praefectus discipulorum catalogos cum notis additis a magistro; ipse etiam interdum eorum, quos prope maturos existimat, compositiones recognoscat, cumque ei videbitur opportunum, rem ad duos alios examinatores referat; et plurium iudicio, quid facto opus sit, decernatur[31].

Pietas ac disciplina morum[32]

58. Patrem rectorem roget, an praeter magistrorum pias exhortationes in sabbato, alia adhuc a patre quopiam gravi habenda sit in ampliore aliqua classe, ad quam [100] inferiores tantum vel etiam superiores cogantur; et an ex usu sit, ut ipsemet praefectus, aliusve aliquo per hebdomadam die in aliqua classe in orbem varianda, monita salutaria et propria puerorum moribus tradat.

59. Diebus et horis ad excipiendas discipulorum confessiones[33] constitutis, contendat omnino, ut confessarii, quotquot opus fuerint, tempestive praesto sint, ne tempus terant exspectando; statuat etiam cum a discipulis exitur tam in atrium quam ex atrio gymnasii, quis scholarum ordo servandus sit; omnibus adhuc praesidiis ad id opportunis enitatur, ut puerorum ingressus in templum et egressus strepitu careant; et nunquam, ne die quidem vacationis, missam audiant, nisi praesente aliquo magistrorum, quem vereantur ac timeant.

60. Cuiusque anni initio sua singulis auditoribus scamna et confessores assignet, eos scilicet, qui singulorum modestiae ac moribus profuturi credantur; nobilibus etiam nobiliora subsellia; nec committat, ut in considendi ordine magna aliqua se inscio fiat commutatio[34].

61. Suum in quaque classe publicum censorem constituat[35], qui ut in honore sit apud condiscipulos, privilegio quopiam exornandus erit, et ius habeat leviores paenas aliquibus condonandi. Is curet, ante signum datum ne quis ex discipulis haereat in atrio, sed statim scholam, nec alienam, sed suam ingrediatur; nec ab ea [101] vel e suo loco discedat; referat etiam ad praefectum, si quis externus scholam intrarit, ac, si quid praesente magistro peccetur in schola, praeter hunc sunt et alii praefecto secreti censores, unde certius cuncta cognoscat.

62. Caveat, ne pueri propter domestica delicta plectantur in schola, nisi raro et magna de causa. Recusantibus autem plagas aut moderata vis inferatur, aut si quando id indecore fiat, praesertim cum paulo grandioribus, qui nunquam cogendi sunt, gymnasium nostrum his interdicatur, sicut et iis, qui frequenter absunt a schola.

63. In atrio scholarum nihil patiatur armorum, nihil ocreorum, qui modestiae, quieti, ac disciplinae morum solent obesse non parum. Nihil denique concursationum et clamorum, praesertim per aestivos calores a puero.

64. Tam festos dies, quam legitimas vacationes [...] provinciis cum his communes, aut suas proprias ab iis, qui praesunt, diligenter cognoscat, easque magistris tempestive denuntiet, praesertim hebdomadarias, atque etiam si pueris aliquid [...] per annum versantibus vacationes [...] ab eo [...] a [...] iis, qui etiam in [...] quaeque [...] narrant.

---

[31] Vide p. 3, supra, p. 210.
[32] Vide p. 3, VII. Pietas [...] supra, p. 222-231.
[33] De confessione discipulorum [...] p. 3, supra, p. 224.
[34] Vide p. 3, [...] supra, p. 227, n. 225.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

65. Mature etiam exploret ac magistris significet, quibus quoque anni tempore horis inchoandae scholae finiendaeque sint; quando item [102] discipuli ad processiones, ad spectacula, aliaque id genus dimittendi; intelligat denique iniussu rectoris sibi ius non esse aut novi aliquid in rebus gravibus introducendi, aut ea, quae usu iam recepta sunt, abrogandi. [103]

REGULAE PROFESSORIS SCRIPTURARUM [1]

1. Intelligat suas praecipue partes esse, divinas Scripturas iuxta germanum litteralemque sensum, qui rectam in Deum fidem bonorumque morum instituta confirmet, pie, docte, graviter explicare[2].

2. Eum sensum ut assequatur, locutiones ac figuras Scripturis proprias observet; nec modo loci, quem in manibus habet, antecedentia et consequentia, sed alia quoque loca, in quibus eadem phrasis, idem aut non idem valeat, solerter inter se conferat[2].

3. Ex hebraeis ac graecis exemplaribus, quod usui fuerit in eam rem, proferat; breviter tamen, nec nisi cum vel ipsorum latinaeque editionis vulgatae aliqua diversitas conciliationis indiget, vel aliarum linguarum idiotismi ad maiorem conferunt sive perspicuitatem sive energiam[2].

4. Aliarum versionum sive latinarum recentiorum, sive chaldaicae, syriacae, Theodotionis, Aquilae, Symmachi nec errores, nisi et insignes et in speciem probabiles, suscipiat refellendos; nec ea vicissim praetereat, quae latinae editioni vulgatae fideique nostrae mysteriis valde fa-[104]veant, praesertim si fuerint apud septuaginta interpretes, de quibus honorifice semper loquendum est[2].

5. Si quem litteralem cuiusquam loci sensum esse significant pontificum seu conciliorum, praesertim generalium, canones, eum litteralem esse defendat, nec alios praeterea litterales addat, nisi eximiis adductus coniecturis[2].

6. Iidem canones si quo ex loco dogma aliquod fidei constabiliunt ex instituto, eum quoque sensum aut litteralem aut mysticum, certum tamen, esse doceat[2].

7. Sanctorum quoque patrum vestigiis veneranter insistat. Ex quibus si quicunque locum quempiam tractarunt, in eius sensum aliquem sive litteralem, sive allegoricum consentiant disertis verbis, praesertim dum ex professo de Scripturis aut de dogmatibus disputant, ab eorum interpretatione non recedat[2].

8. Sin de uno aliquo sensu inter patres non conveniat, ex eorum variis (tanto magis, si contrariae non sint) expositionibus eam praeferat, in quam a multis iam annis Ecclesia magno consensu videtur esse propensior[2].

9. Quin etiam si quod est fidei dogma, quod fere quam plurimi patres aut theologi ex Scripturis probare contendunt, id ipse probari inde posse non neget[2].

10. Si quid sit in hebraeorum rabinis, quod vel pro latina editione vulgata, vel pro catho-[105]licis dogmatibus fructuose posset afferri, id ita afferat, ut illis propterea nec auctoritatem ullam, nec auditorum amorem conciliet; praesertim si fuerint ex iis, qui post Christum Dominum scripserunt[2].

---

[1] De S. Scripturis cf. R 86 A et B; supra, p. 43-47.

[2] Vide R 86/A *De Scripturis* n. 2; supra, p. 44.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

11. In caeteris rabinorum rebus conquirendis, aut etiam erroribus exagitandis, nisi valde celebres sint, non laboret. Idemque servet in legendis quibusdam recentioribus christianis interpretibus, plus nimio rabinos secutis[2].

12. Imo neque punctis, quod rabinorum inventum est, confidat admodum, sed diligenter expendat, quomodo noster vel Septuaginta, vel antiqui interpretes alii legerint, cum puncta non essent[2].

13. In quolibet Scripturae loco, nisi magnum sit et morae et operae pretium, non haereat valde, ne lenti fiant progressus. Quin potius totum v. gr. Esaiam uno anno explicare laudabile est[3].

14. Quocirca sacrorum librorum aliquos quidem (facilioribus eorum nunnullis capitibus exceptis) explicet ad longum, ut Job, Psalmos, Prophetas, Ecclesiastem, Cantica, Proverbia, prima capita Geneseos, Evangelia, Epistolas S. Pauli, ac caeteras, quae vocantur canonicae, et Apocalypsim[4].

15. Caeteros autem libros sicut per quaestiunculas (nisi raro nec sine magni emolumenti spe) explicare non debet; ita satis fuerit summam capitis initio perstringere, mox paucis [106] quibusdam difficilioribus explanatis, ad alia progredi[4].

16. Quaestiones Scripturis proprias scholastico more non pertractet; nec (nisi locus ipse id exigat necessario) in varia temporum supputatione, aut in perscrutandis Terrae sanctae locis, aut in huiusmodi aliis parum utilibus multum temporis ponat. Auctores, qui de his copiose disserunt, satis erit indicare[5].

17. Allegorias et moralia, si vulgata non sint, et in sensu ipso litterali quodammodo nata videantur, atque ingeniosum ac perspicax aliquid praeseferant, non praetermittat. Quae eiusmodi non fuerint, significet tantum, quibus ex patribus possit ea sumere, qui velit[6].

18. Si quem incidat in locum vel nobis cum haereticis controversum, vel in theologicis concertationibus in utramque partem iactari solitum, exponat tantum, graviter tamen et strenue, praesertim si adversus haereticos agat, quantum is locus ponderis habeat ad eam quaestionem definiendam; omittat caetera, ut instituti sui memor nihil aliud, quam Scripturam docere videatur[5].

19. Si aliqui duo Scripturae libri in eadem materia versentur, dum exponit unum, proprii quidquid habet alter, inserat. Hoc modo referri potest Deuteronomium ad alios tres proximos Mosis libros; Paralipomenon ad libros Regum, et in evangeliis Marcus ad Matthaeum; [107] tametsi cum his etiam Lucas et Ioannes exponi possent, sed nonnisi cum eandem rem, aliter tamen enarrant[7].

20. Novum et Vetus Testamentum, nisi aliud interdum satius esse iudicetur, alternis annis explicet. Nec librum uno caeptum anno extrahat in alterum, nisi gravem ob causam[7].

21. Ad eundem librum interpretandum non recurrat, nisi post explicatam maiorem fortassis partem praecipuorum librorum.

22. Ut Scripturae studium magno in honore apud auditores sit, quoad eius fieri poterit, enitatur. Quare cum egregium aliquem Scripturae expositorem in medium producit, cum dignitate proferat, et ab aliis prolatum excipiat honorifice[8].

---

[3] Vide *ib.* n. 1.
[4] Vide *ib.* n. 5; supra, p. 46.
[5] Vide *ib.* n. 3.
[6] Vide *ib.* n. 4.
[7] Vide *ib.* n. 6.
[8] Vide R 86/B *De Scripturis* c. II n. 3; supra, p. 164.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

23. Semel in hebdomada, quo die rector statuerit, praelectiones suas domi repeti iubeat a nostris, eos de praecipuis capitibus per hebdomadam auditis interrogando.

24. Semel etiam quolibet mense ipse una cum studiorum praefecto designet unum aliquem ex theologis auditoribus, qui in refectorio dum prandetur aut caenatur, lectionem habeat, qua obscuriorem aliquem ac celebriorem Scripturae locum egregie pertractet atque explicet[9].

25. Idem semel aut iterum per mensem publice fiat in gymnasio; idque ea hora, qua professor ipse docere solebat; dimidia praelegat auditorum aliquis, dimidia altera duo, quos ad id [108] professor satis instruxerit, argumententur, non aliunde tamen, quam ex variis sive Scripturae locis, sive linguarum idiotismis, sive patrum interpretationibus[9].

26. Hortetur suos interdum ad hoc studii genus, eisque denunciet, ad magistri doctorisve gradum non promotum iri, nisi qui prius ex primariis Scripturae locis theses aliquas defenderint, scholasticis intermixtas[10].

REGULAE PROFESSORIS SCHOLASTICAE THEOLOGIAE

Finis et officium

1. Sui muneris esse cogitet, solidam disputandi subtilitatem ita cum orthodoxa fide ac pietate coniungere, ut huic in primis illa deserviat. Eam ob rem quaecunque de opinionum delectu a Societate praescripta sunt, caste integreque servare studeat[1].

Professorum annorumque termini

2. Si duo fuerint professores, unus quadraginta tres quaestiones ex prima parte S. Thomae explicet primo anno[2]; secundo anno materiam de angelis cum quaestione, an repugnet assumi creaturam ut instrumentum creationis; et viginti unam quaestiones ex prima secundae; tertio anno a quaestione quinquagesima quinta, vel septuagesima prima ad finem primae secundae. In explicando autem originali peccato aliquid ex prima parte posset inseri [110] de statu innocentiae, saltem de essentia et subiecto originalis iustitiae. Quarto anno ex secunda secundae disputet de fide, de spe, de charitate cum omnibus vel plurimis controversiis de Scripturis, de traditionibus, de conciliis, de Ecclesia, de Romano Pontifice.

Alter autem professor primo anno exponat ex secunda secundae quaestiones de iustitia et iure, et praecipua quaedam de religione, ut de voto, de iuramento, de simonia. Secundo anno ex tertia parte quaestiones de Incarnatione; et si potest, aggrediatur etiam sacramenta in genere, quae si tunc non absolverit, sequenti absolvat anno. Tertio anno de Baptismo et Eucharistia; et si quid poterit de sacramentis Confirmationis, Ordinis, Extremae unctionis disserat. Quarto anno de Poenitentia et Matrimonio.

3. Ubi tres erunt theologiae professores, primus enarret anno primo viginti sex quaestiones ex prima parte. Secundo anno reliquas eiusdem primae partis quaestiones, quascum-

---

[9] Vide *ib.* n. 1.

[10] Vide *ib.* n. 2.

[1] Vide R 86/A *De opinionum delectu;* supra, P. I, p. 77-78.

[2] De quaestionibus singulis annis explicandis v. *ib. De schol. theol.* c. II n. 1-4; supra, p. 52-54.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que poterit. Tertio anno ex prima secundae quicquid poterit ante quaestionem octogesimam primam. Quarto anno reliquum primae secundae.

Secundus professor exponat anno primo ex [111] secunda secundae controversias de Scriptura, de traditionibus, de Ecclesia, de concilio, de romano pontifice. Secundo anno quaestiones de fide, spe et charitate. Tertio anno quaestiones de iustitia et iure; de restitutione, de usura, de contractibus quantum potest. Quarto anno absolvat si qua de contractibus superfuerant; et addat quae de religione et statibus disputat S. Thomas.

Tertius professor edisserat primo anno ex tertia parte quaestiones de Incarnatione; et, si potest, explicet etiam sacramenta in genere, vel inchoet sequenti anno finienda. Secundo anno disputet de baptismo et Eucharistia. Tertio anno de poenitentia et matrimoni. Quarto anno de censuris ecclesiasticis; et nonnihil de sacramentis confirmationis, ordinis et extremae unctionis, si de his nihil secundo vel tertio anno disserere potuit.

4. Quoniam in partibus S. Thomae quaedam sunt quaestiones, quas scholasticae theologiae non tam necessitas, quam plenitudo postulat, quaenam illarum sibi sint omittendae, vel percurrendae, vel alio transponendae, cognoscet professor ex catalogo, qui ad finem regularum subiicietur[3]. [112]

5. Ex quaestionibus vero, quae sibi pertractandae fuerint, singulas intra annum, cui ascriptae sunt, absolvat. Si quas non poterit, praetermittat omnino, nec alterum in annum reiiciat.

Explicatio S. Thomae

6. Si quando S. Thomas eandem difficultatem in plures distrahit articulos, praesertim diversorum quaestionum, caveat professor, ne idem duobus repetat locis[4].

7. Poterit etiam, si velit, in unam disputationem vel in compendium redigere articulos illos, dummodo nihil praetereat, quod in articulis singulis observatione dignum sit, ut sit potius ordinata quaedam S. Thomae explicatio[4].

8. Faciles percurrat articulos; itaque praelecto titulo, mox vel nudas S. Thomae conclusiones indicet, vel dicat tantum, respondet S. Thomas negative vel affirmative.

9. Difficiliores autem diligenter explanet, magis tamen minusve pro rerum gravitate; idque hoc fere modo atque ordine: Continuetur primum articuli titulus, atque explicetur, si quid habet obscuri. Tum exponatur distinctio, si qua est, ex cuius membris conclusiones St. Thomae nascuntur. [113] Mox conclusio primaria S. Thomae; dehinc aliae, ut appendices, ponantur. Conclusionibus singulis, nisi perspicuae sint, annectatur aliqua ratio S. Thomae; verumtamen non nisi nudas conclusiones scribant auditores continuationis gratia, vel etiam aliud quid, si obscurum sit. Si quid praeterea indicari ex libro operae pretium sit, quia id per se discipuli perspicere aut colligere nequeunt, indicetur. Dehinc dubia litteralia, si qua fuerint, edisserantur.

10. In his omnibus curandum imprimis, ut auditores erga S. Thomae doctrinam bene afficiantur, eiusque distinctiones ac rationes magni faciant; quare regulariter explicandae illae sunt et aliunde muniendae, cum aliis in locis se ipse declaret[5].

Quaestionum pertractatio

11. Explicato quolibet S. Thomae articulo, suam, si res exigat, quaestionem professor instituat; non tamen prolixiorem ullum tractatum, nisi in iis materiis, quae vel in S. Thoma non habentur, vel habentur quidem, sed utilius explicantur compendio[6].

---

[3] Vide *Catalogus quaestionum ... ;* inferius, p. 175.
[4] Vide R 86/A *De schol. theol.* c. II n. 5; supra, p. 54.
[5] Vide *ib.* c. III n. 1; supra, p. 55.
[6] Vide *ib.* n. 3; supra, p. 56.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

12. In quaestionibus, de quibus inter doctores non convenit, non adducantur opiniones obsoletae, absurdae, inutiles, manifesto falsae. [114]

13. Suas professor conclusiones probare studeat argumentorum non tam numero, quam pondere; seligat intaque praecipua quaedam, leviora praetereat.

14. Cum ex doctorum testimoniis pugnandum est, non ipsa auctorum verba recitet, sed sententiam, nisi aliud res postulet; et pauca fideliter potius proferat, quam multa, quorum ipsos fontes sedulo non exploraverit.

15. Non coacervet obiectiones, sed potissimas seligat; nec earum unam multipliciter refellat, nisi gravi de causa; quin et interdum earum confutatio praetereunda est, si ex iactis ea fundamentis facile pateat.

16. Atque haec omnia vel ampliora, vel contractiora esse oportet pro vario quaestionum gradu atque ordine; sunt enim quaedam adeo leves, ut una fere probatissima opinione, eiusque una aut altera ratione contentae sint, vix totidem adductis ac solutis obiectionibus[7].

17. Ex quaestionibus autem mediocriter aut breviter exponi solitis, quae astrictius ac pressius uno quadriennio tractatae fuerint, tractentur in altero paulo plenius per alterum professorem; quem principio quadriennii studiorum praefectus admonebit[8]. [115]

De dictando[9]

18. Si quis professor citra dictationem ita docere potest, ut quaecunque scribenda sunt, commode valeant ab auditoribus excipi, is ne dictet, optandum est.

19. Id vero assequi, nisi dictando, quicunque non poterunt, ita dictent, ut non verbatim interposita mora, sed uno fere spiritu propositionem pronuntient, et si oportuerit, repetant totidem verbis.

20. Nec omnia, quae docentur, dictanda sunt; non enim quae habentur in vulgatis atque in promptu positis auctoribus, nisi quid occurrat obscurum admodum.

21. Breviter ac presse dictandum, non obscure quidem, sed neque tam enucleate, ut vilescat professoris explicatio; resideat potius in auditoris animo stimulus quidam ad attente studendum, ad inquirendum, ad interrogandum.

22. Nec totam quaestionem professor dictet, mox explicet; nec contra, sed dictando explicandoque vicissim, suam praelectionem ex utroque pertexat, ut uni statim succedat alterum, idque in singulis fere particulis ac periodis; quarum unam aut alteram postquam explicaverit, continuo dictet, aut simulac dictaverit, explicet. [116]

Censura doctrinae[10]

23. In opinionibus a Societate definitis non est satis professorem referre doctorum sententias, suam reticere; sed defendat opinionem praescriptam, vel quaestionem ipsam relinquat, differatve ad cogitandum accuratius de proposita re.

24. Theses publice proponendas postquam ipse recognoverit, recognoscendas mittat et praefecto; eiusque, si quid commutandum putaverit, acquiescat arbitrio; sin minus, rector adeundus.

25. Si quid inter docendum disputandumve erratum fuerit non adversus rectam fidem (tunc enim quid facto opus sit, perspicuum est), sed adversus decreta Societatis, id professor ex praefecti praescripto exponat aut retractet.

---

[7] Vide *ib.* c. II n. 8; supra, p. 54.

[8] Vide *ib.* n. 9; supra, p. 55.

[9] De professorum dictandi consuetudine cf. R 86/B *De schol. theol.* c. III n. 4; supra, p. 170.

[10] De censura doctrinae cf. *Reg. rect.* n. 11-14; et *Reg. praef. st. sup.* n. 23-26; supra, p. 244 et 251.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Repetitiones[11]

26. Optabile est, ut praeceptor ad ea, quae docuit, statim repetenda, suos in schola et in officio contineat; eorumque unum aut plures de variis lectionis auditae partibus interroget, caeteris audientibus; deinde per se vel alium dubitationes tunc ab auditoribus proponi solitas explicet[12].

27. Id vero si aegre potest obtineri, post lectionem in schola vel extra scholam per quadran-[117]tem cum minimum maneat, ut a nostris et ab externis ad eum accedentibus possit interrogari. Qui vero non accedunt, inter se repetant bini seu quaterni. Tametsi si qui tunc audire respondentem magistrum possint et velint, prohibendi non sint[12].

28. Domi quoque quotidie praeter sabbata, vacationes et festa, fiant a nostris repetitiones; a quibus abesse, si velit, praeceptor potest, dummodo praesto sit alius, qui admodum commode praeesse valeat, rectoris arbitrio[13].

29. Iubeat praeses omnes ad repetendum totum paratos accedere; interroget autem quos ipse volet, partite tamen et membratim; neque vero pauciores, quam tres, per quadrantem.

30. Id ubi aegerrime fieret, aut non bene cederet, praemoneantur tres ad totum quidem, sed postea per partes exigendum a praeside. Nec repetatur ex scripto, sed memoriter.

31. Post repetitionis quadrantem disputetur. Antequam vero quaestio, quam praeceptor ad explicandum S. Thomam habere solet, finiatur, de ea nullus argumentetur.

32. Disputetur autem a tribus, a quolibet per quadrantem; tribus etiam quotidie, quo plures exerceantur, respondentibus. Id temporis ut satis sit tribus, rigor formae in disputando servetur, et cum iam novi nihil affertur, praecidatur argumentum; si quando tamen non esset locus tertio, differatur is in sequentem [118] eiusdem materiae repetitionem.

33. Verumtamen si vel ob materiae difficultatem, vel ob discipulorum paucitatem, vel ob tarditatem ingeniorum, vel quia frequenter locus tertio deesset, id servari non posset, duo sint satis; et si quid interdum temporis superesset, dubia proponantur.

34. Ubi sub kalendas iulias vacant a prandio superiores facultates, ab eo die ad Natalem B. Mariae repetantur audita toto anno, distributis aut designatis a praeceptore primariis quaestionibus[14].

35. In hac exercitatione unus auditorum repetat praecipuas conclusiones cum uno vel altero argumento per quadrantem; duo argumententur contra duos aliquos reliqua hora.

36. Repetantur autem unius professoris quaestiones hebdomada una, altera vero alterius; ita tamen ut hebdomada qualibet interponantur duae praesentium lectionum repetitiones, una unius, altera alterius professoris.

37. Hoc ipsum repetitionum genus introducatur in ea quoque loca, in quibus licet non vacetur aestate post prandium, vacatur tamen duobus mensibus post annuos studiorum labores.

38. Et priori quidem harum vacationum mense intersint omnes repetitionibus. Altero autem ita distribuantur, qui vicissim egrediuntur ad villam, ut numero mediocri sustentetur [119] haec exercitatio. Sed ultima hebdomada vacandum penitus.

39. Toto harum repetitionum tempore, sive ab aestivis pomeridianis, sive ab annuis vacationibus inchoentur, semel in hebdomada, die dominico aliove pro rectoris arbitrio,

---

[11] De repetitionibus cf. R 86/A *De schol. theol.* c. V; supra, p. 69-71.
[12] Vide *ib.* n. 1; supra, p. 69-70.
[13] Vide *ib.* n. 2-3; supra, p. 70.
[14] Vide *ib.* n. 4; supra, p. 71.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

interseratur (nisi obstiterint crebrae aliae ex veteri academiarum more disputationes) haec alia exercitatio. Professor, in cuius hebdomadam is dies dominicus cadit, assignet amplas quasdam et illustres materias, quas unus aliquis auditorum, vicissim tamen commutandus, explicet ornate per dimidiam horam cum apparatu et aliorum conventu ad exercitationem et recreationem; reliqua dimidia hora defendat, quae legit, argumentante uno vel altero[14].

Disputationes[15]

40. In sabbato aliove, quem vetus academiae consuetudo exigit, die professores vicissim proprias habeant in scholis disputationes per duas (plus etiam, ubi multiplex externorum concursus) horas ultimas; quatuor, si non obstet paucitas auditorum, argumententur, et quidem duobus quilibet argumentis per semihoram[16].

41. Si quam in hebdomadam duo festi dies incidant, vel cum festo uno hebdomadaria vacatio, non disputetur, sed legatur in sabbato. [120] Id vero si tribus continuaretur hebdomadis, una interponatur disputatio[16].

42. Praeterea, ubicumque receptus academiae mos nihil obest, singulis aut, si valde pauci sint auditores, alternis mensibus (excipe duos aestivos ultimos, ubi caelum aestuosius est) communes ac generales fiant in scholis disputationes[17].

43. Perdurent mane ac vespere toto scholarum tempore, si professores sint tres; sin duo, duabus horis; nisi plus exigat externorum frequentia doctorum, qui subinde breviter argumentari soleant.

44. Quot fuerint professores, totidem auditores et quidem ex eodem scamno, defendant, unius quilibet professori quaestiones; praesideant e scamnis professores, unusquisque suo, moderante universam disputationem praefecto studiorum.

45. Argumententur ordinarie non minus, quam tres mane, totidem a prandio; et quilibet adversus defendentes duos; quorum (si nihil impediat) qui prior mane responderat, sit a prandio posterior.

46. Intersint alii quoque doctores nostri, et tam ipsi, quam professores argumentorum, quae agitantur inter partes, vim urgeant; modo nec unus, quod alter urserat, prosequatur; nec prosequendum professor suscipiat argumentum, cui utiliter ac strenue adhuc insistit auditor.

47. Id ipsum praestare liceat externis etiam doc-[121]toribus. Quin et ad argumentandum ex professo (nisi fortassis ea consuetudo alicubi minus probetur) a defendentibus invitari possunt. Hoc tamen in privatis disputationibus sine praefecti permissu et delectu non faciendum.

48. Praeter hebdomadarias ac menstruas disputationes, fiant adhuc actus publici particulares alii, alii generales[18]; idque non modo ubi nostri publice, sed etiam ubi domi theologiam audiunt, externis tunc invitatis cum aliquo apparatu. Habeantur autem hi actus ab auditoribus biennio, quo repetendae theologiae vacant; ubi vero id nondum potuit introduci, anno theologici studii quarto; aut si aequo pauciores hi sint, tertio.

49. Particularis actus unam ex quatuor theologiae partibus complectatur, neque tamen quatuor ab uno quolibet auditore habendi sunt, sed unus; fiant autem hi particulares actus ab instauratione studiorum ad paschales ferias vel in sabbatho, vel in festo minus celebri, vel aliter feriato die.

---

[15] De disputationibus v. *ib.* c. VI; supra, p. 71-77.
[16] Vide *ib.* n. 1; supra, p. 71.
[17] Vide *ib.* n. 3; supra, p. 72.
[18] Vide *ib.* n. 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

50. Post Pascha celebrentur generales, hoc est, totius fere theologiae. Hos habituri qui sunt, eorum unus in ultimam reservetur hebdomadam, qua studia finienda sunt; alter in eam, qua scholae rursus aperiendae. Qui vero actum aliquem sive generalem, sive particularem habiturus est, initio nonnullas conclusionum suarum breviter graviterque confirmet. Idem in menstruis etiam [122] disputationibus, si videbitur, fieri poterit.

51. Generalium actuum conclusiones, si placeat, possunt et esse communes nostris omnibus intra eundem annum defensuris, et publicis typis (nisi loci consuetudo id nequaquam ferat) excudi.

52. Particulares actus duabus horis et dimidia circumscribantur, nec nisi mane vel a prandio tantum. Generales utrumque tempus occupent; vel ad quatuor aut quinque horas protrahantur, ubi non nisi mane, vel a prandio disputare moris est. Argumententur non minus, quam tres, quorum primus sit doctor.

53. Ad hos utrosque actus auditores caeteris ingeniosiores iudicio praefecti et consilio professorum seligantur, et pauciores ad generales quam ad particulares; ad quos delecti qui fuerint, suam theologiae partem renovatis statim studiis praefecti ac professorum arbitrio sortiantur[19].

54. Ad generales habendos bis aut ter quotannis invitentur etiam ii, qui theologiae curriculum in nostro gymnasio non exigua cum laude peregere; huiusmodi tamen actus oportet esse caeteris solemniores, et frequenti nostrorum externorumque doctorum conventu celebrari[20].

55. Praesideant omnibus actibus vicissim professores, vel alii doctores nostri, si fuerint; vel etiam aliquis externus doctor insigni auc-[123]toritate, si ratio fundationis vel consuetudinis id exigat.

56. Conclusiones non sint plures quam octo vel novem in disputationibus hebdomadariis; quam duodecim vel quindecim in menstruis; quam viginti in actibus particularibus; quam quinquaginta in generalibus; pauciores etiam, si publicus academiae mos aliter habeat[21].

57. Conclusionum quaelibet non excedat tria seu quatuor membra, non sterilia tamen; nec disputent externi, si fieri potest, nisi rogati.

58. Sic autem instituantur iuvenes, ut nihil eos magis pudeat in disputando, quam a formae rigore defecisse. Nihil ab illis severius atque inviolabilius exigat praeceptor, quam disputandi leges ac statas vices; quicquid in his delinquatur, emendet statim; si quid aliter disputetur, non fructum, sed magnam doctrinae et existimationis iacturam putet[22].

59. Itaque qui respondet, repetat primum argumentationem propositam; deinde addat Nego vel Concedo Maiorem seu Minorem, seu Consequentiam; interdum etiam distinguat, modo minus frequenter; rarius autem vel declarationes vel rationes, praesertim invitis, obtrudat.

60. Ex auditoribus publice non disputent, nisi doctiores; caeteri privatim exerceantur, et quidem eo diligentius, quo rudiores; raro tamen prodeant in publicum, nec nisi prius a [124] praeceptore sic instructi, ut eo loco non putentur indigni.

61. Esse tandem cogitet praeceptor disputationis diem non minus quam lectionis laboriosum; futurumque, si segniter ipse langueat, ut segnitie quadam ac taedio tota etiam classis obtorpeat; excitet oportet omnibus, quibus potest artibus auditores, his potissimum[23].

---

[19] Vide *ib.* n. 5; supra, p. 73.
[20] Vide *ib.* n. 8 (8°); supra, p. 76.
[21] Vide *ib.* n. 6; supra, p. 73.
[22] Vide *ib.* n. 8 (5°); supra, p. 75.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Nullo modo ferat iuvenes fabulari, non dormitare; non egredi pro arbitratu, hortetur, coarguat, pudefaciat, prout expedire iudicaverit.

Disputationibus ita praesit, ut ipse videatur esse, qui in utroque concertatore concertet.

Collaudet, si quid afferatur boni, et attendere omnes iubeat, cum insignis aliqua proposita fuerit difficultas.

Suggerat subinde breve aliquid, quo vel fulciat respondentem, vel argumentantem dirigat.

Exprobret interdum, nondum intellectam rem aliquam esse, quam ipse toties inculcarit.

Neque diu taceat, neque semper loquatur, ut ipsi etiam discipuli promant quod sciunt; ipse vero quod promptum fuerit, emendet aut expoliat.

Non subterfugiat difficultatem ullam; sed disputantem progredi iubeat, dum vim obtinet unum atque idem argumentum; nam si ad aliud ille tacite prorepserit, id a professore dissimulandum non est. [125]

Non patiatur vel argumentum pene solutum longius urgeri, vel responsionem non bene constantem diu sustineri; sed post aliquam concertationem, indicto omnibus silentio, rem totam breviter explanet, ut certi definitique aliquid ex ea schola reportent auditores.

Quin et ob eandem causam aliqua professor ex prolixis lectionibus resecet, in diemque disputationis reservet; digna, quae sedulus auditor observet inter disputandum, et in libellum deinde referat, si velit.

Ad disputationes, privatas etiam, se invicem invitent professores, diversarum licet facultatum, saltem per horam aliquam, quo magis concertatio fervescat congressu praeceptorum; quibus tempestive theses, de quibus disputandum est, oporteret indicari[20].

Ad easdem etiam invitandi, qui in nostris scholis studuerunt, praesertim doctoratum consecuti[20].

Si quid denique aliud uspiam in usu est, quo disputationes reddi solent celebriores, id sedulo retinendum, enixeque curandum, ne frigescant paulatim et concidant. [126]

CATALOGUS QUAESTIONUM
QUAE A THEOLOGO PROFESSORE TRACTANDAE NON SUNT VEL SI TRACTANTUR, NON TRACTANDAE, NISI CERTO QUODAM LOCO, NEC IN ALIO REPETENDAE

Quatuor imprimis rerum genera sunt, a quibus, licet theologi doctores soleant ea pertractare non raro, par tamen est nostros professores scholasticae theologiae, quo in eam liberius incumbant, quoad eius fieri poterit, abstinere.

Unum genus quaestiones aut commentationes divinis Scripturis proprias complectitur. Has scholasticus concedat interpreti Scripturarum. Qui tamen sicubi non fuerit, aut non credatur propediem perventurus ad ea loca, in quibus edisseri solent quaestiones non nullae tam ipsi, quam scholastico professori quodammodo communes, ad eas explanandas paulo liberius poterit excurrere scholasticus; universim tandem suarum partium esse putet, ut quandocunque in Scripturarum incidat mentionem, totum hoc studii genus et doctores, etiam neotericos de eo bene meritos, honorifice prosequatur; efficiatque apud suos, ut in pretio, quo res [127] tanta digna est, habeatur.

Aliud genus in controversiis adversus haereticos positum est; in quibus pertractandis

---

[23] Vide *ib.* n. 6°; supra, p. 76.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quoties in S. Thomae partibus occurrerint, servet scholasticus scholasticam potius, quam historicam rationem; et satis esse putet conclusionem quamlibet duobus aut tribus illustribus munire fundamentis; diluere etiam totidem fere praecipuas haereticorum calumnias, in singulis tamen indicet auctorem quempiam, ex quo caetera promere possit, qui velit.

In tertio genere sunt philosophicae res, quas haud quaquam ex professo retractet theologus, sed ut ab aliis pertractatas sumat; cumque eas ad theologiam explicandam adsciscit, non tam disputando, quam recitando hoc faciat, idque iuxta receptas philosophorum sententias; neque enim fas est theologo novam sibi condere philosophiam.

Ad extremum genus pertinent conscientiae casus quod vocant. Hos vero si tres sunt theologi professores, non minus copiose pertractent, quam caeteras quaestiones. At si duo, et has etiam materias exponere iussi fuerint a praeposito provinciali, quaecunque sunt huius generis in partibus S. Thomae, in aliquas ea conclusiones una aut altera auctoritate seu ratione probandas redigant summatim, ut, quam minimo fieri potest theologicarum quaestionum detrimento, scientia casuum, quae satis esse cen-[128]seatur, non careant auditores.

Caeterum si a provinciali constitutum fuerit, ut theologiae auditores seorsim a theologiae curriculo doctrinam casuum hauriant aliunde, scholastici professores duo generalibus quibusdam rerum moralium principiis, de quibus disputari scholastico more solet, contenti distinctiorem illam ac minutiorem casuum explicationem praetereant, praesertim quae ad contractus, ad impedimenta matrimonii, ad censuras ecclesiasticas, ad confessionis et confessarii conditiones, ad varios hominum status et officia pertinent.

Meminerit tamen scholasticae professor, quamvis ea, quae harum quatuor facultatum propria sunt, aut omittere debeat, aut attingere parcius; aequum tamen esse, ut ipse nec publice nec privatim quicquam detrahat, sed benevole potius ac solerter consulat existimationi atque auctoritati eorum, qui illas quatuor facultates profitentur, etiamsi nonnisi domesticae de casibus collationi praesint. Quare si quando audiat, illos quicquam minus accurate aut docuisse aut respondisse, non irrideat, non oppugnet, non facile condemnet; excuset si potest, aut elevet culpam, aut rem praefecto rectorive deferendam curet.

His generatim perstrictis, operae pretium iam est, enucleatiorem adhuc scribere catalogum, haec et id genus alia distinctius complectentem. [129] In quo licet quaestionibus, quae ad eundem et professorem et annum spectant, proprius attribuatur locus; non ita severe tamen, ut intra eundem annum transferri nequeant, si videbitur professori.

Quinimo quoscunque S. Thomae articulos, quaestiones, materias recidendas, aut ad alios professores reiiciendas esse demonstrat catalogus, etiamsi moneat de his nihil esse dicendum; plenam tamen eorum prohibet explicationem, non breviorem aliquam, si velit professor et vacet. [130]

Catalogus aliquot quaestionum ex prima parte S. Thomae ...
[v. Rat. stud. 1586/A c. IV; supra, p. 59-69]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE
PROFESSORIS CASUUM CONSCIENTIAE[1]

1. Eo suam omnem operam atque industriam conferre studeat, ut peritos ac strenuos parochos seu sacramentorum administratores instituat.

2. Si duo fuerint, ut esse deceret, in primariis collegiis[2], casuum professores, eorum unus explicet contractus, censuras, impedimenta matrimonii; eaque absolvat biennio.

3. Professor alter biennio item explicet septem sacramenta, et praecepta tam Dei quam Ecclesiae, et hominum status atque officia; perstringat etiam brevissimis definitionibus theologica quaedam, sine quibus casuum doctrina non parum vacillat; ut quid character et quotuplex sit; quid peccatum mortale aut veniale; quid consensus; quid lex, et quando obliget, et similia. A theologicis vero rebus, quae vix ullam habent cum casibus necessariam connexionem, penitus abstineant ambo professores.

4. Ab iisdem professoribus pauca tantum, eaque utiliora confessariis attingenda sunt de interdicto, de suspensione, de depositione, de degradatione, de sacramentis confir-[153]mationis, ordinis, extremae unctionis et Eucharistiae, de magia, de emphyteusi, de haeresi et schismate, de statu regum et principum, de bello, de processu inquisitorum et aliis id genus, quae carptim percurrenda sunt, nisi schismatis bellive tempus aliusve casus horum omnium, vel aliquorum pleniorem exigat explanationem.

5. In referendis opinionibus habeatur delectus, ut non obsoletae aut manifesto falsae, sed paucae ac probabiles recitentur. Quin etiam citra scholasticum apparatum unaquaeque difficultas evolvatur per dubia et conclusiones, in quibus confirmandis seligantur ad summum duae tresve rationes optimae, nec canonistarum more coacerventur allegationes[3].

6. Unicuique generali praecepto seu regulae subnectat praeceptor, exempli gratia, tres circiter particulares casus; atque ita suas constabiliat opiniones, ut si qua alia fuerit probabilis, et bonis auctoribus munita, eam etiam probabilem esse significet[3].

7. Quamlibet lectionem repetendam curet quotidie, non modo in scholis per dimidiam horam, sed domi etiam per horam, tribus, qui totam repetant, praemonitis, a quibus postea exigat partem, quam maluerit; ipse enim utrisque repetitionibus interesse debet ad explicanda tam ea, quae breviter docuerat in scholis, quam dubia, quae post repetitionem proponentur[4]. [154]

8. Huic repetitioni non solum casistae intersint, sed alii quoque sacerdotes bis aut semel saltem in hebdomada, licet haec alias audierint; si et confessiones audiunt externorum, et aliam domi non habent de casibus collationem. Audiant itaque illos repetentes; interrogent de quibus dubitant; interrogentur et ipsi quid ad hunc, vel illum casum responderent; parati igitur accedant[4].

9. Quolibet sabbato, praetermissa lectione, per duas horas de propositis conclusionibus disputetur in schola coram magistro; ea vero disputatio non tam instituatur argumentationis filo, quam interrogationis; ita ut vel exigatur explanatio alicuius difficultatis, vel novus casus mutata circumstantia aliqua proponatur, dummodo non sit extra materiam conclusio-

---

[1] Cf. *Reg. prov.* n. 23-25; et *Reg. rect.* n. 16-23; necnon *Reg. praef. st. sup.* n. 64; supra, p. 233-34 244-45 et 252.
[2] Vide R 86/A *De cas. consc.* n. 1; supra, p. 89.
[3] Vide *ib.* n. 6; supra, p. 91.
[4] Vide *ib.* n. 7.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

num; vel petatur, quomodo haec cohaereant cum antecedentibus, cum quibus parum consentire videntur; vel alicui conclusioni opponatur canon seu doctor ex primariis; seu nonnulla brevis argumentatio, quo res plus habeat dignitatis; temperate tamen, et longe infra philosophicam consuetudinem[5].

10. In quibus collegiis duo casuum lectores non sunt, sed unus, si potest, ipse binas quotidie lectiones sustineat matutinam et vespertinam, materiis quomodo superius dictum est[6], distributis, ut biennio universas emetiatur.

11. Sin unus uni tantum habendae lectioni par [155] fuerit, is explicandis omnibus, quae ad casuum doctrinam pertinent, totum triennium consumat. Sin graves ob causas hoc omne studium intra duos annos redigendum fuerit, oportet lectorem duplo fere breviorem esse, quam ubi binae quotidie sunt lectiones. Itaque facilioribus omissis, seligat paulo graviores quaestiones, et in iis unam aut alteram opinionem referat. Quamlibet vero conclusionem uno fere probet argumento; nec diluat obiectiones, nisi forte aliquam molestiorem; quin et in conclusionibus servet, quam potest maximam paucitatem, et constitutis primariis quibusdam regulis, ad minutiora non delabatur.

12. In collegiis autem, in quibus theologi scientiam casuum non audiunt ab ordinariis scholasticae professoribus, ad illos erudiendos extraordinarius constituendus est, qui in his potissimum exponendis, biennioque absolvendis laboret, quae a scholasticae theologiae professoribus omittuntur; qualia sunt contractus, impedimenta matrimonii, censurae ecclesiasticae, confessionis et confessarii conditiones, varii hominum status et officia, denique minutiora omnia, quae per universas casuum materias sparsa sunt. Quo autem in gymnasio, an quotidie, qua hora, quo ordine praelegere debeat, a praeposito provinciali statuetur.

13. Sicubi nec ab ordinariis scholasticae pro-[156]fessoribus, nec ab extraordinario theologi poterunt in conscientiae casibus erudiri, primo et secundo anno (nam tertio et quarto Scripturis vacaturi sunt) unam audiant casuum lectionem, si duae quotidie solent haberi sive ab uno, sive a diversis professoribus.

14. Verum si una tantum sit casuum lectio, quam theologis et casistis oportet esse communem, in his collegiis casus et Scriptura alternis diebus praelegantur; easque lectiones sic vicissim toto quadriennio frequentent theologi, ut quo die ex Scripturis nihil exponitur, casuum professor explicet eas materias, quae a theologis audiendae sunt. [157]

REGULAE
PROFESSORIS LINGUAE HEBRAEAE[1]

1. Nihil antiquius habeat, quam ut prima ipsa Sanctae Scripturae verba perquam integra fide interpretetur, cumque illis latinam editionem vulgatam bene convenire demonstret; et auctorum, qui id feliciter praestitere, tueatur existimationem[2].

2. P. Bellarminii grammaticam explicet[3]; ex qua bimestri circiter spatio primas illas ac simplices coniugationes et declinationes percurrat.

3. Postmodum dum reliquas prosequitur institutiones, nonnullum etiam tradat auctoris alicuius gustum, praesertim historici et perspicui.

---

[5] Vide *ib.* n. 8.
[6] Vide *Reg. prov.* n. 23; supra, p. 233.
[1] De lingua hebraica cf. *Reg. prov.* n. 26-30; supra, p. 234.
[2] Vide R 86/B *De l. hebr.* n. 3; supra, p. 176.
[3] De grammatica l. hebr. R. Bellarmini S.I. v. *ib.* n. 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4. Dum Scripturas interpretatur, non tam in rebus ac sententiis expendendis laboret, quam in vi ac potestate verborum, et in grammaticae praeceptis iuxta germanum auctorum usum observandis. [158]

REGULAE PROFESSORIS PHILOSOPHIAE[1]

Finis et officium

1. Eo consilio atque solertia philosophiam pertractare studeat, ut proximos ad cognitionem et amorem sui Creatoris excitet[2]; audioresque suos ad theologiam capessendam dociles atque obsequentes comparet (*Const.* P. 4 c. 12 § 1 et 3)[2].

Annorum ratio ac termini

2. Universam philosophiam triennio praelegat[3]; idque binis quotidie horis, antemeridiana una, altera pomeridiana, nisi aliter in aliqua universitate constitutum sit.

3. Explicet anno primo Logicam; sed primo bimestri Summulam P. Fonsecae[4]; neque enim ferendum, ut ad finem aestatis in classe rhetoricae compendium Logicae exponatur audituris anno sequenti Dialecticam.

Secundo anno libros octo Physicorum sex circiter mensibus; reliquis autem libros de Coelo et Mundo et priorem librum de Generatione. [159]

Tertio anno alterum de Generatione librum, et libros de Anima per quinque circiter menses; reliquum anni metaphysicis impendat. Neque uspiam cursus absolvatur, antequam venerint aut proximae sint vacationes, quae sub anni finem dari solent.

4. Magnum quaestionum delectum habeat, solerterque caveat, ne aut invadat in alienas, aut ex suis alias prolixius quam res postulent, alias alieno loco pertractet. Servet itaque, quae sequuntur, tam in quaestionibus, quam in Aristotelis libris explicandis, nisi aliud universitatis alicuius leges exigant[5].

Anno primo

In prolegomenis Logicae disputet tantum, an sit scientia, et de quo subiecto; tum pauca de secundis intentionibus.

Plenam de universalibus disputationem differat in Metaphysicam, contentus hic tradere mediocrem quandam eorum notitiam, idque fere sub interrogandi dubitandique charactere.

De Praedicamentis etiam faciliora quaedam, quae fere attinguntur ab Aristotele, declaret; caetera in postremum reiiciat annum.

Librum secundum Perihermenias, et ambos Priorum libros, praeter octo vel novem prima capita prioris, compendio percur-[160]rat; exponat tamen proprias illis quaestiones; brevissime vero eam, quae est de contingentibus, nec in ea quicquam de libero arbitrio.

Ne secundus annus plus aequo, ut assolet, oneretur, nonnulla, quae logicorum captum non exsuperant, ex eo recidantur, et in primum retrahantur annum multis iam levatum quaes-

---

[1] De philosophia cf. *Reg. prov.* n. 31-39 et *Reg. praef. st. sup.* n. 33-43; supra, p. 234-36 et 252-53.
[2] Vide MP I 281 et 283; deinde *Reg. prov.* n. 1 et 31; supra, p. 231 et 234.
[3] Vide R 86/A *De st. phil.* n. 1; supra, p. 95.
[4] De *Summula* P. Fonseca S.I. v. *ib.* n. 6; supra, p. 100.
[5] Vide *ib.* n. 18-19; supra, p. 105-06.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tionibus, quippe, quae in Metaphysicam dilatae sunt. Itaque sub finem posteriorum Analyticorum plenior instituatur tractatio de scientia, in eamque coniiciantur prolegomena Physicae maxima ex parte, ut scientiarum divisiones, abstractiones, speculativum, practicum, subalternatio; illud etiam, an scientiae subalternentur metaphysicae; diversus quoque procedendi modus in physicis et mathematicis, de quo Aristoteles lib. 2 *Phys. Demum quicquid de definitione dicitur libro secundo de Anima.*

Ex Topicis et Elenchis locos et fallacias commodiorem redigat in ordinem; textum vero praetereat, praeter primum forte et secundum librum Topicorum.

Anni tandem initio non totam Fonsecae Summulam explicandam sibi putet, sed ex ea nonnulla, quae magis ex usu tironum videbuntur, seligat, non ex iis propriam sibi summulam componendo, sed diversa auctoris loca, ex quibus et ad quae transeatur, indicando. Nihil vero tum scribant auditores, nisi [161] brevissima forte scholiola, ut assuescant.

Anno secundo

In octo libris Physicorum, compendio tradatur textus librorum sexti et septimi, etiam primi in ea parte, quae est de antiquorum opinionibus.

In octavo libro nihil disseratur de numero intelligentiarum, nec de infinitate seu libertate primi Motoris; sed haec in metaphysicis disputentur, et quidem solum iuxta sententiam Aristotelis.

Textus secundi, tertii, quarti librorum de Coelo breviter perstringatur, magna etiam ex parte praetereatur.

In his libris non tractentur, nisi paucae de Elementis quaestiones; de Coelo autem duntaxat de eius substantia et de Influentiis; caeterae vel mathematicae professori concedantur, vel si is desit, conferantur in epitomen.

Meteorologica fere percurrantur compendio aestivis mensibus, quibus una tantum habetur quotidie lectio, ultima pomeridianae scholae hora; idque sive ab ordinario, si velit et possit, philosophiae professore, sive ab alio extraordinario.

In primo libro de Generatione antiquorum opiniones strictim referantur et cursim. [162]

Anno tertio

In libro primo de Anima veterum placita philosophorum summatim percenseantur.

In secundo libro, expositis sensoriis, non digrediatur philosophus in Anatomiam et caetera, quae medicorum sunt. Addat potius, si vacat, parva Naturalia.

In metaphysicis prooemium ac quinti, septimi, duodecimi librorum textus magna ex parte diligenter explicetur.

In caeteris libris seligantur ex unoquoque quidam praecipui textus, tanquam fundamenta quaestionum, quae ad metaphysicum pertinent.

Quaestiones de Deo et Intelligentiis, quae aut omnino, aut magnopere pendent ex veritatibus revelatis, praetereantur; si quis tamen velit de supposito et natura et concursu etiam Dei cum secundis causis aliquid attingere, non tam disputando, quam rem declarando brevissimeque probando, in gratiam externorum, quorum plerique theologiam audituri non sunt, liberum permittitur.

Aristotelis textus explicatio

5. Strenue conetur philosophiae professor aristotelicum textum bene interpre-[163]tari[6]; in eumque nihilo minus operae, quam in quaestiones collocet; auditoribu s etiam persuadeat,

[6] Vide *ib.* n. 5; supra, p. 98.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

valde mutilam ac mancam futuram philosophiam eorum, quibus id studii in pretio non sit.

6. Itaque tam ipse quam discipuli, Aristotelis librum ferant in scholam; et docendi semper initium faciat praelegendis primis praesentis lectionis verbis, si textum expositurus est.

7. Deinde loci, quem tractaturus est, continuationem cum praecedentibus; et scopum, ad quem ea Aristotelis disputatio pertineat, breviter indicet.

8. Tum memoriter praesentis textus sententiam colligat; distinguat etiam sedulo id, quod ab auctore probatur, ab argumento, quo probatur, ne unum pro altero sumptum, totum confundat ordinem. Quodlibet etiam illius argumentum in syllogismi redigat formam, ut eius usum auditores in Aristotele observent et imitentur.

9. Quin etiam si textus sit paulo perplexior, descendat ad aliquam verborum constructionem; graviter tamen, ut iuvenes Aristotelis phrasibus consuescant; et una aliqua fere interpretatione, quae optima videatur, contentus, alias non congerat.

10. Cum incidit in textus aliquos admodum celebres, et in disputationibus saepe iactari solitos, variis etiam usibus accommodos, eos [164] accurate perpendat, atque explanet, non omnibus quidem, sed illustrioribus aliquot interpretationibus inter se collatis, ut quae quibus anteferenda sit, innotescat ex antecedentibus et consequentibus, vel ex vi graeci sermonis, vel ex aliorum locorum observatione, vel ex insignium interpretum auctoritate vel ex rationum momentis.

11. Postremo veniatur ad dubiola quaedam sive de re ipsa, sive de mente Aristotelis; non affectanda quidem, sed si cuius momenti sunt, non omittenda.

Quaestionum pertractatio

12. Quaestiones, quae non ex ipsius aristotelicae disputationis visceribus nascuntur, sed ex occasione cuiusquam axiomatis, aut pronuntiati, quod inter disputandum Aristoteles obiter usurpat interdum, si aliis in libris proprium locum habent, eo reiiciantur; sin minus, continuo post textum ipsum, in quo sese obtulerint, explicentur.

13. Verum quaestiones, quae per se ad materiam, de qua disputat Aristoteles, pertinent, non pertractentur ante finem omnium textuum ad propositae rei summam spectantium, si plures hi non sint, quam una aut altera lectione possint exponi. [165]

14. Sin huiusmodi textus plus aequo pateant in longum, ut qui sunt de Principiis, de Causis, de Motu etc. in his nec prolixi tractatus habeantur, nec totus Aristotelis contextus anteponatur quaestionibus; sed cum illis grata vice coniungatur; ut subiecta re, quae in manibus versatur, suas in partes distributa, post aliquam textuum seriem, ex quaestionibus aliquid interseratur.

15. In quaestionibus, de quibus inter philosophos non convenit, non adducantur opiniones obsoletae, absurdae, inutiles, manifesto falsae.

16. Suas professor conclusiones probare studeat argumentorum non tam numero, quam pondere. Seligat itaque praecipua quaedam, leviora praetereat.

17. Cum ex auctorum testimoniis pugnandum est, non ipsa auctorum verba recitet, sed sententiam, nisi aliud res postulet; et pauca fideliter potius proferat, quam multa, quorum ipsos fontes sedulo non exploraverit.

18. Non coacervet obiectiones, sed potissimas seligat; nec earum unam multipliciter refellat, nisi gravi de causa. Quin et interdum earum confutatio praetereunda est, si ex iactis ea fundamentis facile pateat.

19. Atque haec omnia vel ampliora vel contractiora esse oportet pro vario quaestionum gradu atque ordine. Sunt enim quaedam adeo leves, ut una fere probatissima opinione, eius-[166]que una aut altera ratione contentae sint, vix totidem adductis ac solutis obiectionibus.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De dictando[7]

20-24. Si quis professor ... explicet. [v. *Reg. prof. theol.* n. 18-22; supra, p. 271] [167]

Repetitiones

25-37. Optabile est ... uno vel altero. [v. *Reg. prof. theol.* n. 26-39; supra, p. 272]

Disputationes[8]

38-39. In sabbato ... disputatio. [v. *Reg. prof. theol.* n. 40-41; supra, p. 273] [170 ...]

40. Praeterea ubicumque receptus academiae mos nihil obest, singulis aut, si valde pauci sint auditores, alternis mensibus (excipe duos aestivos ultimos, ubi coelum aestuosius est) communes ac generales fiant disputationes in ea classe, quae caeteris philosophicis amplior sit, et perdurent mane ac vespere toto scholarum tempore.

41. Quot fuerint professores, totidem auditores; et quidem ex eodem scamno, defendant, unius quilibet professoris quaestiones. Praesideant ex scamnis professores unusquisque suo, moderante universam disputationem praefecto studiorum.

42. Argumententur non minus quam tres mane, et totidem a prandio; et primus quidem per horam; aliorum vero duorum singuli per ternos circiter quadrantes.

43. Et mane quidem disputet primo loco aliquis theologiae (ubi theologorum suppetit [171] copia) studiosus contra metaphysicum; contra physicum metaphysicus; contra logicum physicus. Sed a prandio pugnet metaphysicus cum metaphysico, physicus cum physico, cum logico logicus.

44. Tam professores, quam alii si interfuerint, nostri doctores argumentorum, quae agitantur inter partes, vim urgeant; modo nec unus, quod alter urserat, prosequatur; nec prosequendum professor suscipiat argumentum, cui utiliter ac strenue adhuc insistit auditor.

45. Id ipsum praestare liceat externis etiam doctoribus; quin et ad argumentandum ex professo (nisi fortassis ea consuetudo alicubi minus probetur) a defendentibus invitari possunt. Hoc tamen in privatis disputationibus sine praefecti permissu ac delectu non faciendum.

46. Quin etiam ubi non est, nisi unus philosophiae professor, ad excitandos audientium animos, ter aut quater in anno instituat solemniores aliquas disputationes pomeridianas in festo, aliove feriato die; idque eo splendore atque apparatu, invitatis etiam religiosis et medicis ad argumentandum, ut ex ea re studiis nostris non infructuosus aliquis fervor accedat.

47. Verum toto summulae tempore nec professor, nec auditores in menstruas disputationes cum aliis conveniant; tametsi post unam [172] aut alteram hebdomadam in sua classe possent defendere theses aliquas in sabbato, suggerente, si oporteret, argumenta praeceptore, donec paulatim exerceantur ad pugnam.

48. Praeter hebdomadarias et menstruas disputationes, semestri adhuc tempore, quod repetendae philosophiae datur; ubi vero id nondum potuit introduci, sub finem triennii cursusque philosophici ad exhibendum specimen aliquod suorum studiorum, actum aliquem paulo celebriorem de universa philosophia, qui eam audierunt, tueantur.

49. Ad huius actus locique dignitatem sustinendam non nisi qui multo plus quam mediocriter profecerint, seligendi sunt per examinatores tres, quorum unus sit proprius professor.

50. Ab hoc examine nullus ordinarie nostrorum sive fratrum, sive alumnorum, sive

---

[7] De dictandi consuetudine professorum cf. *ib.* n. 12; et *Reg. prof. theol.* n. 18-22; supra, p. 101 et 271.

[8] De disputationibus cf. *ib.* n. 15-16; supra, p. 103.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

convictorum excipiendus est. Nam externi cogendi non sunt, si nolint; nec, si velint, repellendi.

51. Agatur examen per interrogationes; admisceantur et interdum breviores quaedam argumentationes, quibus certius exploretur respondentis ingenium.

52. Actus totum scholarum tempus occupet cum minimum, vel mane vel a prandio. Tres argumententur. Primus aliquis ex nostris professoribus sive theologiae sive philosophiae. Alter doctor quispiam externus; ultimus egregius quisquam inter auditores sive theologiae, sive philosophiae condiscipulus defendentis.

53. Conclusiones non sint plures quam octo vel novem in disputationibus hebdomadariis; quam duodecim vel quindecim in menstruis; quam quinquaginta in actibus; pauciores etiam, si publicus academiae mos aliter habeat.

54. Conclusionum quaelibet non excedat tria, sive quatuor membra; non sterilia tamen. Earum vero duas aut tres circiter antequam disputetur, responsurus breviter confirmet in actibus, in menstruis etiam, si videbitur, disputationibus; nec unquam disputent externi, si fieri potest, nisi togati.

55. Sic ab ipsis logicae incunabulis iuvenes instituantur, ut nihil eos magis pudeat in disputando, quam a formae rigore defecisse; nihil ab illis severius atque inviolabilius exigat praeceptor quam disputandi leges ac statas vices; quicquid in his delinquatur, emendet statim; si quid aliter disputetur, non fructum, sed magnam doctrinae et existimationis iacturam putet.

56-58. Itaque qui respondet ... concidant. [v. *Reg. prof. theol.* n. 59-61; supra, p. 274] [176]

Censura doctrinae[9]

59. Philosophiae professor ab Aristotele non recedat[10], nisi quid incidat a doctrina, quam academiae ubique probant, alienum; multo magis, si orthodoxae fidei repugnet; adversus quam, si qua sunt illius aliusve philosophi argumenta, ea strenue refellere studeat iuxta Lateranense Concilium.

60. Aristotelis interpretes de christiana religione male meritos, non sine magno delectu aut legat, aut in scholam proferat, caveatque ne erga illos afficiantur auditores[11].

61. Eam ob rem nec Averrhois (idem de eiusmodi aliis iudicium) digressiones in separatum aliquem tractatum conferat; nec sectas dividat averrhoistarum, graecorum, latinorum; nec harum sectarum ulli vel se, vel suos addicat, sed singulorum per se sententias in ordinariis quaestionibus exponat[11].

62. Si quid boni ex Averrhoe proferendum, sine laude proferat; et si fieri potest, id eum aliunde sumpsisse demonstret; illumque a nostris non minus recte, quam ab averrhoistis intelligi solerter ostendat; nec philosophis aliis ut tenebricosiorem, ita et doctiorem esse[11].

63. Illius potius pro re oblata dissolutam methodum obscuritatemque coarguat; nec errata dissimulet, sed inde acrius eius auctoritatem deterat, magis tamen argumentis quam [177] convitiis[11]. Contra vero de S. Thoma nunquam non loquatur honorifice, libentibus illum animis, quoties oporteat, sequendo; aut reverenter et gravate, siquando minus placeat, deserendo.

64-66. In opinionibus ... retractet. [v. *Reg. prof. theol.* n. 23-25; supra, p. 271]

67. Enixe studeat communiores magisque nunc approbatas philosophorum sententias

---

[9] Vide *Reg. prof. theol.* n. 23-25; supra, p. 271.
[10] Vide R 86/A *De st. phil.* n. 5; supra, p. 98.
[11] Vide *ib.* n. 9; supra, p. 100.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tuerit; quales, exempli gratia sunt, quae sequuntur[12]: 1. Naturalis est motus coeli, saltem secundum principium passivum. - 2. Motus et tempus sunt entia realia. - 3. De anima intellectiva, etiam ut intellecti-[178]va tractare physici est. - 4. Anima rationalis, etiam secundum Aristotelem, est immortalis, nec educitur de potentia materiae, et est vere proprieque corporis forma. -5. Naturaliter demonstrari potest, et iam demonstratum est, animam rationalem esse immortalem, nec unam in omnibus, et ita naturalem esse corporis formam, ut definitio animae ab Aristotele tradita, ei competat univoce, secundum gradum etiam intellectivum. - 6. Anima rationalis, etiam dum est in corpore, et ut est forma corporis, ab eo non dependet, sed vere ac proprie per se subsistit. - 7. Non negetur esse aliquam potentiam motivam in substantia animae, per quam anima separata per se movere se possit. - 8. Nec brutum, nec hominis cogitativa discurrunt formaliter. - 9. Non datur sensus agens. - 10. Ab appetitu sensitivo seu voluntate non minus distinguitur potentia motiva, quam intellectus vel imaginatio, tametsi has potentias ab animae angelive substantia realiter distinguere cogendus sit nullus. Et aliae id genus opiniones. [179]

Regulae Professoris Philosophiae Moralis

1. Intelligat, sibi materiam nequaquam esse in theologicas quaestiones, praesertim quae a Sancta Sancta revelatae sunt, digredi, sed breviter, docte et graviter praecipua capita scientiae moralis, quae in decem libris Ethicorum Aristotelis habentur, explicare per horam quotidie, idque stricte tempore.

2. Adiungat habebit ordinarias, qui post meridiem audiae philosophiae repetendae [illegible] Non ordinarias vacant per sex menses, nisi ob morbi est, ut a philosophici cursus [illegible] [illegible] [illegible]

3. Absolvat quidem habeat eam per quadrantem ut item repetitiones in scholis [illegible] morem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Regulae Professoris Mathematicae

[illegible]

2. [illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. In cuiusque etiam mensis sabbato uno, praelectionis loco praecipua, quae per eum mensem explicata fuerint, publice repetantur, non perpetua oratione, sed se mutuo percunctantibus auditoribus; hoc fere modo: Repete illam propositionem. - Quomodo demonstratur? - Potestne aliter demonstrari? - Quem usum habet in artibus et in reliqua vitae communis praxi? — Nam et haec quoque indicanda sunt a magistro inter praeelegendum, quo magis auditores alliciat[3]. [181]

4. Ubi commode fieri poterit, vel diversis horis professor idem, vel eadem hora professores duo binas quotidie lectiones publicas habeant, quibus mathematicum quoddam curriculum a P. Clavio scribendum, explicent duobus annis, priori quidem physicis, posteriori autem metaphysicis; tametsi ad hunc posteriorem nostri nec compellendi, nec admittendi sint, nisi quibus id postulantibus superiores concesserint[4].

5. Praeter has publicas lectiones, ex iisdem philosophis nostris, qui philosophiae repetitionem et ethicam per sex menses absolverint, altero eiusdem anni semestri spatio domi fiat academia rerum mathematicarum, quas in hunc usum P. Clavius in compendium quoddam redegerit. Bis quotidie praelegatur, fiatque quanto amplior fieri potest progressus, nec auditores aliis ullis studiis tunc implicentur, sed mathematicis audiendis, repetendis, disputandis se totos tradant[5]. [182]

---

[3] Cf. R 86/B *De mathem.;* supra, p. 177.
[4] Vide *Reg. prov.* n. 43; supra, p. 236.
[5] Cf. R 86/B *De mathem.;* supra, p. 177.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

De Collegiis

in quibus praeter unam rhetoricae et alteram humanitatis classem, sunt adhuc aliae tres grammaticae classes, videlicet prima, hoc est suprema, secunda et tertia, hoc est infima

Regulae Professoris Tertiae Classis Grammaticae

Officium ac finis

1. Ita pueros, qui in Societatis disciplinam traditi sunt, instituendos esse sibi putet, ut e scholis nostris, quas frequentarint, una cum bonis litteris, veram etiam animi pietatem imprimis suxisse videantur[1].

Grammaticae pars, quae huic classi propria est[2]

2. Ex Grammatica P. Emmanuelis Alvari eam explicet partem, in qua declinationes ac genera nominum, verborum coniugationes, praeterita ac supina, aliaque hu-[183]iusmodi rudimenta traduntur.

3. Addat et perspicuam quandam syntaxeos introductionem, complectentem quatuordecim illa communia constructionis praecepta; et si qua alia, utpote facillima quaeque ex ipsamet Emmanuelis Syntaxi in huius classis usum unaquaeque provincia sibi colligenda et in commentariolum redigenda censuerit.

4. In provinciis autem, quibus placuerit uti Emmanuele in romanam methodum nuperrime redacto, introductionis loco erunt concordantiae et generales regulae ab activis ad figuratam usque constructionem exclusive, omissis tamen appendicibus.

5. Quaecunque sive in rudimentis, sive in praeceptis introductionis animadverterit ipsemet magister et a studiorum praefecto cognoverit esse difficiliora, quam suorum puerorum captus ferat, ea vel praetereat vel leviter attingat, postmodum a secundae classis professore plenius explicanda. Est enim praecipuus huius scholae fructus non alius sane, quam prompta quaedam puerorum facultas in nominum verborumque variis flexionibus reperiendis, et in facillimis quibusque thematibus latine vertendis.

6. Ea vero, quorum diligentem pertractationem ad se pertinere noverit, sic disponat, ut a facilioribus sumat initium; in quorum explicationem adhuc si qua difficiliora incurrant, [184] ea partim in opportuniorem locum differat, partim grata vice facilioribus intermisceat, ut quantum in his festinat, tantum in illis exponendis ac recolendis haereat.

Quotidianae exercitationes[3]

7. In nominibus flectendis sic assidue ac strenue suos exerceat, ut quovis proposito nomine, assuescant continuo reddere, quemcumque casum ex tempore fuerint interrogati.

8. Exerceat autem non temere ac fortuito, sed gradatim, hoc fere ordine. Principio pueros iubeat substantiva nomina nuda declinare; deinde simplicia etiam pronomina; tum substantiva nomina singula cum singulis epithetis; postea cum binis epithetis nunc eiusdem, nunc diversarum declinationum.

---

[1] Cf. *Reg. Mag.* (1569) n. 1; MP II 195.

[2] Vide R 86/B *Stud. inf.* c. V (*Termini ac fines cuiusque scholae ...*); supra, p. 189-92.

[3] Vide *ib.* c. VI (*Harum scholarum quotidianae exercitationes*); supra, p. 192-200.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

9. Post nonnullam in simplicibus nominibus exercitationem, verborum etiam coniugationes misceantur; fiatque initium a substantivo verbo; deinde ad simplices quatuor coniugationes aliorum verborum; tum ad deponentia et communia procedatur. Singulis vero latinorum temporum vocibus non nisi singulae vernaculae interpretationes reddantur, etiam in coniunctivo et infinitivo modo, ne rudium mentes obruat interpretatio multiplex.

10. Simulac primas quasdam et communio-[185]res nominum verborumque flexiones iam tenere pueri videbuntur, ad syntaxeos introductionem accedendum est. Sed adumbranda prius aliqua descriptio rudimentorum, seu partium orationis, ut puer intelligat, quid sit nomen, quid verbum, quid adverbium, quid participium etc. Ea tamen post mediocrem in syntaxi progressum, plenius exponenda sunt.

11. Syntaxim vero variis modis atque exemplis et explicet magister, et a pueris repetendam curet; quantoque locus, quem in manibus habet, difficilior est, tanto diutius in eo inculcando, pluribusque exercitationibus illustrando, donec probe ac firmiter teneatur a pueris, commoretur; cum praesertim non sit quotidie explicanda syntaxis, sed interponendae primum difficiliores nominum verborumque flexiones; deinde generum enarratio; tum praeteritorum ac supinorum.

12. Pro difficilioribus autem flexionibus habeantur, praeter alias, flexiones et nominum, quae anomala, quaeque partitiva dicuntur, et pronominum, quae vocantur derivativa et relativorum; et verborum, quae anomala vel defectiva vel impersonalia cognominantur, et similium.

13. Haec autem non perpetua semper serie a recto per obliquas flexiones ad finem usque ducantur; sed nunc quidem continenter casus, modi, tempora decurrantur; nunc avulsae per [186] se voces atque inclinationes, modo istae, modo illae reposcantur interruptim.

14. Assuescant itaque pueri tum quamcumque cuiuslibet nominis ac verbi flexionem ex vernacula latinam, et ex latina vernaculam prompte reddere; tum prolato uno aliquo tempore activae vocis statim passivam adiungere; tum verborum, quaecunque proposita fuerint, tam praeterita, quam supina indicare quamprimum; tum denique inter coniugandum perpetua serie per singula tempora brevem aliquam phrasim latinam eiusdem temporis conficere, confectamque statim in vulgarem sermonem convertere.

15. Haec dum sedulo pertractant, quoad pueri ad stylum idonei fiant, creberrimis locutionibus ex praescripto syntaxeos, quae illis per id tempus explicatur, verbotenus transferendis in latinum exerceantur, et iis quidem non temere confictis, sed ex probatis auctoribus ita petitis, ut quam paucissimae voces immutentur; nec quod fere fit, dum grammaticam addiscunt, impure loqui et inquinate consuescant.

16. Propositum vero thema puer statim iisdem repetat verbis; id deinde postquam tantisper meditatus fuerit, non verbatim, sed totum simul latine redditum efferat, attendentibus aliis, ut deinde, si forte eveniat, interrogati, in promptu habeant, quod respondeant.

17. Pueris hac exercitatione, quantum satis [187] est, progressis, quotidie praeter diem sabbati, thema dictandum est, perspicuum sane, nec fere prolixius quattuor versiculis. Illud vero antea magister domi et latine scribat, et patrio sermone convertat; et quamvis pro captu puerorum, elaboratum tamen, perinde ac si in ea re prudentiae, ingenii, doctrinae specimen edendum sibi foret.

18. Itaque argumentum sit nec ineptum, nec vulgare; ordo commodus; verba apposita ad res explicandas; neque abiecta et odiosa; neque nimis exquisita et obscura. Quidquid denique dictandum est, dirigatur, quoad eius fieri potest, ad imitationem Ciceronis, et ad normam seu filum cuiusdam narrationis, suasionis, gratulationis, admonitionis, aliarumque id genus

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rerum, quae aut pueris pro varietate temporum usui aliquando esse possint, aut frequenter in familiarem sermonem incidunt.

19. Themate, quod postea domi latine convertendum est, tradito, tradat statim magister difficiliora quaedam vocabula, aliaque subsidia, quibus pueri iuvari possint, ut et perspicuitatis in scribendo rationem habeant quam maximam, et nihil, quoad eius fieri poterit, mandent litteris, quod ex idoneis auctoribus, ex M. Tullio praesertim, depromptum non sit.

20. Duplex unusquisque puer suae compositionis exemplum scribat, unum sibi, alterum magistro ad emendandum accedenti; qui su-[188]periore ex loco clara corrigat voce exempla quina vel sena quotidie, et in his unum aliquod ex deterrimis, palam indicando quidquid in syntaxi, in orthographia, in interpretatione aut aliter erratum fuerit.

21. Inter emendandum cum primum erratum aliquod publice pronuntiarit, iubeat, ut qui errarunt aut eorum aemuli, regulam, contra quam peccatum est, statim proferant, atque reliqui omnes, suum quisque exemplum corrigant, correctumque tradant, si non quotidie, aliquando tamen aemulis, qui dispiciant, correctum ne sit ex magistri praescripto, et an habeat alia praeterea, quae corrigenda sint. Ad eam vero censuram honore aliquo et, si commode potest excogitari, praemiolo excitandi essent.

22. Hoc sane modo cum omnium exempla quotidie magister corrigere non possit, corrigat tamen, quo plura potest; quaedam etiam privatim ipse recognoscat e suggestu; ex iis praesertim, quorum suspecta diligentia est, nunc illum ad se vocando, idque saltem eo tempore, quo aemuli aliorum exempla perlegunt et errata colligunt; prorsus ut schola in ternas quaternasve partes divisa, nullus sit, cuius compositionem semel in hebdomada non emendarit.

23. Dum privatae tacitaeque vacat correctioni, iubeat eos, quibus tunc negotii nihil est (ne perstrepant ex otio) aut vertere M. Tullii praelectionem ex latino, aut ex grammaticae regu-[189]lis recens explicatis depromere, quae in certamen proponant aemulis, aut ex eiusdem M. Tullii epistolis aliquid emendate, interpunctim elegantique charactere transcribere; idque sic attente, ut iam nunc incipiant, quod in exscribendo Thucydide ferunt Demostheni contigisse, occultam Ciceronis imitandi facultatem et consuetudinem nancisci.

24. Eorum vero, quae tunc descripta aut composita fuerint, arripiat quamcunque potest occasionem legendi modo haec, modo illa ad emendandam, praeter alia, orthographiam, qua nihil vitiosius in puero. Eadem de causa etiam inter dictandum semper admoneat, quomodo quaeque orationis pars scribenda interpungendaque sit; atque idipsum a pueris non scribentibus solum, sed etiam dictatum clara voce legentibus, exigat sedulo.

25. Ad haec, ut gustum aliquem Ciceronis habeant pueri, unde compositionum suarum prima exempla decerpant, ex illius epistolis breviores ac faciliores aliquas seligat, quas explicet nullo quidem rerum apparatu, nulla locutionum varietate; totidem tantum vulgaris linguae vocibus, sed quibus vocabulorum locutionumque maxime propriam ac genuinam vim (quo in genere suam magister operam egregie probare nitatur) exprimat, referatque explicationem omnem potissimum ad pueros grammaticae praeceptis, praesertim iis, quae [190] proxime dicerint, informandos.

26. Id quo melius fiat, saltem praelectionum capita et ea potissimum, quae dictaturus est in schola, domi prius recte atque ordine sic scribat, ut ab aliis perlegi possint. Quae autem scripserit, aut secum cogitarit, postea pueris tradat atque explicet hoc fere modo:

§ 1. Primum sententiam auctoris et antecedentium, cum iis, quae modo interpretanda sunt, connexionem perstringat quam paucissimis.

§ 2. Deinde periodum ad verbum interpretetur, nec auctoris voces ac figuras suis locis, nisi coactus, dimoveat, ut simul et locutionis integritati, quae disiungendis vocibus persaepe

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

corrumpitur, et aurium interiori illi iudicio, quod plurimum refert in cognoscendis oratoriis numeris, consulatur.

§ 3. Tum periodum totam, indicandae structurae gratia, resolvat; nec semel tantum, sed, si opus fuerit, etiam tertio et quarto, prorsus ut quae quanque vox regat, clare pueri intelligant, nec utiles quasdam latinae linguae observationes bonis auctoribus familiares ignorent.

§ 4. Singula postmodum auctoris verba, non omnia quidem, quo progressus fiat in auctore, sed bina fere aut terna eorum, quae maxime excellunt, perpendat; curetque, ut puer eorum non communem quandam atque adum-[191]bratam intelligat significationem, sed propriam imprimis ac nativam, eamque non nisi unam aut alteram; nec aliunde, quam ex Cicerone, Varrone, Festo, Nonio, Gellio, aliisve antiquioribus, qui de verborum proprietate scripserunt repetitam; et duobus non amplius quam maxime appositis exemplis ex eodem potissimum auctore, enucleatam.

§ 5. Metaphoras quoque, praesertim Ciceroni proprias (quae nisi intelligantur, veram ac germanam linguae cognitionem vehementer impediunt) demonstret maxime rudi Minerva, notissimarumque rerum exemplis.

§ 6. Ad haec tres aut quattuor elegantiores phrases excerpat ac dictet, earumque postea usum atque imitationem exigat in scribendo. Dictet autem intra tempus explicationi definitum, ne eam ob causam necesse sit tempus interpretationis prorogare.

§ 7. Praelectio ipsa sive auctoris, sive grammaticae, praesertim ex generibus et praeteritis, non longius pateat ternis aut quaternis versibus.

§ 8. Severe pueris interdicat, ut ne unam quidem litteram scribant, nisi iussi, ne cum delectum ipsi nesciant habere, res leves, protritas, male coagmentatas, nec raro vitiosas, mendisque refertas pro pretiosis rebus excipiant.

§ 9. Caveat denique, ne paedagogi pueris domi lectiones alias exponant, sed repetant [192] duntaxat auditas in scholis, ne bonae interpretationis, quam in scholis didicere, domi iacturam faciant.

27-31. Habitae praelectionis rationem ... qui vicerint. [v. R 86/B *Stud. inf.* c. VI (*Harum scholarum* ...); supra, p. 192-200]

32. Ad haec, initio scholarum matutinam mane, vespertinam vespere lectionem pueri reddant memoriter decurionibus; hi vero vel decurionum maximo, vel magistro, qui tres etiam quatuorve ex aliis semper audiat per partes publice ac palam tum ad explorandam decurionum fidem, tum ad ea pronuntiationis vitia corrigenda, quae ut in legendo caverentur, superius constitutum est. Audiat autem praesertim desidiosissimum quenque, quique serius ad ludum venerunt. [194]

33. Porro cum operae pretium sit cum graecis latina coniungere, faciendum est, ut huius scholae pueri graecorum elementorum molestias devorent, ne iis velut spinis torqueantur provectiores. Itaque doceantur primum legere graece et scribere; deinde inflectere verba et nomina simplicia.

34. Quo autem exercitationes istae fructuosiores sint, silentium et attentionem puerorum omni ope atque opera magister exigat; quam ad rem valet admodum, si clara voce agant inter se; si fervide et acriter exerceantur a magistro; si nullus aut ad repetendum dicendumve aliquid se offerat, aut adversarium provocet, nisi permissu magistri; si severe caveatur, ne quis proxime assidentibus quicquam suggerat, dum interrogantur a magistro; si denique quicquid in hoc genere peccatur non impune peccetur.

35. Danda denique opera est, ut tempestive libri, quibus usuri sunt, emantur a pueris; secus qui fecerint, nullo modo immunes sint ab ediscendo, sed describere iubeantur, quae erunt explicanda, quoad eos sibi libros compararint.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Incitamenta studiorum[4]

36-46. Omnibus quibus potest ... pars victa, perduret. [v. R 86/B *Stud. inf.* c. VII (*Incitamenta studiorum*) n. 1-2; supra, p. 200-06]

47. Ad haec, quo magis alacri erectoque ad studium animo sint, bis quolibet mense tertiani ad superiorem scholam, per semihoram certaturi cum secundanis, ascendant; non omnes quidem, sed lectissimi quique, dummodo eorum delectus sine invidia atque offensione fieri queat; et ii qui non ascendunt, decurionum opera in officio contineri possint. Intersint [199] concertationi praefectus et duo praeceptores, ipsi etiam inter se modeste disputaturi.

48. Disputent autem de iis tantum, quae suae classi propria sunt; nec dialectico more, sed illo fere modo:

Cedo mihi modum seu tempus, seu supinum illius verbi, sive latini sive graeci. - Inflecte nomen illud. - Ostende illius vocis etymologiam. - Estne haec oratio bene latina? - Converte latine sententiam istam. - Expone illam regulam grammaticae locumve M. Tullii. - Quaenam est huius vocabuli germana vis et quotuplex? - Unam aliquam sententiam duabus aut pluribus latinis phrasibus enuntia. - Et alia id genus.

49. Cum communia praemia publice dividenda sunt, aut in theatro ab adolescentibus nostris aliquid exhibendum, sicut his rebus pueriles animi exhilarantur, et ad studia bonarum artium inflammantur quam maxime; ita et magister strenue laboret, ut et suos egregie instructos mittat ad certamen, et severe caveat, ne morum doctrinaeve iacturam faciant, dum se comparant ad theatrum. [200]

Tempus huius scholae penso circumscriptum[5]

50. Primus in artem grammaticam ingressus tribui posse videtur duas in partes; quarum una inferior, simplicior, facilior est, et complectitur tum simpliciores fere verborum nominumque ac pronominum flexiones et genera; tum concordantias ac prima syntaxeos elementa; v. gr. regulas activorum verborum ad impersonalia iuxta romanam methodum, quam provinciae, quae non sequentur, aliam huic non valde dissimilem, ut supra dictum est, sibi conficiant, licet.

51. Altera pars superior, difficilior, eruditior posita est in anomalis nominibus ac verbis, in pronominibus derivativis, in relativis, in praeteritis ac supinis, aliisque similibus copiose explicandis, quae pars inferior adumbraverat dumtaxat. Continet etiam generales syntaxeos regulas ab impersonalibus ad figuratam usque constructionem exclusive omissis tamen appendicibus, prout in romana methodo habentur; qua quae non utentur provinciae, possunt tamen ex similibus rebus propriam sibi conscribere.

52. Ubicunque poterit obtineri, ut in gymnasium nostrum non admittantur, nisi mediocriter calleant priorem illam ac simpliciorem partem, ea breviter repetita in superiorem [201] difficilioremque potissimum incumbat tertiae classis professor; quam et trimestri spatio absolvat et trimestri altero repetat.

53. Id ubi consequi non possumus, utraque rudimentorum atque introductionis pars in scholam tertiam coniicienda est; inter cuius auditores si non magna sit doctrinae inaequalitas, simul universi priorem partem trimestri tempore, posteriorem trimestri altero condiscant.

54. At quoniam puerilis memoriae magna sicut facilitas, ita et imbecillitas est, et propterea quae facile imprimuntur, facile etiam dilabuntur, necesse est, ut quaecunque magister se-

---

[4] Vide R 86/B c. VII (*Incitamenta studiorum*); supra, p. 200-06.

[5] Vide *ib.* c. VIII (*Tempus cuiusque scholae penso circumscriptum*); supra, p. 206-08.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mestri tempore docuit, eadem semestri altero recurrat atque inculcet. Is plane ad initia recursus quotannis bis iteratus proderit tum pueris, qui ab externis scholis ad nostras subinde ventitant; tum iis auditoribus nostris, qui cum intra annum, ut ad superiorem scholam ascenderent, idonei non fuerint, earum certe rerum, in quibus semel auditis minus quam oportuit, profecerant, iteratione confirmandi sunt.

Causae duplicandi professores vel ordines tertiae classis[6]

55. Atque haec de tertia classe, quae uno praeceptore, uno item ordine contenta est, constituta sint. Sed quoniam gemi-[202]nandi vel praeceptoris, vel ordinis causae fere tres incidere solent, de his videntur observanda, quae sequuntur.

56. Prima duplicandi causa solet esse numerosior auditorum multitudo, quam cui magister unus facere possit satis. Id ubi evenerit, discipuli in duas tertias classes, duosque magistros dividantur, qui diversis quidem locis, easdem tamen res doceant atque explicent; eorumque quilibet seorsim illas eodem absolvat tempore, quo eas unus uno in loco magister solet absolvere.

57. Altera causa existit ex auditorum non multitudine, sed inaequalitate; quae sicubi tanta sit, ut universi in unum referri nequeant ordinem, referantur in duos, sub eodem tamen magistro, qui inferiori ordini inferiorem etiam introductionis partem, superiori item superiorem explicabit.

58. Explicabit autem has introductionis partes vel uno die uni ordini, altero alteri; vel ambobus quotidie, sed tempore, quod grammaticae explanandae repetendaeque in dies circumscriptum est, diviso duas in partes, quarum una ordini uni, altera alteri tribuatur. Eadem erit ratio atque optio in obeundis exercitationibus aliis.

59. Quanquam quod ad thema pertinet, satius est, ut ambobus ordinibus unum commune sit, paulo quidem longius, quod totum ab [203] ordine superiori scribatur, ab inferiori vero pars tantum prior, quae grammaticae praeceptis huic ordini propriis respondeat, sicut et posterior syntaxi superioris ordinis. Idem etiam auctor ambobus explicandus, sed semel iuxta captum inferioris ordinis, iterum paulo eruditius in gratiam provectiorum.

60. Quandoquidem vero huic uni duorum ordinum magistro ad eorum quemlibet seorsim erudiendum exercendumque dimidio minus vacat, quam unius ordinis praeceptori, idcirco totum scholae pensum, quod hic trimestri spatio persolvere, et trimestri altero repetere consuevit, ille sex mensibus absolvat totidemque repetat. Sin hic suam grammaticae partem et semestri decurrit tempore, et semestri altero relegit ac retractat, ille in hoc utroque opere praestando totum consumat biennium.

61. Tertiam demum causam afferre solet tanta auditorum et multitudo simul et inaequalitas, ut in unum nec ordinem, nec magistrum redigi queant. Quocirca in duos tam ordines, quam magistros segregandi sunt; duas item in classes, quarum una tertiae classis inferior ordo, altera tertiae classis superior ordo nominetur.

62. Explicent autem hi professores, unus quidem inferiori ordini inferiorem grammaticae partem, alter superiori superiorem, post-[204]quam inferiorem breviter repetierit; et quilibet trimestre spatium in suo penso persolvendo, tantundem etiam in repetendo collocet; prorsus ut audire pueri uno possint anno, quicquid utrique ordini praelegendum relegendumque est.

Promotio ad superiorem classem[7]

63. Porro discipuli ab inferiori schola vel ordine ad superiorem promovendi non sunt

---

[6] Vide R 86/B c. IX (*Causae duplicandi professores* ...); supra, p. 208-10.

[7] Vide *ib.* c. X (*Promotio ad superiorem classem*); supra, p. 210-16.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nisi postquam quicquid suae scholae ordinive proprium est, semel atque iterum audierint; cum auditarum rerum retractatio pueris pernecessaria sit. Nonnulli tamen magna assiduitate ingenioque praestantes repetitionis non indigent; aliis contra, ut quantum satis est, proficiant, eadem bis et ter recurrenda atque inculcanda sunt.

64. Et generalis quidem solemnisque promotio semel in anno, cum instaurantur studia, facienda est. Quam ob causam aequum est, ut uno ferme ante examen mense strenue suos magister in praecipuis ac difficillimis exerceat, quae maxime ab iis, qui promovendi sunt, requiri solent.

65. Intra annum vero quicunque in superiori schola magis aut nihilo minus, quam in sua profecturi videbuntur, nequaquam detinean-[205]tur amplius, sed ascendant omnino, sive pauci sive multi fuerint; idque quolibet anni tempore, etiam si saepe et saepius id faciendum esset.

66. Ut autem magister de suorum auditorum profectu iudicium semper paratum habeat, si a parentibus aut a praefecto interrogetur de aliquo, sub initium anni in catalogum referat universos, et ut quisque longo usu atque observatione specimen sui dederit, ita cuiusque nomini apponat notam industriae aut negligentiae, ingenii aut tarditatis, frequentiae aut infrequentiae, temporis quoque in ea schola consumpti, ut intelligatur, ecqua sit spes progressus faciendi, si ad superiorem scholam transierit.

67. Alternis mensibus huiusmodi catalogum latine et alphabeti ordine conscriptum in folio tradat praefecto; accuratissimum vero, cum instat annuae promotionis examen. Quod quoniam magna ex parte pendet ex magistri iudicio, quo plures potest, discipulorum gradus distinguat in catalogo; ac ferme sex; nempe: optimos, bonos, mediocres (qui tamen apti iudicantur), dubios, retinendos, reiiciendos. Quae notae numeris significari possent: 1 2 3 4 5 6. [206]

Quotidiana temporis ratio ac divisio[8]

68. Magister ante signum datum scholas non ingrediatur; potius, si cum aliquo agendum, agat in atrio. Nec dato signo uspiam demoretur, aut ab ullis, licet gravibus viris, detineri patiatur, modeste sui illos muneris admoneat, ingressumque suum in scholam discipulis iubeat anteverti.

69. Det operam, ut quam minimum fieri potest, recedat a temporum spatiis, quae hic singulis exercitationibus assignantur; eaque, ut fere fit, distinguat ad clepsydram. Observet et exercitationum ordinem hic praescriptum, nisi iustis de causis praefecto videretur variandus. In eo tamen, qui initio studiorum susceptus fuerit, constanter toto anno perseverandum.

Mane hora prima — § 1. Themata corrigantur. Quod dum privatim ac summissa voce facit praeceptor, pueri primum memoriter recitent decurionibus; deinde tacite scribant, quae magister hoc tempore scribenda constituerit.

§ 2. Recitatio tamen posset etiam (si nihil impediat) ante praeceptoris adventum statim post primum campanae signum inchoari. Eo [207] quoque tempore recognoscet decurio et colliget quicquid afferendum domo fuerit a pueris, idque magistro tradat cum censoriis notis; hoc est, cum observationibus eorum, quae quisque bene maleve gesserit in recitando, in scribendo et in aliis huiusmodi.

Hora secunda — § 3. Publice recitetur a nonnullis et recognoscantur censoriae notae. Deinde repetatur lectio pridiana; tum praesens explicetur et explicata exigatur a pueris. Horum autem quatuor operum cuilibet suus ferme horae quadrans impendendus.

---

[8] Vide R 86/B c. XI; supra, p. 216-19.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Extremae horae dimidio — § 4. Nomina et verba inflectantur; sed paulo ante finem vacetur graecis; et pueri quidem inferioris ordinis graecos characteres legere ac fingere doceantur; superioris autem simplicia quaedam nunc declinare, nunc coniugare.

A prandio hora prima — § 5. Recitetur primum ex grammatica aliquod sive rudimentum, sive prae-[208]ceptum, sive coniugatio, sive declinatio, sive plura quaedam ex his. Deinde quae ex imposito onere mane scripserint pueri, dum themata corrigerentur, recognoscantur publice quam plurima, et maxima cum alacritate atque testificatione cuiusque virtutis et ignaviae. Tum si quid horae superest, graviter inculcentur ea, quae frequenter peccantur a pueris.

Hora secunda — § 6. Dimidia exponatur ac repetatur grammatica; altera dimidia dictetur tum breve scribendi argumentum, tum aliquod nomen ac verbum sequenti die flectendum. Doceantur item recte scribere vel illic traditis, vel domo allatis exemplaribus; quae et elegantia et emendata sint. In superiori tamen ordine postremus secundae horae quadrans in verborum temporibus ac supinis exigendis ex tempore collocandus est, ut ex antemeridianae ultimae horae dimidio quadrans unus nominum generibus et casibus, alter graecis tribuatur, quae etiam memoriter recitanda sunt initio scholarum.

Extremae horae dimidio — § 7. Magna adversariorum concertatione disputetur, pueris sive se [209] mutuo provocantibus ad extemporalia themata, sive exigentibus vicissim phrases ex audita M. Tullii lectione, aut reposcentibus genera, supina, flexiones nominum et verborum, aut id genus alia.

Die vacationis — § 8. Quicquid temporis in schola ponetur, non discrepet ab aliis diebus.

Die sabbati mane — § 9. Recitentur primum audita per hebdomadam; imo ab initio libri praeseferat magister velle se librum illum a principio singulis sabbatis recitari. Sed ubi explicando ad quintam pagellam vel ulterius progressus fuerit, ex primis paginis aliquas, modo plures, modo pauciores iuxta pensi magnitudinem remittat; interdum tamen postremis paginis omissis primas iubeat recitari, ut totius libri recens memoria retineatur. Eo denique absoluto, sortito capiat aliquos ex iis, qui ultro nomina in eam rem dederint, ut e suggestu totum librum per partes cum dignitate pronuntient, nec sine praemiolo.

§ 10. Totius deinde hebdomadae praelectiones repetantur; et quia omnia eorum capita non possunt, praecipua atque utilissima quaeque [210] recolantur, partim discipulis sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus, partim magistro exigente.

A prandio — § 11. Idem praestandum de rebus pomeridianis, et thema paulo longius dictandum, quod post dominicum diem corrigatur.

§ 12. Novissima semihora in brevem explicationem catechismi, piamque exhortationem collocetur. Exponatur autem catechismus ex P. Canisii libello, nisi alicubi alius iam in usu sit nihilo minus utilis. Ediscetur etiam quotidie, et mane recitabitur cum praelectionibus aliis; tametsi superiori ordini satis fuerit illum sabbato recitare duntaxat initio scholae.

In festis et annuis vacationibus

§ 13. Tam in festis, praesertim si plura sint, quam in annuis vacationibus, sive praefectus, sive magister pueris aliquid, quo occupentur, imponat. [211]

Pietas ac disciplina morum[9]

70. Incensis potissimum studiis in id incumbat magister, ut christiana pietate teneras adhuc suorum mentes imbuat; quod maxime consequetur crebris apud Deum precibus, religiosis vitae suae exemplis et salutaribus monitis; quae cum per omnem asperget occasionem,

---

[9] Vide R 86/B c. XIV (*Pietas et disciplina morum*); supra, p. 224-28.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

inter praelegendum etiam, breviter tamen, tum plenius in sabbato ad vesperam extrema semihora.

71. Nec solum hortetur ad orandum Deum quotidie, ad frequentandas conciones et sacramenta, solemnibus praesertim festis, ad obsequia parentum, ad vitanda consortia, quae noceant, ad vitiorum detestationem, ad omnem demum officii munus; sed explicet etiam, quaenam ineunda ratio, ut piis hisce exercitationibus devote ac fructuose perfungantur; suadeatque ut aliquot libellos hoc argumento pie conscriptos, familiariter manibus terant; et intelligant, ut virtute quisque praestiterit, ita magistro fore carissimum; ac reliquis (si non valde imparia caetera sint) anteponendum.

72. Cum menstruae puerorum confessiones excipiendae sunt, statis quibusdam horis plures simul confessarii ad audiendum resideant, ut liberum semper sit cuique puero confiteri [212] cui malit, dummodo confessario tradat in schedula descriptum suum nomen et classem; quas schedulas, ubi confessarius suas cuiusque classis magistro reddiderit, is inde recognoscet, ecqui defuerint.

73. Neque vero confessionum causa quicquam remittendum est ex iis, quae scholarum propria sunt; sed terni mittantur initio ad confitendum; deinde ut singuli redeunt, ita ex caeteris singuli binive summittantur. Permagni quoque interest, ut magister et cum confessariis ex animo serioque consentiat, et eos doceat de iis rebus, quae de pueris aut a se cognitae aut etiam deprehensae fuerint.

74. Missae sacrificio quotidie discipuli intersint, idque ante scholas, ubi viget ea consuetudo; post Pascha certe inducenda etiam est saltem in eas provincias, quarum coelum aestuosius est. Adsint ad modestiae censuram decuriones, magistri etiam omnes, qui sacerdotes non sint, ubi post scholas itur ad sacrum.

75. Cum ad missam conveniunt ad templum, faciendum omnino est, ut ingressus egressusque strepitu careant. Neque in eundo et in exeundo e templo (ut confusio caveatur) idem servetur ordo, sed inversus, ut primi exeant, qui novissimi subierant.

76. Sabbato ad vesperam post litterarias exercitationes scholae omnes ad B. Virginis litanias cogantur in templum, si capax omnium [213] sit; sin minus, in sua quisque classe magister eas curet recitandas. Qui frequenter etiam pro re oblata collaudet assiduos in audiendis concionibus; et ad eas bis in hebdomada suos mittat in Quadragesima; aliquando etiam eos ducat ipse modeste apteque dispositos, huic rei si nihil obstiterit.

77. Ad religiosam nullam familiam, multo minus ad nostram hortetur pueros, neque id se cupere praeseferat; quin potius secum ultro volentes agere ea de re, prudenter ad confessarium remittat. Ad congregationem autem B. Mariae Annuntiatae praeceptor eos, quos idoneos ac propensos ad eam rem viderit, hortari poterit privatim; publice vero nequaquam, nisi id magno cum fructu nulloque incommodo fieri queat.

78. Non patiatur pueros, dum versantur in schola, vagari quo velint; nec aliis munuscula schedasve mittere; nec in scholam afferre quicquam, quod turbae, periculi, suspicionis aliquid habere videatur. Nec schola egredi, nisi necessitas cogat; ac tunc non nisi singulos; atque ita ut non mittatur alter, nisi prior reverterit; nec e schola quemquam evocari, nisi forsan a congregationis praefecto, vel a confessario, idque prima ferme scholarum hora, admonito tamen magistro.

79. Ut quaeque decuria propius sedet ad scholae ianuam, et ut quaeque schola propinquior [214] est gymnasii portis, ita primae exeant ex praescripto praefecti vel magistri; qui non descendet e suggestu, priusquam omnes schola egressos viderit.

80. Nonnullos habeat, qui suorum auditorum domos sciant, perque eos internuntios (spectatae tamen integritatis et fidei) inquirat de reliquorum moribus, et cur aliquando ab schola abfuerint; neque enim temere caussae, quae afferuntur a pueris, probandae, nisi ab

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

aliquo suorum confirmentur aut coram aut misso chirographo, quod suspectum non sit.

81. Qui sine causa plures dies abfuerint ab schola, in eam postea non recipiantur, nisi iussu praefecti; qui vero semel aut iterum, aut certe non crebro, graviter plectantur; et quot abfuere diebus, loco compositionum, cum redierint, ferant in scholam totidem, imo duplo plures auctoris praelectiones e latino in vernaculum conversas.

82. Ex usu quoque est, ut magister alternis fere mensibus cum negligentiorum aut periculosiorum parentibus aliisve, in quorum tutela sunt, colloquatur, ut scilicet eorum studiis moribusque prospiciant. Id quod etiam cum caeterorum discipulorum parentibus interdum fieri expedit, cum ea res magnopere et pueros contineat in officio, et eorum parentes magistro Societatique conciliet.

83. Pauperum studiis ut bene prospectum sit, [215] strenue det operam magister, ne ullus iure queri possit eos a nobis negligi atque contemni. Cum nobilibus etiam mitius agendum; si quid tamen peccarint, plectendi non secus ac caeteri. Atque hi quidem (si pro more patriae ad aedificationem et honestatem id pertineat) consideant simul omnes, et melioribus subselliis habita aetatis ratione; ad scholam tamen superiorem, si idonei non sint, nullo modo provehendi, ne detrimentum in beneficio accipiant.

84. Nec serio, nec ioco aliquem magister carpat, nec probrosa cognomina cuiquam imponat; neque quod unius est vitium, toti generi aut sodalitati obiiciat. Proborum, eorum praesertim, qui sunt e congregatione, rationem habeat, eosque, si caetera paria sint, tractet indulgentius; modo ne delictis eorum parcat aut alat desidiam.

85. Usitatis poenis plagarumque modo, qui a praefecto aliisve praepositis fuerit constitutus, noxios mulctet; inusitata supplicia ad praefectum reiiciat; ad eundem quoque referat, si quid animadvertendum in eos, qui domi peccarunt; neque enim delicta domi patrata facile in scholis punienda, ne nostros magistros domesticorum impetus abripiat; puniat autem per correctorem, ubi est; sin desit, a pugnis tamen ipse, a colaphis, ab alapis abstineat omnino.

86. Nec in puniendo praeceps, nec in inqui-[216]rendo nimius sit; dissimulet, quae sine scholae et cuiusque damno dissimulari possunt; aliis honoris, dedecorisque stimulis utatur frequentius, quam flagello. Cum vero id quantumvis modice, agendum est, ita verbis rem exaggeret, ut scuticae metus atque opinio apud pueros (etiam cum cessatur a scutica) plurimum valeat, et vel levissimus ictus magnae ignominiae loco ducatur.

87. Si quis supplicium recuset, moderata vis afferri potest; sin autem adolescens is sextum decimum annum excedat, accersatur praefectus. Nec publice puniantur flagitia quaedam secretiora, sed privatim; aut si publice, aliae obtendantur causae, et satis est eos, qui plectuntur, conscios esse causarum.

88. Non patiatur magister suorum odia et simultates, nec aliquid armorum in area, multo minus in scholis. Ad praefectum etiam sua sponte referat, si quid in schola gravius acciderit, etiam si turbarum quicquid fuerit, ab ipsomet compositum iam sublatumque sit.

89. Si quis interdum quidpiam aut ignorarit, aut peccaverit, ad id discendum in inferiorem classem ordinemve non trudatur; sin crebro atque admodum negligens ac segnis fuerit, admonito praefecto, et re ipsa per examen explorata, ad inferiorem locum deiici potest.

90. Iniussu praefecti discipulum nullum aut in [217] scholam admittat, aut admissum eiiciat. Nec locorum, quae singulis ad sedendum sub studiorum instauratione praefectus assignabit, eo inconsulto commutationem magnam imperet.

91. Cum extra scholam agit cum pueris, nec diu sinat esse aperto capite, nec de aliis agat rebus, quam de seriis; idque eo loco modoque, qui caeteris merito displicere non possit, nec eorum alat familiaritatem, quamprimum potius ab iis se expediat.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

92. Nec ad publica spectacula ac ludos, nec ad personam ullam in externorum theatris agendam, nec ad supplicia reorum (nisi forsan haereticorum), nec ad singulare et inusitatum aliquid pueros dimittat magister, nisi a rectore sive a praeposito provinciali pro variis gentium moribus constitutum fuerit, expedire; quod si rectori videatur non esse permittendum, ut ad publicas processiones eant (modo eatur ad eas, quae iubilaeo praescribuntur), earum loco in unaquaque classe litaniae recitentur paulo ante finem scholarum.

93. Suos quilibet magister censores et publicos et privatos, et unum censorem maximum habeat, per quos in aliorum mores inquirat.

94. Nullam in rem pro schola sumptum facere pueros patiatur, nec eorum utatur opera in describendo, aut in aliis, quae ad ipsorum utilitatem et usitatas scholae exercitationes non pertineant. Nec inconsulto rectore externis [218] paedagogum, aliumve, qui apud eos domi commoretur proponat.

95. In qualibet classe suspensa ad parietem tabella palam omnibus expositae sint regulae a discipulis observandae, quas publice legi iubeat singulis ferme mensibus.

Regulae Professoris Secundae Classis Grammaticae

Officium et finis

1. Ita pueros ... videantur. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 1; supra, p. 286]

Grammaticae pars quae secundae scholae propria est

2. Sicut tertia classis primum in artem grammaticam ingressum sive introductionem sibi vendicat, ita secundae classi proprie convenit mediocris in illa progressus; hoc est, totius syntaxeos compendium quoddam, quod fere generalibus Emmanuelis praeceptis sine appendicibus continetur.

3. Huic compendio respondent in Emmanuele ad romanam methodum explanato appendices tam primi, quam secundi generis. Nec enim quicquam Appendicum videtur communicandum cum tertia, quae rebus et minu-[219]tissimis, et molestissimis et numero quam plurimis satis implicita est. Accedit etiam puerorum maior et ruditas et multitudo et ordo duplex ut plurimum; sed et cum unico constat ordine, minus habet temporis, quam secunda.

4. In hoc compendio difficiliora quae fuerint, si suo praefectique arbitrio puerorum captum superant, ea vix aut leviter attingat; explicanda sunt enim postmodum a primae classis professore. Sin ea secundae classis modum non excedant, facto a facilioribus initio, difficiliora partim in opportuniorem locum differat, partim grata vice facilioribus intermisceat, ut quantum in his festinat, tantum in illis exponendis, recolendis, ac per varias exercitationes inculcandis haereat, quoad probe ac firmiter teneantur a pueris, etiamsi ob eam causam oporteret aliquando syntaxeos explicationem intermittere.

Quotidianae exercitationes

5. Aliquod quotidie verbum ac nomen inflectendum ex difficilioribus, praesertim quae auctoris explicatio vel argumentum thematis obtulerit; idque nunc recto et continenti, nunc interrupto ordine cum singulis binisve epithetis; in quibus ita exerceantur pueri, ut etiam genera, praeterita, supina [221] promptissime reddant; et inter coniugandum, per singula tempora brevem aliquam phrasim eiusdem temporis ex vernacula faciant latinam, et ex latina vernaculam.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6. Exponat magister diligenter syntaxim variis modis atque exemplis, et iuxta illius praecepta exerceat sedulo pueros thematibus interdum verbotenus transferendis in latinum; et iis quidem non temere confictis, sed ex probatis auctoribus ita petitis, ut quam paucissimae voces immutentur, ne, quod fere fit, dum grammaticam addiscunt, impure loqui et inquinate consuescant.

7-25. Propositum vero thema ... non impune peccetur. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 16-34; supra, p. 287-89]

26. Faciendum quoque est, ut magister, et discipuli utcunque poterunt, non nisi latine loquantur, data negligentibus (modo ne in universitates, in quibus id moris non sit, introducatur) notula seu catenula, cuius ad finem scholae ratio exigatur tam antemeridianis, quam pomeridianis horis.

27. Ea vero res sicubi intolerandas turbas excitet, satis fuerit, siquando patrium sermonem aliquis usurpet, reprehendi ab adversario, qui punctum victoriae sibi notari iubeat, certo quodam punctorum numero constituto, quem qui excesserint, poena aliqua litteraria afficiantur; hoc est, aliquid ultra quotidianum scholae pensum aut ediscere aut scribere iubeantur.

28. Danda denique opera ... compararint. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 35; supra, p. 289]

Incitamenta studiorum

29-41. Omnibus, quibus potest ... alia id genus. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 36-48; supra, p. 290]

42. Praeterea cuipiam puero ex provectioribus demandet, ut circiter semihora praelectionem aliquam ex suggestu, qui aliquo tapetio instratus sit, non tam novam habeat, quam [235] habitam a magistro repetat solito ornatius in sabbato; idque singulis fere mensibus. Immo id semel aut iterum etiam in anno faciendum cum honorariorum auditorum invitatu et apparatu maiori, sed qui pene nullum postulet sumptum.

43. Cum communia ... ad theatrum. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 49; supra, p. 290]

Quando duplicandi professores vel ordines secundae classis

44. Ubi admodum magna non fuerit auditorum multitudo aut inaequalitas, unus magister simul universis semestri tempore totum syntaxeos compendium explanet, sed prius repetita nihilo minus quam per mensem Introductione, quam audierant in tertia. Altero etiam semestri hoc totum pensum denuo recurrat atque inculcet, tum propter eos, qui propterea quod in eo non satis profecerant, ad primam scholam promoti non fuerint intra annum; tum propter novos auditores, qui [236] vel ex tertia classe, vel ab externis scholis accedere solent ad secundam.

45. At si numerosior fuerit auditorum multitudo, quam cui magister unus facere possit satis, discipuli in duas secundas classes duosque magistros dividantur, qui diversis quidem locis, easdem tamen res doceant atque explicent, eorumque quilibet seorsim illas eodem absolvat tempore, quo eas unus uno in loco magister solet absolvere.

46. Sin auditorum frequentia magna non sit, sed inaequalitas tanta, ut universi (id vero raro accidit secundae classi, et ne accidat enixe curandum; accidere tamen posse nihil prohibet) in unum referri nequeant ordinem, referantur in duos, sub eodem tamen magistro, qui syntaxeos compendium duas dissecet in partes, et inferiorem inferiori ordini, superiorem vero explicet superiori.

47-49. Explicet autem ... indiget biennio. [v. *Reg. prof. 3 cl.* n. 58-60; supra, p. 291]

50. Denique sicubi fuerit auditorum tam frequens multitudo simul et tam differens inaequalitas, ut in unum nec ordinem nec magistrum redigi queant, in duos tam ordines, quam magistros segregentur, duas item in classes, quarum una secundae classis inferior ordo, altera secundae classis superior ordo nominetur. Explicent autem hi professores, unus quidem in-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

feriori odini inferiorem compendii partem, alter superiori superiorem; et quilibet semestre spatium in suo penso persolvendo, tantumdem etiam in repetendo collocet, prorsus ut audire pueri uno possint biennio, quicquid utrique ordini praelegendum relegendumque est. [238]

Promotio ad superiorem classem

51-55. Porro discipuli ... 1 2 3 4 5 6. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 63-66; supra, p. 291-92]

Quotidiana temporis ratio ac divisio

56-57. Magister ante signum ... perseverandum. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 68-69; supra, p. 292]

Mane hora prima

§ 1-2. Themata corrigantur ... huiusmodi. [v. *Reg. prof. 3 gram.* § 1-2; supra, p. 292]

Hora secunda

§ 3. Publice recitetur a nonnullis, nisi id faciendum potius videatur [241] ad extremum horae primae. Praelectio pridiana brevissime repetatur, tum praesens explicetur per semihoram fere ex M. Tullii epistolis, et explicata statim exigatur a pueris.

Horae tertiae dimidio

§ 4. Vacetur graecis, habita prius repetitione eorum, quae in tertia classe graece didicerant pueri.

A prandio hora prima

§ 5. Recitetur grammatica et decurionum censurae recognoscantur per semihoram.

§ 6. Per alteram vero ea, quae mane composita fuerint, praeceptore themata corrigente, breviter examinentur, publice tamen atque alacriter cum testificatione cuiusque virtutis et ignaviae; tum aliquod verbum ac nomen ex difficilioribus inflectendum.

Hora secunda

§ 7. Dimidia exponatur ac repetatur grammatica cum extemporalium thematum exercitatione.

§ 8. Dimidia item vel ex Virgilii Aeglogis vel ex honestioribus Ovidii epistolis Heroidum aliqua breviter praelegatur cum nonnulla repetitione; satis est enim gustus aliquis poeticae. [242]

Horae tertiae dimidio

§ 9. Thema dictandum disputandumque magna adversariorum concertatione, pueris sive provocantibus se mutuo sententiis latine vertendis; sive exigentibus vicissim phrases ex auditis praelectionibus, aliave id genus; sive aliquid vulgari sermone dictatum ad grammaticam rationem expendentibus, viva voce exigente magistro, atque indicante, quomodo quidque scribendum sit ad grammaticae leges.

Die vacationis

§ 10-15. Quicquid temporis ... imponat. [v. *Reg. prof. 3 gram.* § 8-13; supra, p. 293]

Pietas ac disciplina morum

58-83. Incensis potissimum studiis ... singulis ferme mensibus. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 70-95; supra, p. 293-96]

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

Regulae Professoris
Primae Classis Grammaticae

Officium et finis

1. Ita pueros ... videantur. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 1; supra, p. 286]

Grammaticae pars, quae primae scholae propria est

2. Ut inchoatio quaedam syntaxeos tertiam classem fundat ac perficit, secundam vero mediocris progressus et compendium, ita primam cumulata illius ac perfecta explicatio, quae ad compendium adiicit non modo figuratam constructionem et informationem prosodiae, sed syntaxeos etiam appendices vel universas, prout ab auctore dispositae fuerint, vel tertii tantum generis in provinciis, quae non ipsius auctoris, sed romanum sequentur ordinem. [253]

Quotidianae exercitationes

3. In his explicandis, facto magister a facilioribus initio difficiliora, quae occurrerint, grata vice facilioribus intermisceat, ut quantum in his festinat, tantum in illis exponendis, recolendis, ac per varias exercitationes inculcandis haereat, quoad probe ac firmiter teneantur a pueris, etiamsi ob eam causam oporteret aliquando syntaxeos explicationem intermittere.

4. Iuxta syntaxeos praecepta exerceat sedulo pueros thematibus interdum verbo tenus transferendis in latinum; et iis quidem non temere confictis, sed ex probatis auctoribus ita petitis, ut quam paucissimae voces immutentur, ne, quod fere fit, dum grammaticam addiscunt, impure loqui et inquinate consuescant.

5. Propositum vero thema puer statim iisdem repetat verbis; id deinde postquam tantisper meditatus fuerit, non verbatim, sed totum simul latine redditum efferat attendentibus aliis, ut deinde, si forte eveniat, interrogati, in promptu habeant quod respondeant.

6. Thema etiam aliquod, et quidem frequenter ad epistolae formam, quotidie praeter diem sabbati dictandum, quod tamen antea magister domi et latine scripserit, et patrio sermo-[254]ne converterit; et quamvis pro captu puerorum, elaboratum tamen, perinde ac si in ea re prudentiae, ingenii, doctrinae specimen edendum sibi foret.

7-11. Itaque argumentum sit ... non emendarit. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 18-22; supra, p. 287-88]

12. Dum privatae tacitaeque vacat correctioni, iubeat eos, quibus tunc negotii nihil est (ne perstrepant ex otio) aut describere aliquid ex graeco auctore, aut versus ex praescripto componere, aut excerpere phrases ex Cicero-[256]nis praelectione, aut eam emendate, interpunctim, elegantique charactere transcribere, idque sic attente, ut iam nunc incipiant, quod in exscribendo Thucydide ferunt Demostheni contigisse, occultam Ciceronis imitandi facultatem et consuetudinem nanciscantur.

13. Eorum vero ... exigat sedulo. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 24; supra, p. 288]

14. Ex usu etiam est, ut singulis fere mensibus pueri suo marte scribant epistolam ad gratulandum, ad consulendum, ad monendum, ad reprehendendum, ad suadendum, ad dissuadendum, aut ad similia officiosae urbanitatis genera. Sed principio oporteret illius generis, de quo scribendum est, nonnulla tradere praecepta, eorumque usum in aliqua Ciceronis epistola indicare; deinde consimile argumentum proponere, deque eo pauca quaedam capita dictare, ex quibus discipuli facili negotio possint epistolam conscribere. [257]

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

15. Porro sub anni finem, qui prosodiae tribuendus est, satis fuerit exponere facillima quaeque ex syllabarum dimensione sine appendicibus et incrementis; et communiores quosdam tum pedes ut dactylum, spondaeum, trochaeum; tum versus ut hexametrum et pentametrum; et initio quidem dissolutos versus reficere pueri assuescant; deinde ex dictato tantum argumento novum carmen fingere. Idque alternis fere diebus.

16. Iam vero libri, quorum explicatio ad hanc classem pertinent, sunt M. Tullii epistolae *ad Atticum* et *ad Q. Fratrem*, et Ovidius *de Ponto* et *de Tristibus;* post Pascha autem etiam *de Senectute* vel *de Amicitia* M. Tullii, et selecta aliqua ex Martiali, ex Tibullo, ex Propertio. Explicatio autem fiat primum latino, mox iterum vulgari sermone.

17 § 1-4. Id quo melius ... enucleatam. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 26 § 1-4; supra, p. 288-89]

§ 5. Observentur quoque phrases illustriores, et quidem paulo uberius, quam in classibus inferioribus. Nonnihil etiam aspergatur eruditionis et antiquitatis, brevissime tamen, [259] ut plus vacet ad latinas phrases observandas puerisque dictandas, quas emendate describant et in libellos papyraceos referant.

18. Severe interdicat magister, tum ne unam quidem litteram scribant pueri, nisi iussi, cum rerum ac verborum ipsi nesciant habere delectum, tum ne paedagogi pueris domi praelectiones alia exponant, sed repetant duntaxat auditas in scholis, ne bonae interpretationis, quam in scholis didicere, domi iacturam faciant.

19. Auditam praelectionem eodem, quem magister servaverat, repetant ordine, et quidem clara voce, emendate, distincte, et quantum satis est, exprimant litteras seu verba, ea praesertim, in quibus enucleate proferendis puerilis lingua laborare solet. Cuiusmodi pronuntiationi ut assuescant, iubeat interdum auctoris contextum, quem explicaturus est, ab aliquo praelegi, non recte solum, sed ita lente, ut per iusta intervalla voces ipsae (quod sponte continget) sensim in memoria collocentur.

20-22. Non uni repetitionem ... ad ludum venerunt. [v. *Reg. prof. 3 gram.;* n. 29 31 32; supra, p. 289]

23. Porro cum operae pretium sit cum graecis latina coniungere, faciendum est, ut huius scholae pueris primum refricetur memoria eorum, [261] quae tradita sunt in classe inferiori, adiectis formationibus; inde tradantur verba in mi, et anomala, caeteraque rudimenta; et hic cursus bis in anno peragatur. Facilior etiam aliquis graecus auctor explicetur, ut Aesopus, S. Chrysostomus *De orando Deum*, aut aliquid Luciani. Aliquid etiam graece scribendum semel aut iterum in hebdomada.

24-27. Quo autem exercitationes ... compararint. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 34-35; supra, p. 289]

Incitamenta studiorum

28-39. Omnibus, quibus potest ... modeste disputaturi. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 36-47; supra, p. 290]

40. Disputent autem de iis tantum, quae suae classi propria sunt; nec dialectico more, sed illo fere modo: Converte latine sententiam istam. - Estne haec oratio bene latina? -Expone illam regulam grammaticae locumve M. Tullii vel Ovidii. [267] - Ostende illius vocis etymologiam germanamque vim. - Unam aliquam sententiam duabus pluribusve latinis phrasibus enuntia. - Cedo mihi modum seu tempus illius verbi graeci. - Quae sunt praecepta epistolae gratulatoriae etc. - Quanta est haec vel illa syllaba, et quam ob causam? -Et alia id genus.

41-42. Praeterea cuipiam puero ... ad theatrum. [v. *Reg. prof. 2 gram.* n. 42-43; supra, p. 297]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Tempus primae classis penso circumscriptum

43. Semestri tempore tota syntaxis cum figurata constructione plene perfecteque explicetur. Neque vero is ordinarius huius scholae cursus censendus est, nisi, sicut de reliquis classibus constitutum fuit, praecepta per unum semestre exposita, per alterum denuo relegantur, ut pueris, quae semel audita leviter haeserint, rursus inculcata confirmentur. Nam si perpaucos excipias, pars maior, ut quantum satis est, proficiat, iterata indiget explicatione, et quidem intra eundem annum, ut uno conficiatur anno totus primae cursus, sicut et secundae, necnon et tertiae, quando unum habet ordinem; aut si duos, duos etiam magistros.

44. Ea de causa post Pascha in altiorem gradum humanitati pene parem prima classis attollenda non est; praeterquam quod si attolleretur, minime conveniret novis auditoribus, qui intra annum vel ex secunda classe vel ab externis scholis accedere solent ad primam. Et quidem quae humanitati propria sunt, in ea, immo etiam in rhetorica satis inculcantur, ut qui nondum profecit, a proficiendi tamen spe non excidat, si perseveret. At quae ad syntaxim pertinent, nisi in grammaticae scholis quantum oportet, iterentur ac probe [269] discantur, nullus ea discendi reliquus locus est.

45. Alterum igitur semestre in syntaxi retractanda recolendaque ponatur, quanquam auctores in gratiam provectiorum non multo quidem, aliquanto tamen eruditius exponendi sunt, et postremus sesquimensis prosodiae tribuendus, ne eius penitus rudes (id enim male cedere reipsa compertum est) ad humanitatem ascendant; in qua cum ars metrica ab initio repetita diligenter soleat pertractari, et tam inibi, quam in schola rhetorum assiduis carminum scriptionibus confirmari, satis est ad illam accessuros, paullo ante huius studii praeceptis facilioribus nonnihil informari.

Quando duplicandi professores vel ordines primae classis

46. Si numerosior fuerit auditorum multitudo, quam cui magister unus facere possit satis, discipuli in duas primas classes, duosque magistros dividantur, qui diversis quidem locis, easdem tamen res doceant atque explicent, eorumque quilibet seorsim illas eodem absolvat tempore, quo eas unus uno in loco magister solet absolvere.

47. Sin auditorum frequentia magna non sit, sed inaequalitas tanta, ut universi (id vero raro accidit primae classi, et ne accidat enixe [270] curandum; accidere tamen posse nihil prohibet) in unum referri nequeant ordinem, referantur in duos, sub eodem tamen magistro, qui syntaxim huic scholae propriam duas dissecet in partes, et inferiorem inferiori ordini, superiorem vero explicet superiori.

48. Explicet autem has syntaxeos partes vel uno die uni ordini, altero alteri, vel ambobus quotidie, sed tempore, quod grammaticae explanandae repetendaeque in dies circumscriptum est, diviso duas in partes, quarum una ordini uni, altera alteri tribuatur. Eadem erit ratio atque optio in obeundis exercitationibus aliis.

49. Quanquam, quod ad thema pertinet, satius est, ut ambobus ordinibus unum commune sit, paulo quidem longius; quod totum ab ordine superiori scribatur, ab inferiori vero pars tantum prior, quae grammaticae praeceptis huic ordini propriis respondeat, sicut et posterior syntaxi superioris ordinis. Idem etiam auctor ambobus explicandus, sed semel iuxta captum inferioris ordinis, iterum paulo eruditius in gratiam provectiorum.

50. Quandoquidem vero huic uni duorum ordinum magistro ad eorum quemlibet seorsim erudiendum exercendumque dimidio minus vacat, quam unius ordinis praeceptori; sicut hic suam grammaticae partem et semestri decurrit tempore, et semestri altero rele-[271]git ac retractat, sic ille in hoc utroque opere praestando non minus quam toto indiget biennio.

51. Denique sicubi fuerit auditorum tam frequens multitudo simul et tam differens

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

inaequalitas, ut in unum nec ordinem nec magistrum redigi queant, in duos tam ordines, quam magistros segregentur, duas item in classes, quarum una primae classis inferior ordo, altera primae classis superior ordo nominetur. Explicent autem hi professores, unus quidem inferiori ordini inferiorem syntaxeos partem, alter superiori superiorem; et quilibet semestre spatium in suo penso persolvendo, tantundem etiam in repetendo collocet, prorsus ut audire pueri uno possint biennio, quicquid utrique ordini praelegendum relegendumque est.

Promotio ad superiorem classem

52-53. Porro discipuli ... requiri solent. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 63-64; supra, p. 292]

54. Intra annum vero vix patere debet ad humanitatem ascensus, cum primani ad eius exercitationes longe graviores raro sint idonei, ut usus ipse satis docuit; praeterquam quod interdum paucis illis humanitatis mensibus contenti, eaque vixdum leviter tincti, cum desperent se ad rhetoricam admitti posse, in philosophiae scholam irrumpunt nullo ordine, fructu etiam pene nullo.

55. Non prohibendum tamen omnino, quin paucissimi quidam et egregie provecti, quique in prima annum totum aut sesquiannum adhuc, aut etiam, cum eximio quodam progressu si praestanti ingenio sint, sex tantum menses consumpsere, possint aut debeant promoveri quolibet anni tempore, si nihilominus illis humanitas, quam prima, profutura credatur.

56-57. Ut autem magister ... 1 2 3 4 5 6. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 66-67; supra, p. 292]

Quotidiana temporis ratio ac divisio

58-59 § 1-3. Magister ante signum datum ... exigatur a pueris. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 68 69; supra, p. 293]

Horae tertiae dimidio — § 4. Vacetur graecis, habita prius repetitione eorum, quae pueri graece didicerant in secunda classe.

A prandio hora prima — § 5. Recitetur poeta ac latina syntaxis; at huius loco sub anni finem prosodia; interea cursim a magistro recognoscantur censurae decurionum; et ea, quae privatim mane scripta fuerint hora prima; deinde syntaxis explicetur et repetatur per semihoram.

Hora secunda — § 6. Cum syntaxeos repetitione continuetur aliqua exercitatio extemporalium thematum et inflexio nominis aut verbi alicuius difficilioris per occasionem. Mox thema dictetur.

§ 7. Deinde poetae lectio habeatur per semihoram. [276]

Ultima semihora — § 8. Repetatur poeta; reliquo tempore concertetur a pueris.

Die vacationis

§ 9-14. Quicquid temporis ... imponat [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 69 § 8-13; supra, p. 293]

Pietas ac disciplina morum

60-83. Incensis potissimum ... singulis ferme mensibus. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 70-95; supra, p. 293-96]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE PROFESSORIS HUMANITATIS

Officium et finis

1. Adolescentes, qui ... videantur. [cf. *Reg. prof. 3 gram.* n. 1; supra, p. 286]

Termini ac fines huius scholae

2. Haec classis eo comparata atque instituta est, ut discipuli multiplicemac variam eruditionem ex poetis, ex historiis, ex moribus gentium, ex apophtegmatis, ex adagiis, ex morali philosophia M. Tullii consequantur; caput autem est ad latinae linguae elegantiam perpoliri. Latinas epistolas usitatorum generum non sine artificiunculas ex rhetoricae compendio scribere; carmina condere praecipuorum generum; styli historici eam adipisci cognitionem, quae ex auctoribus, dum explicantur a magistro, hauriri commode poterit; in graecis denique litteris [279] adeo progredi, ut graece aliquid scribere non imperite norint.

Quotidianae exercitationes

3. Libri, quorum explicatio ad hanc classem pertinet, sunt Ciceronis *Officia, Paradoxa, Tusculanae quaestiones* praeter primam, *de Finibus* et *de Claris oratoribus*, cum sit liber pene historicus. Ex historicis vero exponatur Caesar, Sallustius, Q. Curtius, Iustinus, Cornelius, Tacitus, et aliquid Livii. Poetae denique huius classis sunt Virgilius, Horatius, *Fasti* Ovidii, tragediae Senecae, Statii *Silvae*, Claudianus.

4. Horum auctorum explicatio, quae latine tantum fieri debet, licet multiplici antiquitatis ac rerum scientia magis abundare debeat, quam inferiorum classium, modus ille tamen adhibeatur, ut id potius citra fiat, quam ultra mediocritatem; se totum potius magister effundat in linguae latinae observationes, in locutionum usum varietatemque, in bonorum auctorum, praesertim Ciceronis imitationem, levioribus modo praetermissis, modo cursim et obiter indicatis.

5. Nihil autem magis obterit ac pessum dat aut praeceptoris et scholae existimationem, aut adolescentium indolem et in humanioribus [280] litteris progressum, quam tractatus quidam philosophici, sive digressiones de sybillis, de triumpho, de magistratibus, de elegia, de tragaedia, de tropis ac similibus. Quare satis erit hisce de rebus tantum afferre in medium, quantum propositi loci postulat explicatio, discipulos autem ad libros de his rebus copiose conscriptos a variis auctoribus, reiicere.

6. Germanam vocabulorum vim non aliunde promat, quam ex M. Tullio, Varrone, Festo, Nonio, Gellio, aliisve antiquis auctoribus, qui de verborum proprietate scripserunt. Adiiciat quoque peculiares quasdam locorum difficilium (sive eiusdem scriptoris, sive aliorum sint) interpretationes, aut insigniores annotationes, quae aut non facile cuivis obviae solent esse, aut quas ex sua quisque doctrina magister deprompserit, similes lucubrationibus eorum, qui variarum lectionum libros ediderunt.

7. Ac primum explicaturus auctorem, propositi loci statim sententiam demonstret; deinde periodum, quantum oportuerit, ad verbum interpretetur, nec auctoris voces ac figuras suis locis, nisi coactus, dimoveat, ut oratorii numeri conserventur. Tum ad eadem, quae decurrerat, recurrat, adiectis suis, ubi locus exigit, rerum verborumque observationibus.

8. Ut historici explicatio quotidiana esse pos-[281]sit in hac classe, nec magistro nimium onerosa, satis illi fuerit explicare rem gestam, prout ab auctore narratur, ut non sit opus alios etiam earumdem rerum pervolutare scriptores. Proposita vero auctoris sententia, eius

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

verba leviter attingat, et ea tantum, quae plusculum habent obscuritatis; quo sane modo brevi multa percurret cum antiquitatis cognitione non poenitenda, ex qua et vivendi et scribendi exempla egregia adolescentibus suppetant.

9. Duobus extremis anni mensibus loco M. Tullii et historici, exponatur rhetoricae compendium ex Cypriano cum faciliori aliqua M. Tullii oratione, ut *pro Archia, pro Marcello, pro Deiotaro, Philippica septima*. Quo tempore adolescentibus proponantur argumenta exordiorum, narrationum, epilogorum aliarumque partium orationis initio; postea vero totarum etiam orationum.

10. Ea quae inter praelegendum magister attulerit sive ad elegantiam, sive ad eruditionem pertineant, iubeat emendate a pueris describi; caveatque severe, tum ne unam quidem litteram scribant nisi iussi; tum ne paedagogi pueris domi praelectiones alias exponant, sed repetant duntaxat auditas in scholis, ne bonae interpretationis, quam in scholis didicere, domi iacturam faciant.

11. Auditam praelectionem, eodem, quem magister servaverat, repetant ordine, et quidem [282] clara voce emendate, distincte, et quantum satis est, exprimant litteras seu verba, ea praesertim, in quibus enucleate proferendis puerilis lingua laborare solet.

12-14. Non uni repetitionem imperet ... ad ludum venerunt. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 29 31 32; supra, p. 289]

15. Porro in graecis exponantur syntaxis, ratio accentuum et spirituum post brevissimam repetitionem eorum, quae tradita sunt in prima classe. Explicentur etiam Isocrates, Lucianus, epigrammata Aristophanes, Theocritus. Alternis quoque diebus aliquid graece convertatur, et tribus postremis anni mensibus tradatur brevis ratio prosodiae, ac nonnulla tentetur in versibus faciendis prolusio. Nec mediocriter conducet, si praeceptor faciliora quaedam graece interroget, graece etiam respondeant auditores.

16. Themata huius scholae ad epistolarum formam fere dictentur, traditis nonnullis praeceptis scribendi varia epistolarum genera vel ad gratulandum, vel ad consulendum, vel ad narrandum, vel ad monendum, vel ad reprehendendum, vel ad suadendum, vel ad dissuadendum etc.

17. Themate quod postea ... depromptum non sit. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n 19; supra, p. 288]

18. Duplex unusquisque adolescens suae compositionis exemplum scribat, unum sibi, alterum magistro ad emendandum accedenti, qui superiore ex loco clara corrigat voce exempla fere terna quotidie; et in his unum aliquod ex deterrimis, palam indicando, quicquid in syntaxi, in orthographia, in interpunctione aut aliter erratum fuerit. Neque haec solum corrigat, sed elegantiae quoque et cultus exigat rationem.

19. Inter emendandum cum primum erratum aliquod publice pronunciarit, iubeat, ut qui errarunt aut eorum aemuli regulam, contra quam peccatum est, statim proferant, atque reliqui omnes, suum quisque exemplum corrigant, correctumque tradant, si non quotidie, aliquando tamen aemulis, qui dispiciant, correctumne sit ex magistri praescripto, et an habeat alia praeterea, quae corrigenda sint. Ad eam vero censuram honore aliquo, et si commode potest, excogitari praemiolo incitandi essent.

20. Hoc sane modo cum omnium exempla quotidie magister corrigere non possit, corri-[285]gat tamen, quo plura potest; quaedam etiam privatim ipse recognoscat e suggestu; ex iis praesertim, quorum suspecta diligentia est, nunc istum, nunc illum ad se vocando, idque saltem eo tempore, quo aemuli aliorum exempla perlegunt et errata colligunt; prorsus ut schola in ternas quaternasve partes divisa, nullus sit, cuius compositionem semel in hebdomada non emendarit.

21. Dum privatae tacitaeque vacat correctioni, iubeat eos, quibus tunc negotii nihil est (ne perstrepant ex otio) aut describere aliquid ex graeco auctore, aut versus ex praescripto

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

componere, aut excerpere phrases ex Ciceronis praelectione aut eam emendate, interpunctim, elegantique charactere transcribere; idque sic attente, ut quod in exscribendo Thucydide ferunt Demostheni contigisse, occultam Ciceronis imitandi facultatem et consuetudinem nanciscantur.

22. Eorum vero, quae tunc descripta aut composita fuerint, arripiat quamcunque potest occasionem legendi modo haec, modo illa, ad emendandam, praeter alia, orthographiam, qua nihil vitiosius in puero. Eadem de causa etiam inter dictandum semper admoneat, quomodo quaeque orationis pars scribenda interpungendaque sit; atque idipsum a pueris non scribentibus solum, sed etiam dictatum clara voce legentibus, exigat sedulo. [286]

23. Ex usu etiam est, ut octavo quoque die adolescentes suo marte scribant epistolam ex uno aliquo genere eorum, quae paulo ante commemorata sunt; sed ita, ut per omnia illa fere genera eat exercitatio. Et principio quidem, illius generis, de quo scribendum est, tradenda sunt praecepta, eorumque indicandus usus in aliqua Ciceronis aut Plinii epistola non explicanda sane, sed percurrenda; deinde consimile argumentum proponendum, deque eo pauca quaedam capita dictanda, ex quibus discipuli facili negotio possint epistolam conscribere.

24. Ubi vero visi fuerint sine cortice, ut dicitur, nare posse, tum magister de alio argumento persimili nullis dictatis capitibus, sed verbotenus significatis scribendam epistolam curet. Denique, ubi satis exercitati ac prompti in hoc scribendi genere videbuntur, tum vero proposito duntaxat argumento, exiget epistolam. Quam ad exercitationem necesse est, det operam magister, ut discipuli quasi sylvam quandam verborum ac formularum cuiusque generis paratam habeant, rationemque kalendarum, quas quotidie epistolis subiiciant, non ignorent.

25. Accurate etiam prosodiam exponat, repetitis prius his, quae primanis leviter informata fuerant, totiusque prosodiae cursum bis in anno peragat. Iam vero cum solutae oratio-[287]nis scribendae corrigendaeque pensum quotidianum esse debeat, nec unquam propter alias scriptiones intermittendum, carmen tamen duobus tantum hebdomadae diebus, hoc est, Lunae et vacationis exigendum; graeca etiam scriptio semel, hoc est, post vacationis diem. Argumentum porro et carminis et graecae scriptionis in proximam hebdomadam eodem, quo alia corriguntur, die tradatur.

26-28. Quo autem exercitationes ... compararint. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 34-35; supra, p. 289]

Incitamenta studiorum

29. Omnibus, quibus potest, artibus, variandis tamen subinde, puerorum animos ad litterarum studia magister excitet atque inflammet; duabus potissimum, spe honoris ac laudum, metu ignominiae et verberum; dummodo sicut in aliis, ita in hoc genere, nihil nisi consulto praefecto introducatur novi. Illud etiam habendum, haec incitamenta non omnia omnibus convenire, sed habendam esse rationem aetatis, rerumque aliarum, ut a nullo exigatur, quod ferre nolit aut nequeat.

30-39. Primum itaque suos ... perduret. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 36-47; supra, p. 290]

40. Ad haec, quo magis alacri erectoque ad studium animo sint, bis singulis mensibus humanistae ad superiorem scholam, per semihoram certaturi cum rhetoribus, ascendant; non omnes quidem, sed lectissimi quique, dummodo eorum delectus sine invidia atque offensione fieri queat; et ii, qui non ascendunt, decurionum opera in officio contineri possint. Intersint concertationi praefectus et duo praeceptores, ipsi etiam inter se modeste disputaturi.

41. Disputent autem de iis tantum, quae suae classi propria sunt; nec dialectico mo-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

re, sed illo fere modo: Expone locum illum Virgilii, sive M. Tullii, sive alterius auctoris. - Unam aliquam sententiam pluribus phrasibus ex Cicerone depromptis enuntia. - Quae sunt praecepta epistolae gratulatoriae, seu consolatoriae, seu hortatoriae etc. - Quae sunt praecepta scribendi epigrammatis, elegiae, odes etc. - Videturne tibi mendosus ille locus Hora-[293]tii; et si mendosus, quomodo corrigendus? - Explica figuram seu tropum illum. - Interpretare illud hieroglyphicum aut symbolum pytagoraeum, aut apophtegma aut adagium aut emblema aut aenigma cuiusquam antiqui scriptoris. - Cuius historiae fundamentum habet fabula Daedali, Deucalionis, aurei velleris etc.? - Iurene exacti reges ab Urbe? -Praestantiorne dux Annibal, an Scipio? - Quot sunt genera dicendi, quid exordium, quid insinuatio, quibus rebus hic vel ille commovetur affectus?

42. Verum ex his, aliisque id genus, ea potissimum proponenda requirendaque sunt, quae aut explicata iam atque tradita sint a magistro, aut aliqua alia ratione discipuli scire debeant et soleant; aut certe praemonendi, qui responsuri sunt, ne ignorent, quas ad res meditati paratique accedere debeant. Possent etiam duo praeceptores inter se convenire, et ex condicto suorum duos aut plures sic instruere, ut parati veniant, nec se paratos venisse diffiteantur, ad respondendum de nonnullis, quae studii longioris indigent, ut acriorem iucundioremque reddat concertationem crebra nec haesitans unius percunctatio, alterius responsio.

43. Nec semper verbotenus, sed descriptis aliquando thesibus disseratur tam ab ipsis inter [294] se humanistis, quam cum rhetoribus. Thesium vero materiam praebere possunt res paulo ante memoratae, aliaeque huiusmodi, idque sub hac fere formula.

Exponemus obscuriores aliquot locos, ut illum Ciceronis, illum Virgilii, illum Horatii etc.

Non placet interpretatio illa Servii, Paediani, Acronis, sed illa alia fuit mens auctoris.

Ostendemus in hac tota oratione M. Tullii nihil esse, nisi ex artis praescripto.

Recte Virgilius non ab excidio Troiae, sed ab Aeneae navigatione exorsus est.

Quaecunque propria sunt epopaeiae seu tragediae, egregie Virgilius in Aeneide, et in Troade Seneca servarunt. Et alia huiusmodi.

44. Praeterea demandet ... postulet sumptum. [v. *Reg. prof. 2 gram.* n. 42; supra, p. 297]

45. Quolibet etiam sabbatho extrema scholae antemeridianae semihorula unus rhetorum aliquid minus quidem celebre, paulo tamen quotidiana scriptione ornatius in sua classe de-[295]clamet, eodem etiam convenientibus humanistis; sequente vero sabbatho coactis eadem hora in humanitatis classem rhetoribus, unus humanistarum pronuntiet vel oratiunculam, vel si rhetoricae compendium expositum nondum sit, carmen aliquod, vel prolixiorem epistolam ad absentes. In neutram vero classem plures conveniant, quam quot ea commode capere potest sine turbis, ad quas etiam cavendas intersit praefectus.

46. Alternis praeterea mensibus per occasionem litterariae alicuius celebritatis magister optima quaeque carmina ex iis, quae per duos illos menses scripta sunt a discipulis externis, seligat, ut publice proponantur; modo tam a magistro, quam a discipulis caveatur omnino, et a nostris scholis abigatur genus illud carminis, quod aut versus ab eadem semper ducit littera, aut varias effingit figuras, aut res alias eiusmodi consectatur populares magis quam poeticas.

47. Nostri etiam, qui humanioribus litteris vacant, in loco quopiam idoneo aliquid carminum affigant dominico quoque die; quod in renovatione votorum, caeterisque solemnitatibus multo celebrius ac plenius praestandum est; longe vero copiosissime, cum studiorum celebratur instauratio, modo iis tantum linguis scripta sint, quas profitemur in scholis, nisi cum

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

celebritas aliqua multipici va-[296]rietate aliarum etiam linguarum cohonestanda videtur.

48. Neque versibus solum exornandi parietes, sed admiscendum etiam aliquid prosae brevioris, cuius usus frequentior est, nec inventio minus gravis et acuta, nec minus laboriosa dictio; cuius generis sunt inscriptiones sepulchrorum, clypeorum, templorum, hortorum, theatrorum; quaedam etiam breves ac pressae, sed non parum elaboratae descriptiones urbis, portus, pugnae, aliusve rei gestae ab aliquo praesertim divorum.

49. Haec autem nonnullis picturis, quae emblemati vel aenigmati proposito respondeant, poterunt condecorari tum ab externis adolescentibus, sed non nisi in insigni aliqua celebritate et permissu praepositi provincialis, ut vitentur scilicet immoderati sumptus; tum a nostris, raro tamen, nec sine rectoris approbatione, idque cum argumentum eiusmodi est, ut religioni ac pietati potius, quam ostentationi deserviat.

50. Cum communia praemia ... ad theatrum. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 49; supra, p. 290]

51. Quoniam in theatrum poemata minus frequenter edi possunt, ne huius rei nimia intermissione frigeat poesis ac iaceat, aequum est, ut ter aut quater in anno privatim in schola sine scenico ornatu ab adolescentibus mutuo colloquentibus recitentur ab ipsis compositae aeglogae, scenae, dialogi; quorum partes ita magister disponat ac dividat paulo provectioribus scribendas, ut coniunctae postea unum corpus coagmentent.

Promotio ad superiorem classem

52. Semel duntaxat in anno, nempe cum instaurantur studia, discipulorum promotio ad rhetoricae classem facienda est. Quam ob causam aequum est, ut uno ferme ante examen mense strenue suos magister in praecipuis ac difficillimis exerceat, quae maxime ab iis, qui promovendi sunt, requiri solent.

53-54. Ut autem magister ... 1 2 3 4 5 6. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 66-67; supra, p. 292]

Quotidiana temporis ratio ac divisio

55-56 § 1-3. Magister ante signum ... exigatur a pueris. [v. *Reg. prof. 3 gram.* 68-69; supra, p. 292]

§ 4. Aliquid tamen huius horae quotidie aut frequenter superesse debet ad mutuam adolescentium concertationem tunc habendam.

Ultima semihora — § 5. Historicus explicetur paulo minus quam semihora, ut aliquantisper vacet non ad omnia quidem, sed ad praecipua quaedam repetenda.

A prandio hora prima — § 6. Recitentur poeta ac prosodia; qua absoluta aliquid ex graeco auctore, qui tunc exponitur. Interea magister cursim recognoscat et notas decurionum et ea quae mane privatim discipuli scripserant; idque per dimidiam horam.

§ 7. Altera dimidia explicetur prosodia et thema dictetur.

Hora secunda et tertiae dimidia

§ 8. Poetae explicando repetendoque tres horae quadrantes, totidem vero [301] graecae grammaticae et auctori impendantur.

Die vacationis

§ 9. Dimidia horae primae expendatur ut aliis diebus; altera dimidia emendationi carminum tribuatur.

§ 10. Secunda hora explicetur breve aliquod artificium ac ratio conscribendi epistolas et chrias; deinde prosodiae praecepta, quae breviter reliquis diebus exponuntur, inculcentur et exigantur serio.

§ 11. Ultima semihora aliquid epigrammatum, aut elegiarum, aut odarum exponatur, nec sine repetitiuncula.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Die sabbati

Mane — Hora prima - § 12. Recitentur audita ... nec sine praemiolo. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 69 § 9; supra, p. 293]

Hora secunda — § 13. Totius deinde hebdomadae praelectiones repetantur, idque per praecipua quaedam capita, partim magistro exigente, partim discipulis aut sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus.

§ 14. Semel aut iterum quolibet mense huius horae dimidia pars prior graecis repetendis tribuatur, posterior autem disputationi aut ex propositis thesibus, aut verbotenus.

Ultima semihora — § 15. Habeatur vel audiatur hebdomadaria oratio.

A prandio hora prima — § 16. Poeta memoriter recitetur; interea magister partim publice, partim privatim emendet carmina; mox eorum dictet argumentum. [303]

Hora secunda — § 17. Fiat hebdomadaria repetitio poetae per semihoram; cuius repetionis loco interdum aliquod epigramma vel ode vel elegia explanetur; per alteram semihoram partim explicandae, partim recolendae prosodiae vacetur strenue.

Ultima semihora — § 18. In brevem explicationem ... imponat. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 69 § 8-13; supra, p. 293] [304]

Pietas ac disciplina morum

57. Incensis potissimum etc. Ut reg. 70 tertiae. Et sic de reliquis omnibus, quae sunt eaedem ad verbum cum regulis tertiae.

Regulae Professoris Rhetoricae

Officium et finis

1. Adolescentes ... videantur. [v. *Reg. prof. 3 gram.* n. 1; supra, p. 286]

Quotidianae exercitationes

2. Libri in hac classe exponendi fere sunt orationes tullianae, aliaque etiam livianae, *Partitiones*, libri *de Oratore, de Inventione, Rhetorica* Aristotelis, liber septimus Quintiliani loco *Topicorum* M. Tullii; ex Rodulpho autem Agricola nihil.

3. Qualis auctorum explicatio huic classi conveniat, cum vix paucis perstringi queat, proprio seorsim paradigmate demonstratur, a quo magister, quam minimum potest, recedat. Caveat autem severe, tum ne unam quidem litteram scribant auditores, nisi iussi, idque perquam emendate; tum ne ipsis paedagogi [306] praelectiones alias domi exponant, sed repetant duntaxat auditas in scholis.

4. Habitae praelectionis statim a discipulis exigat repetitionem, nec eam uni imperet, sed quamplurimis per partes; nec eos interroget ordine, quo considerent, sed praetereat quos velit; non temere tamen, sed ex occulto catalogo, ut statis vicibus exerceat universos. Et primum quidem provectiores repetant, alii deinde, crebrius vero tum novi discipuli, qui et diligentius exercendi, et indulgentius tractandi videntur; tum alii segniores; quamquam ingenio aut lingua tardiores brevius interrogandi sunt, ne in his plus aequo temporis conteratur.

5. Ad haec, initio scholarum matutinam praelectionem mane, vespertinam vespere discipuli reddant memoriter decurionibus; hi vero vel decurionum maximo, vel magistro, qui ex aliis quoque semper aliquos per partes audiat, et fere desidiosissimum quemque, quique serius ad ludum venerunt.

6. Porro in graecis explicentur Demosthenes, Xenophon, Homerus, Pindarus, Euripi-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

des, Sophocles, Thucydides. In horum lectione longius est quotidie progrediendum; tametsi non quicquid explicatur, sit ediscendum, sed quaterni fere versus, nec quicquam explicetur, quod non statim ab auditoribus recolatur.

7. Graeca prosodia diligentius inculcanda; [307] semel etiam minimum octavo quoque die soluta oratione, semel item carmine, sed argumento proposito, graece scribendum. Singulis etiam minimum mensibus vel brevis oratio graeca, vel carmen graecum publice pronuntiandum. Proderit etiam, si quod a graecis auctoribus vincta solutave oratione scriptum est, latine vertatur eodem orationis genere.

8. Latinae etiam orationis et carminis thema breviter dictetur, quod amplificent postea discipuli, idque fere ad imitationem cuiusquam boni auctoris, quem magister indicarit; nonnunquam etiam satis fuerit demonstrato auctore aliquo et proposito verbotenus argumento, iubere, ut inde discipuli orationem suo marte elucubrent; nonnunquam etiam cuiusquam oratio parieti affigatur, et caeterorum iuvenum censura castigetur. Carmen autem exigendum duobus per hebdomadam diebus, hoc est, lunae et vacationis.

9. Duplex unusquisque ... exigat rationem. [v. *Reg. prof. hum.* n. 18; supra, p. 304] [308]

10. Inter emendandum cum primum erratum aliquod contra praecepta non modo grammaticae, sed etiam rhetoricae publice pronuntiarit, iubeat, ut qui errarunt, aut eorum aemuli praeceptum contra quod peccatum est, statim proferant, atque reliqui omnes, suum quisque exemplum corrigant, correctumque tradant, si non quotidie, aliquando tamen aemulis, qui dispiciant, correctumne sit ex magistri praescripto et an habeat alia praeterea, quae corrigenda sint. Ad eam vero censuram honore aliquo, et si commode potest excogitari, praemiolo incitandi essent.

11-14. Hoc sane modo ... pomeridianis horis. [v. *Reg. prof. hum.* n. 20-21 et 26-27; supra, p. 304-05]

15. Ea vero res sicubi intolerandas turbas excitet, satis fuerit, siquando patrium sermonem aliquis usurpet, reprehendi ab adversario, qui punctum victoriae sibi notari iubeat, certo quodam punctorum numero constituto, quem qui excesserint, paena aliqua litteraria afficiantur, [310] hoc est, aliquid ultra quotidianum scholae pensum ediscere aut scribere iubeantur.

16. Danda denique opera ... compararint. [v. *Reg. prof. 3 cl. gram.* n. 35; supra, p. 289]

Incitamenta studiorum

17-24. Omnibus, quibus potest ... doctrinaeque praestantia. [v. *Reg. prof. hum.* n. 29-36; supra, p. 305]

25. Ad eos honores consequendos, quolibet mense semel a prandio componatur in schola, nec soluta solum oratione, sed ad eam alter-[313]nis adiiciatur modo carmen, modo graeca scriptio. Breve thema proponatur, quod intra duas horas et dimidiam scribi possit elaborate; omnium optime qui scripserit, magistratu summo potiatur.

26. Ad haec, quo magis alacri erectoque ad studium animo sint, bis singulis mensibus rhetoricae auditores cum humanistis disputent; sed de iis tantum, quae duabus his classibus communia sunt; nec dialectico more, sed illo fere modo:

Expone locum illum Virgilii ... commovetur affectus. [v. *Reg. prof. hum.* n. 41; supra, p. 305]

27-29. Verum ex his ... postulet sumptum. [v. *Reg. prof. hum.* n. 42-44; supra, p. 306]

30. Iam vero non leves laudis stimulos adolescentibus subiicere solet usus declamandi. Itaque initio cuiusque mensis in aulam quampiam ampliorem, vel ea si desit, in templum, quotannis etiam semel et iterum in theatrum conveniant scholae omnes superiores ad audiendam

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

celebrem cuiusquam rhetoris declamationem, seu declamatoriam concertationem inter duos, adhibito etiam iudice, qui litem sua auctoritate componat, dummodo de iis tantum rebus litigetur, de quibus litigare non dedeceat, et quae pie afficiant auditores ex instituto, vel ex opportuna digressione.

31. Quolibet etiam sabbatho ... intersit praefectus. [v. *Reg. prof. hum.* n. 45; supra, p. 306]

32. Quicquid autem in schola privatim vel publice in aula, in templo, in theatro declamatur, ab eo, qui declamat, oportet esse conscriptum; nisi quod publica declamatio a praeceptore tanto accuratius emendanda est, ut illa frequentia indigna non sit; et tamen eius, qui orationem habet, partus, quoad eius fieri potest, et sit et habeatur.

33. Sit autem publica declamatio vel oratio latina sola, vel cum latino carmine copulata, vel latinum carmen cum graeca oratiuncula, vel latina oratio cum graeco carmine brevi.

34-39. Alternis praeterea mensibus ... corpus coagmentent. [v. *Reg. prof. hum.* n. 46-51; supra, p. 306-07]

Quotidiana temporis ratio ac divisio

40. Duabus horis mane doceat, totidem a prandio; ingrediatur igitur classem semihora post commune scholarum initium; ac det operam, ut quam minimum fieri potest, recedat tam a temporum spatiis, quae hic singulis exercitationibus assignantur, quam ab earundem exercitationum ordine, qui hic praescribitur; nisi iustis de causis praefecto videretur variandus; in eo tamen, qui initio studiorum susceptus fuerit, constanter toto anno perseverandum.

Mane — § 1. Per tres circiter horae quadrantes corrigantur themata; quod dum private ac submissa voce facit praeceptor, adolescentes recitent memoriter decurionibus M. Tullii orationes; deinde graece aliquid modo exscribant, modo componant, aut quod a graecis auctoribus vincta solutave oratione scriptum est, latine vertant eodem orationis genere.

§ 2. Recitatio tamen ... et in aliis huiusmodi. [v. *Reg. prof. 3 cl. gram.* n. 69 § 2; supra, p. 292]

§ 3. Posthaec per horam exponantur praecepta artis rhetoricae et breviter repetantur, ut ultimo quadrante possint aliquando recognosci vel censoriae notae decurionum, vel ea, quae discipuli privatim scripserint hora prima; nonnunquam thema dictari, interdum alicuius oratio ad parietem affigi, ut caeterorum iuvenum censura castigetur, nec sine brevi inter ipsos concertatione.

A prandio hora prima — § 4. Oratio M. Tullii explicetur et breviter repetatur.

Hora secunda — § 5. Recitentur memoriter decurionibus quaterni fere versus ex graeco auctore, idque, si fieri potest, ante ingressum praeceptoris in scholam; tribus circiter quadrantibus exponatur et repetatur graecus auctor; ultimo autem quadrante aliquando aliquid ex graeca prosodia explicetur; nonnunquam graecum thema dictetur tam car-[321]mine, quam prosa; interdum ipsum thema corrigatur.

Die vacationis — § 6. Semihora carmina corrigantur; per horam explicetur et repetatur alternis, egregius aliquid nunc poeta, nunc historicus, praecipuis quibusdam rebus ac phrasibus breviter annotatis. Deinde carmen dictetur in sequentem hebdomadam cum aliqua explicatione artificii poetici in epigrammate, in elegia, in ode, aliisve poematiis conscribendis.

Die sabbati mane — § 7. Per semihoram recitentur ... praemiolo. [v. Reg. prof. 3 cl. gram. n. 69 § 9; supra, p. 293]

§ 8. Deinde per horam totius hebdomadae praelectiones repetantur, idque per praecipua

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quaedam capita, partim magistro exigente, partim discipulis aut sua sponte reddentibus, aut inter se percunctantibus.

§ 9. Huius horae dimidia posterior semel aut iterum quolibet mense impendatur disputationi aut ex propositis thesibus aut verbotenus.

§ 10. Ultima semihora habeatur vel audiatur hebdomadaria oratio.

A prandio — § 11. Per semihoram repetantur per capita pomeridianae praelectiones.

§ 12. Altera semihora exponatur gravis aliquis poeta.

§ 13. Tertia semihora recolantur graeca.

§ 14. Ultima semihora ... pomeridianis. [v. *Reg. prof. 3 cl. gram.* n. 69 § 8; supra, p. 293] In festis et annuis vacationibus

§ 15. Tam in festis ... imponat. [v. *Reg. prof. 3 cl. gram.* n. 69 § 13; supra, p. 293]

Pietas ac disciplina morum

48. Quamquam huius classis auditores non tam facile severis disciplinae legibus, quae inferioribus scholis praescriptae sunt, coerceri solent, eas tamen magister, quatenus illorum aetas aliaeve rationes ferent, curent observandas; ac primum incensis in id studiis incumbat, ut christiana pietate suorum adolescentum mentes imbuat; quod maxime consequentur, etc. Ut reg. 70 tertiae. Et sic de reliquis omnibus, quae sunt eaedem ad verbum cum regulis tertiae.

Atque haec de collegiis, in quibus sunt quinque scholae inferiores; nunc de aliis, in quibus sunt pauciores. [324]

De collegio quattuor classium

1. Quoniam supremarum classium ratio superius constituta, collegii ac scholarum auctoritatem magnopere tueri solet, idcirco suprema in collegio quatuor classium retineat atque servet omnia, quae de classe rhetoricae praescripta sunt collegiis quinque scholarum; secunda vero pro classe humanitatis habeatur et ab eius ordine ac ratione nihil omnino discrepet.

2. Tertia classis in duos secetur ordines; quorum superior primae grammaticae respondeat, inferior autem secundae; quarta demum classis in duos item tribuatur ordines, qui duobus tertiae classis ordinibus pares sint. [325]

De collegio trium classium

[1] Duae inferiores classes retineant eum gradum, qui paulo ante praescriptus fuit tertiae et quartae in collegio quatuor classium.

2. Supremae vero classis professor doceat, quae sunt propria scholae humanitatis, et anno vertente addat post Pascha rhetoricae compendium ex Cypriano. Posset etiam, si commodius videbitur, ea classis in binos ordines dividi, quorum superior ad scholam rhetoricae, inferior autem ad scholam humanitatis, ut proxime potest, accedat. [326]

De collegio duarum classium

1. Inferioris classis duo statuantur ordines, quorum inferior ea, quae tertiae classi, superior autem ea, quae secundae classi conveniunt, sortiatur.

2. Superior classis etiam in duos distrahatur ordines, quorum inferior primae classis pensum sibi vendicet; superior autem humanitatis, addito duobus tribusve mensibus ultimis rhetoricae compendio.

De collegio unius scholae

Sicubi necesse sit (quod tamen rarissime et aegerrime faciendum) collegia unius classis admitti, ea classis duo complectatur ordines, quorum inferior ea, quae ad tertiam et secundam classem pertinent, a facilioribus ad difficiliora paulatim progrediendo, condiscat; superior autem suum cursum ab iis, quae primae classi propria sunt, inchoet; deinde ad ea promoveatur, quae ad humanitatem pertinent; postremo ad rhetoricae compendium. [328]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Communia collegiis, in quibus pauciores scholae quam quinque sunt

1. Servent ac doceant, quoad eius fieri potest, omnia, quae de collegiis quinque classium constituta sunt, nisi quod tempus ea docendi atque explicandi duplicandum fere est; ut quae illis uno traduntur semestri, in his in annum prorogentur; et quae in illis annnum sibi poscunt, in his habeant biennium; atque ita deinceps de reliquis.

2. In his pauciorum classium collegiis danda esset opera, ut ad scholas nostras non admitterentur rudiores; hoc est, qui non satis bene teneant, quae ad tertiam classem pertinent, aut certe ad inferiorem tertiae classis ordinem; sic enim cursus singulis ordinibus praescriptus celerius absolveretur. Sin id obtineri non poterit, quae paulo ante constituta sunt, retineantur.

3. Ubi sunt duo ordines, videndum esset, an ambobus idem thema eiusdemque auctoris explicatio, ut supra dictum est, convenire queant. Id vero si cedat incommode, habeat quilibet suum thema et auctorem, sed tempore, quod cuiusque exercitationis proprium est, in duas [329] partes diviso, quarum una uni, altera alteri impendatur ordini. Quod tempus cum sit duplo minus, longiori discipulorum mora in cursu cuiusquam ordinis peragendo compensandum est.

4. Quilibet professor habeat et observet regulas earum scholarum, quibus suae classis ordines respondent. [330]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE SCHOLASTICORUM SOCIETATIS[1]

1. Animi puritatem custodire et rectam in studiis intentionem habere scholastici nostri conentur; nihil aliud in his, quam divinam gloriam, et animarum fructum quaerentes; ad hunc enim scopum studia Societatis diriguntur; et in suis orationibus gratiam, ut in doctrina proficiant, crebro petant.

2. Serio et constanter ad studia animum adiiciant; utque cavendum sibi putent, ne fervore studiorum intepescat solidarum virtutum ac religiosae vitae amor, ita sibi vicissim persuadeant, nihil gratius se Deo facturos in collegiis, quam si cum ea intentione, de qua dictum est, studiis se diligenter impendant; et licet nunquam ad exercenda ea, quae didicerint, perveniant, illum tamen studendi laborem ex obedientia et charitate, ut par est, susceptum, opus esse magni meriti in conspectu divinae et summae Maiestatis apud se statuant.

3. Iis facultatibus singuli operam dabunt, eosque audient praeceptores, quos superior assignabit.

4. Scholastici in audiendis lectionibus sint assidui, et eis praevidendis diligentes, et postquam [331] eas audierint, repetendis; in quibus repetitionibus si quid erit, de quo ipsi dubitent, magistrum adeant.

5. Ex lectionibus, quae adnotatu digna erunt, in scripta referent, et postea maiori cum ordine digesta, transferant in libros papyraceos, quae in posterum conservata velint.

6. Intersint scholastici communibus scholarum, etiam externorum, ad quas accedunt, disputationibus, et doctrinae specimen pariter ac modestiae praebere curent.

7. Quotidianis disputationibus ac repetitionibus omnes intersint; et qui disputant, ei qui praeest, religiose obediant.

8. Cum ad publicas scholas eundum erit, eant et redeant invicem associati, cum ea modestia interiori et exteriori, quae ad sui et aliorum aedificationem conveniat.

9. Eorum colloquia, qui cum scholasticis externis loquendi facultatem habuerint, sint solum de rebus ad litteras, vel ad profectum spiritus pertinentibus, prout ad maiorem Dei gloriam omnibus utilius fore iudicabitur.

10. Omnes quidem, sed praecipue humaniorum litterarum studiosi, latine loquantur, et memoriae quod a suis magistris praescriptum fuerit, commendent, ac stylum in compositionibus diligenter exerceant.

11. Ultra duas horas nemo aut legendo, aut scribendo, labori incumbat, quin studium [332] intermittat aliquantulo temporis intervallo. Praescriptam vero a praefecto divisionem temporis servent diligenter universi, nec aliis quam ab eo sibi traditis utantur libris.

12. Horis privato studio attributis, qui superioribus facultatibus vacant, domi relegant quae scripserunt in scholis, eaque curent intelligere, et intellecta sic examinent, ut ipsi sibi obiiciant, et quae obiecerint solvant; quae nequeunt, annotent ad interrogandum vel disputandum[2].

---

[1] Vide *Regulae scholasticorum S.I.* (1569); MP II 227-29.

[2] In exemplo Rat. stud. 1591, quod Romae, in Biblioteca Naz. (41.5.E.33) asservatur, adiungitur etiam regula quaedam, numero 13 signata, quae est huiusmodi tenoris:

13. Curent, ut epistolae, orationes, carmina, aliaque compositionum genera non modo eleganter, argute, deque rebus honestis scripta sint, sed ad pios etiam affectus tam leniter quam graviter permovendos plurimum valeant. Turpe est enim a profanis poetis aliisque scriptoribus profane affici potuisse lectorem, a piis pie affici non posse, in tanta praesertim rerum divinarum copia, quam christiana religio abunde suppeditat.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

RATIO ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM S. I.

1591

II

[Pars speculativa]*

---

* P. Generalis partem secundam Rationis studiorum (1592) una cum hac epistola ad praepositos provinciarum transmisit:

Absoluta tandem est, Dei beneficio, Pars speculativa Ordinis Studiorum, quae hactenus desiderabatur; eamque nunc demum mittimus accurate recognitam. Confidimus non parum adiumenti allaturam scholis nostris ad eam conformitatem doctrinae, quam Institutum nostrum adeo commendat. Reliquum est, ut illam omnes pari studio et cura complectantur, animumque eo intendant superiores. Quod ut in ista sua provincia sedulo faciat, hortor quoad possum R.V.am; neve permittat professores ab hac praescripta ratione ullo modo discedere. Dies autem et decursus temporis expeditam praxin reddet, atque eam, ut speramus, utilitatem et fructum adferet in commune, quem optamus. Si quid vero postea incidet, quod pariat difficultatem, libenter audiemus suo tempore; ita tamen, ut hac occasione non impediatur observatio eorum, quae hic praescribuntur. Neque aliud est, quod addam his litteris. Quare precibus et s. sacrificiis R. V. me commendo. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Romae 18 iulii 1592. *Instit. 40*, f. 124*v* (*prius* 198); apographum; et *Instit. 41*, f. 75*r* (*prius* 111), apogr.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Circa Ordinem Studiorum Societatis

Propositionum catalogi duo: alter Definitarum ex Summa S. Thomae; Liberarum alter. De opinionum item delectu pro Scripturae et Controversiarum professoribus[1].

Claudius Acquaviva praepositus generalis Societatis Iesu

Cum nostrae Constitutiones P. III c. 1 O et § 18, P. IV c. 5 § 4, et c. 14 § 3, et P. VIII c. 1, P. X § 9[2] communiorem, tutiorem, solidiorem, verae pietati magis consentaneam, ac pene in omnibus concordem atque unam nostrorum doctrinam esse iubeant, in eam praecipue curam initio nostrae gubernationis incubuimus, ut regulis, canonibus, aliisque rebus ad religiosam spectantibus disciplinam recognitis, ad studiorum statim rationem ex Constitutionum praescripto informandam instituendamque adiiceremus animum[3]. Itaque post varias de ratione, qua optimum doctrinae genus consequi ac seligere possemus, deliberationes Romae et in provinciis habitas, post accuratam etiam eorum, quae provinciae rescripserant, recognitionem, visum tandem nobis est statuere, ut nostri in theologica facultate sequantur S. Thomae doctrinam, [125*r*] quam et nostrae commendant Constitutiones[4], et academiae pene omnes, ut maxime tutam ac solidam recepere.

Sed quia non expedire videbatur ita S. Thomae nostros obstringere, ut ab eo nulla in re liceat recedere, etiamsi opinio contraria valde probabilis et recepta esset, placuit liberum relinquere, ut videlicet possint aliquando discedere a S. Thoma; modo id raro et ex causa fiat, et opinio, quam sequentur, habeat graves et probatos autores, videaturque lectori facilior ad defendendam magisque recepta.

Ad haec, quia pleraque sunt, de quibus S. Thomas vel nihil, vel non satis perspicue disputavit, quaecunque in his maioris esse momenti videbantur, in unum conferri iussimus ac definiri. Hinc catalogus quidam definitarum propositionum descriptus est. Si qua vero nec in eo, nec apud S. Thomam habentur, in his nostri iuxta regulas generales a nobis iam dudum missas[5], quas nunc denuo his catalogis praeinseri curavimus, probatos aliquos sequantur authores; nec doceant, nisi quod maxime pium ac solidum esse iudicabunt.

Hanc itaque formulam tot doctorum examine ac diiudicatione elaboratam, qua possumus et sedulitate et autoritate nostris omnibus, qui litterarum studiis vacant, gravissime commendamus, hortamurque praepositos omnes provinciales praesertim, ut iuxta 54 regulam officii sui[6] in hanc methodum rationemque studiorum conservandam, tam per se, quam per alios diligenter incumbant. Si qui vero ab illa deflectere videbuntur, eos et paternis monitis in viam revocent, et severis, quando res tulerit, animadversionibus coerceant; et si qui (quod speramus non futurum) difficiles et inobedientes praebere se voluerint, eos a legendi munere amoveant. [131*v*]

---

[1] Vide tractatum in Rat. st. 86/A: *De opinionum delectu* inscriptum; supra, P. I p. 6-17.
[2] Vide MI *Const.* III 86 118-19 151 216-26 et 276.
[3] Vide *Acta congregationis* ...; supra, p. 2.
[4] Cf. *Const.* P. IV c. 14 § 1; MP I 295 297.
[5] Eius scriptum: *Instructio de ratione studiorum in genere* (1582) apparebit in MP VI.
[6] Reg. off. prov. 54 v. in *Institutum S. I.* III 79.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE DE OPINIONUM DELECTU[7]

Regula prima — In docendo corroborandae in primis fidei alendaeque pietatis cura habeatur. Nemo igitur quicquam doceat, quod cum Ecclesiae sensu receptisque traditionibus non bene conveniat, quodque aliquo modo solidae pietatis firmitatem minuat. Quo pertinet etiam, ut nec receptas iam (quamvis congruentes tantum) rationes, quibus fidei res probari solent a doctoribus, nostri refellant, nec temere novas excogitent, nisi ex constantibus solidisque principiis.

Regula secunda — Ad haec, in iis etiam, in quibus nullum pietatis ac fidei periculum subest, nemo in rebus alicuius momenti novas introducat quaestiones seu dubitationes, iis, qui praesunt, inconsultis; nec aliquid contra philosophorum aut theologorum axiomata, communemve scholarum sensum defendat; nec opinionem ullam, quae idonei nullius authoris sit; sequantur potius universi probatos maxime doctores, et quae, prout temporum usus tulerit, recepta potissimum fuerint in catholicis academiis.

Regula tertia — In theologica facultate de nonnullis quidem quaestionibus, quae in propositionum catalogo distincte ac sigillatim designantur, sentiendi, quod cuique videatur, fit potestas, dummodo in his ita defendatur una pars, ut alterius etiam partis, ac multo magis prioris professoris (si contrarium docuerat) existimationi modeste ac benevole consulatur; quin etiam, cum commode conciliari possunt doctores, id ne negligatur, optandum est.

Regula quarta — In caeteris quaestionibus non recedatur a D. Thomae sententia, quae habetur in Partibus et in Additionibus ad III partem; quae sicubi differant ab eius ***Commentariis in lib. 4 Sententiarum***, illa praeferantur. Neque vero, cum D. Thomae nostros addictos esse iubemus ad aliud, quam ad eius conclusiones volumus astringi; et in his nec ad eas, quae vel ad Scripturarum interpretationem vel ad philosophiam caeterasque disciplinas pertinent potius, quam ad scholasticam theologiam, obligati censeantur.

Regula quinta — Observentur praeterea nonnulla, quae speciatim ac distincte definientur. Definientur autem non ut aliqua (praeter unum aut alterum) contra S. Thomam statuantur, sed tum ne fluctuemus in iis, quae D. Thomas vix attigit; tum ut obscuriora quaedam eius loca, de quibus, ut inter nos conveniat, referre visum est, [132*r*] explicentur. In ceteris vero locis exponendis nostri et explicationum caveant minutias, et interpretationem sequantur vel aetate nostra maxime receptam, vel probati cuiusque authoris; nec novam in rebus paulo gravioribus rectoris iniussu proferant.

Regula sexta — Quae opiniones, cuiuscunque authoris sint, in aliqua provincia aut civitate multos aut nostrorum aut externorum catholicos et non indoctos graviter offendere scientur, eas ibi nemo doceat aut defendat, quamvis aut inter liberas, definitasve numerentur in hac formula, aut alibi sine offensione doceantur. Huiusmodi vero opiniones a quolibet provinciali colligantur, audito consilio doctorum suae provinciae, ut qui in ea docent, nec eas ignorent, nec ullas alias esse praeterea huius generis existiment. [125*r* ...]

---

[7] Cf. 11 regulas de opinionum delectu in Rat. st. So. A datas, supra, p. 6-13.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

CATALOGUS DEFINITARUM PROPOSITIONUM[8]

Ex Prima parte S. Thomae

1. Deum esse unum, efficientem rerum omnium, liberum in agendo ad extra, providentem omnibus, infinitum, omnipotentem, et ubique existere substantialiter, naturali ratione demonstrabile est.

2. Ad eliciendam claram Dei visionem noster etiam intellectus lumine gloriae elevatus active concurrit per naturalem suam facultatem.

3. Secundum potentiam Dei absolutam nec repugnat videri clare divinam essentiam sine ulla distincta visione creaturarum; nec lumen gloriae suppleri per actualem Dei concursum supernaturalem et gloriosum.

4. Essentia divina non sic unitur intellectui beato in ratione speciei intelligibilis, ut ipsum aliquo modo informet.

5. Notitia, quam Deus habet de creaturis, terminatur etiam secundario ad eas prout sunt in seipsis extra Deum.

6. Deus de quibuscunque rebus, de liberis etiam actibus, licet nunquam futuris, certo et infallibiliter cognoscit, quid quibus positis futurum esset.

7. Non sunt possibiles ullae causae secundae, ne liberae quidem, quae in agendo non semper dependeant essentialiter ab actuali cooperantis Dei concursu.

8. Actus liber non addit divinae voluntati perfectionem intrinsecam, qua potuit carere.

9. Deus absoluta voluntate non praedefinivit actus malos, ne quoad eorum quidem substantiam.

10. In Deo est vere, proprie et formaliter iustitia.

11. Non solum in nostra potestate absolute non est, ut praedestinemur, sed nec ex parte nostra ulla est ratio seu conditio praedestinationis; nec salvi fiunt alii quam praedestinati.

12. Deus neque ut iudex, neque ut dominus, neque alio quovis modo ab aeterno statuit positive ullum hominem reprobare in mortem aeternam ob solam ostensionem iustitiae suae, nullo praeviso peccato. Negativae autem reprobationis an praeter Dei voluntatem occasio fuerit aliqua peccati praevisio, liberum sit.

13. Divina relatio, etiam secundum esse Ad, est ens reale.

14. Nemo dicat esse probabile divinas personas constitui proprietatibus absolutis; nec doceat non constitui formaliter relationibus.

15. Dei filius, neque qua Deus, neque qua Dei filius, absolute dicendus est minor Patre; nisi id clare explicetur secundum autoritatem principii, ut explicant sancti patres; quae explicatio etiam si vera sit, non usurpanda tamen ratione scandali.

16. Spiritualis substantia creata subiectum est formaliter locabile et mobile; et tam angeli, quam animae nostrae substantialiter sunt in caelo, vel in inferno, vel alibi; quamvis ratio essendi in loco libera relinquatur.

17. Non repugnat per Dei potentiam absolutam angelum simul esse in pluribus locis adaequatis.

18. In eodem indivisibili instanti non potuerunt angeli mali aut boni esse simul in via et in termino damnationis seu beatitudinis.

19. Angeli in primo instanti proprie meruerunt beatitudinem; nec dissentit S. Thomas.

Ex Prima Secundae

1. Actus, qui fit cum ignorantia concomitante invincibili, peccatum non est; tametsi per eam non excusetur a peccato praecedens seu consequens voluntas et complacentia de actu, qui tunc ignoranter commissus fuit; et de hac tantum S. Thomas posset exponi (I-II q. 6 a. 3 et q. 76 a. 3).

2. Sensualitatis nulla est formaliter libertas; nec primi motus (cuiuscunque potentiae sint), qui a ratione praeveniri vel impediri nullo modo possunt, peccata sunt.

---

[8] Hae propositiones definitae conferendae sunt cum iis, quae in Rat. st. 86/A recensentur; v. supra, P. I p. 9-13.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. Ut delectatio morosa seu consensus interpretativus in eam sit peccatum mortale, non requiritur periculum seu animadversio periculi de pollutione, vel de expresso consensu.

4. Inter entitatem actus mali seu peccati, et privationem rectitudinis debitae inesse secundum rationem, non est media aliqua entitas positiva moralis, quae sit formaliter ratio peccati; quare peccatum formaliter non est quid positivum, sed privativum.

5. Nulla creatura intellectualis, et per voluntatem libera dari potest, quae sit per solam suam naturam inpeccabilis. [126*r*]

6. Peccatum originale est vere ac proprie peccatum et culpa.

7. Leges humanae iustae, etiam paenales sive mixtae, sive purae, obligant in conscientia.

8. Pontificiae constitutiones ut obligent ubique, non requirunt promulgationem in provinciis.

9. Aliquod opus (modicum tamen) moraliter bonum ex obiecto et omnibus circumstantiis secundum rectam rationem et velle, et facere aliquando possumus per naturalem liberi arbitrii facultatem.

10. Sine speciali Dei auxilio non possumus super omnia diligere Deum, ne ut finem quidem naturalem; nec totam legem naturalem servare, seu efficaciter velle servare; nec resistere tentationibus vehementioribus.

11. Praecepta credendi, sperandi, diligendi, paenitendi impleri non possunt sine speciali Dei auxilio.

12. Non potest homo iustificatus sine novo speciali auxilio diu in gratia permanere.

13. Gratia, quae est homini ad bene operandum necessaria, non est solum externum auxilium Dei, sed interna etiam motio; nec solum gratia excitans, operans et praeveniens, sed etiam adiuvans, cooperans et subsequens.

14. Licet gratia efficax non detur nisi iis, qui per eam bene aut non male agunt actu, auxilium tamen vere sufficiens, quo possint bene aut non male velle et agere et salvari, datur omnibus, qui ratione utuntur.

15. Fieri potest, ut divinum auxilium aequale duobus collatum sit in uno efficax, inefficax in altero, quia non vult consentire, licet possit per sufficientem gratiam sine novo gratiae augmento.

16. Habitualis gratia a Deo infusa formaliter delet peccatum, et est formalis causa iustificationis.

17. Ut actus ex gratia proveniens sit meritorius gloriae, non requiritur nova Dei acceptatio; nec aliud docuit S. Thomas.

18. In homine iusto charitas non solum augetur intensioribus actibus ipsiusmet charitatis, sed aliarum etiam virtutum; et huius augmenti ipse actus intensior meritorius est.

19. Sine speciali revelatione nullus potest esse certus, esse se in statu gratiae.

Ex Secunda Secundae

1. Fides supernaturalis non solum ex parte principii credendi, sed etiam ex parte obiecti crediti, praesertim vero mediatoris implicita fides, fuit semper ad iustificationem necessaria.

2. Explicita fides in Christum post sufficientem Evangelii promulgationem tam necessitate praecepti, quam medii est necessaria ad salutem, etiam viae.

3. Fidem eiusdem speciei cum nostra habuerunt angeli, prophetae et apostoli; licet ipsis forte fuerit evidens Deum esse, qui eis mysteria revelabat. [126*v*]

4. Implicat contradictionem Deum mentiri, seu falsum dicere per se, seu per alium.

5. Cuilibet remisso charitatis actui suus in patria reddetur gradus charitatis, gratiae et gloriae; in via vero an statim augeatur charitas, liberum sit opinari.

6. Eleemosinae praecepto regulariter non satisfacit, qui mutuat, non donat.

7. Ad observantiam divinorum praeceptorum non est necesse ea referre in Deum ex charitate, nec ad aliud obligat S. Thomas (I-II q. 100 a. 10).

8. Non est praeceptum erogandi in pios usus, quae aliquis vel lucratus est ludo legibus interdicto, vel ita accepit, ut tam datio, quam acceptatio sit contra legem, nisi quando lex ad id expresse obligat; et in hunc sensum S. Thomas posset intelligi (II-II q. 32 a. 7 et q. 62 a. 5).

Ex Tertia Parte

1. De rigore iustitiae Christus satisfecit; sed purus homo cum quavis gratia Dei ne ad aequalitatem quidem potuisset pro peccato mortali satisfacere.

2. Humanum suppositum, quod assumptae humanitati deest, formaliter superaddit naturae positivam entitatem, et rationem, qua natura subsistit.

3. In Christi patientis ratione superiore, non quidem ut considerante aeterna, sed temporalia propter rationes aeternas, fuit tristitia.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

4. In passione et morte, de qua Christus habuit praeceptum, meruit secundum actus etiam substantiam.

5. Beatissima Virgo, Mater Dei fuit concepta sine peccato originali.

6. Circumcisio nec proderat ex opere operato proprie ac simpliciter; nec praeter gratiam operi operantis respondentem conferebat alium gratiae gradum contrito tunc vel antea; nec adultum faciebat ex attrito contritum.

7. Circumcisio, qua nunc utuntur aethyopes, abyssini, non licet, etiamsi fiat ad imitandum Christum.

8. Infans existens in utero matris non salvatur oratione aut benedictione parentum, aut sacerdotis, aut alterius vicem baptismi supplente. Nec summus sacerdos Christus supplet regulariter substantialem defectum, qui accidit in sacramentis administrandis.

9. In sacramentis baptismi et paenitentiae (si confessionem informem et validam esse posse doceatur, ut docere potest, qui velit) fictus recedente fictione gratiam recipit sacramentalem; de ceteris sacramentis liberum sit idem opinari.

10. Sextum Ioannis caput intelligendum est non modo de spirituali, sed etiam de sacramentali manducatione; quare communionis praeceptum divinum est, non tantum ecclesiasticum.

11. Per absolutam Dei potentiam non repugnat, idem corpus simul esse in multis locis circumscriptive. S. Thomas autem de potentia ordinaria posset exponi.

12. In Eucharistiae sacramento quantitas non fit materia, sed ita est quantitas post consecrationem, sicut antea; nec novam acquirit a Deo subsistentiam; nec ex ea, sed ex vera materia, quae advenit de novo, generatur, quicquid corruptis speciebus generatur. [127*r*]

13. Post transubstantiationem substantia panis secundum nullum sui gradum, ne entis quidem vel existentiae remanet.

14. In forma calicis verba, quae sunt post illud (sanguinis mei), sunt de substantia, id est de integritate tantum.

15. In panis consecrandi forma (corpus) ex vi significationis nullam animam includit.

16. Aqua vino admixta converti debet in vinum, priusquam in sanguinem Christi; quamquam damnandum non videtur, si ab aliquo probabiliter dicatur, aquam (tametsi non nisi simul cum ipso vino, cui mixta debet esse) in sanguinem immediate posse converti.

17. Putans se baptizatum, cum non sit, recipit vere Eucharistiae sacramentum, sed non eius effectum ex opere operato; quo tamen non carebant baptizati infantes, cum olim communicarent.

18. Licet in missae sacrificio res oblata infinita sit, eius tamen oblatio per sacerdotem facta non est infiniti valoris; nec sacerdos pro una missa plures eleemosinas (nisi valde tenues sint) potest accipere.

19. Per missae sacrificium non fit is, pro quo offertur, ex attrito contritus.

20. Missae sacrificium essentialiter consistit saltem in oblatione et consecratione; in consumptione vero vel essentialiter vel integraliter.

21. Devotio in actu non requiritur, ut Eucharistia conferat gratiam.

22. Corpus Christi non operatur gratiae augmentum, quanto tempore sacramentaliter perseverat in sumente.

23. Paenitentiae sacramentum absenti per nuncium seu per litteras collatum non valet; quamvis contrarium sua probabilitate non careat.

24. In paenitente satisfactio pro culpa mortali paenaeque aeternae reatu non fit per contritionem, ut est dispositio praecedens gratiam habitualem, sed per Christi meritum et satisfactionem; quae dispositive quidem per huiusmodi contritionem, formaliter autem per gratiam nobis applicatur.

25. Per ligandi potestatem quilibet confessarius, si vult, obligare potest paenitentem ad impositam satisfactionem exequendam; ea tamen, dum actu persolvitur, non facit ex attrito contritum.

26. Qui in extremis positus per signa contritionis confitetur, quamvis nihil in particulari possit exprimere, absolvi tamen potest sacramentaliter.

27. Peccata venialia non remittuntur solo Dei favore, aut sola non imputatione.

28. Martyr sine formali paenitentia, si eam potest habere, non iustificatur; an autem per martyrium fiat ex attrito contritus, liberum sit.

29. Indulgentiarum concessio principaliter est iudicialis absolutio a paenis; connotat tamen et includit solutionem de thesauro Ecclesiae.

30. Ut indulgentiae valeant, non modo requiritur causae pietas, sed etiam proportio.

31. Animae purgatorii iuvantur indulgentiis per modum suffragii; quod certa lege semper Deus acceptat. [127*v*]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

32. Veniales culpae decedentium in gratia, in purgatorio remittuntur per actum aliquem charitatis aut paenitentiae.

33. Episcopatus sacramentum est, quamvis contrarium non sit penitus damnandum; suumque gratiae gradum confert; characterem autem vel imprimit proprium, vel extendit presbyteralem.

34. Ad materiam sacramenti ordinis non solum pertinent instrumenta, quae traduntur, sed etiam impositio manuum, ubi illa adhibetur (Conc. Trid. sess. 14 cap. 1 et can. 3); verba etiam, quae in ea profert episcopus, ad gratiae collationem concurrunt, sicut et Christus sub illis praecipue verbis potestatem remittendi peccata tradidit.

35. Quamvis ad substantiam matrimonii necessaria sit praesentia sacerdotis post Concilium Tridentinum, is tamen non est essentialis minister huius sacramenti, sed contrahentes; nec sacerdotalis benedictio est forma essentialis.

36. In voto solemni dispensari potest ab Apostolica Sede. Idem nostri doceant de matrimonio rato non consummato.

37. Ex matrimonio rato tantum generatur impedimentum publicae honestatis, non affinitatis proprie, nisi large sumatur; quo modo potest, qui velit, S. Thomam interpretari (In Addit. q. 53 a. 3).

38. Gradus consanguinitatis, qui non alio divino iure, quam quod in Levitico erat, prohibebantur, non manent adhuc ita prohibiti iure divino, ut matrimonium nullum sit, si tentetur.

39. Primus gradus consanguinitatis lineae transversalis prohibitus est iure divino naturali.

40. Ens permanens sive corruptum, sive annihilatum sit, per Dei potentiam separabile est idem numero; de successivo autem, prout cuique videbitur, sentiatur.

41. Gloriosi corporis omnes dotes sunt quaedam qualitates supernaturales corpori inhaerentes; ad eas autem producendas an anima gloriosa concurrat effective, liberum sit

In Catalogum Liberarum Propositionum Praefatio

Quoniam in catalogo opinionum dicitur liberum relinqui nostris, ut aliquando etc.[9], non ideo volumus liberum cuique esse pro suo arbitrio ubicunque voluerit, ab eo discedere; res enim non valde tuta esset, nec uniformitatem inducere posset, quam optamus. Quare, etsi iustis ex causis non visum est nobis in illo ordine propositionum inserere catalogum liberarum, volumus tamen, ut eum rectores, praefecti studiorum, et lectores apud se habeant, ut intelligant, sibi sequendum S. Thomam, vel, si quando aliam sententiam tueri voluerint, in iis tantum esse posse libertatem. Sic enim fiet, ut cum sint certae et numeratae, uniformitas non magnopere laedatur, et cum sint probatorum auctorum, receptae et a plurimis examinatae, vitetur novitatis periculum, et securitas teneatur. [128r]

Catalogus Liberarum Propositionum [10]

Ex Prima Parte

1. An secundum absolutam Dei potentiam repugnet communicari viatori evidentem abstractivam notitiam articulorum fidei

(Negant Durandus in Prol. q. 3 a. 2 et 2 Sent. d. 23 q. 2, Hervet. Quodl. 2 q. 5 a. 2, et alii recentiores.

Affirmant Scotus 2 d. 3 q. 9, Henric. Gand. Quodl. 8 q. 14, et colligitur ex S. Thoma II-II q. 5 a. 1 et III P. q. 11 a. 1).

---

[9] Vide supra, p. 315.

[10] Propositiones liberas, quae in Rat. st. 86 A datae sunt, vide supra, p. 249.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

2. An secundum eandem absolutam Dei potentiam repugnet a beatis Deum videri per speciem impressam; quamvis de facto non sic videatur.

(Affirmat repugnare S. Thomas I P. q. 12 a. 2.

Negant repugnare S. Bonav. 3 d. 14 a. 1 q. 3 et 2 Sent. d. 3 p. 2 a. 2 q. 2 ad 1; Scotus 2 d. 3 q. 9; Aureol. apud Capreol. in 4 d. 49 q. 5 a. 2; Richard. utramque partem putat probabilem 1 Sent. d. 3 q. 7 et 3 d. 14 a. 1 q. 3).

3. An Moyses et Paulus divinam essentiam viderint.

(Affirmat S. Thomas I P. q. 12 a. 11, secutus S. Augustinum et S. Basilium.

Negant Dionys. Areop. cap. 4 Coelest. Hierar.; Chrisost. Hom. 14 in Ioa. I; Cyrill. in Ioa. lib. 1 cap. 22; Irenaeus lib. 4 Adversus haeres. cap. 37; Greg. Nazian. principio lib. 2 De theologia; Gregor. Lib. moral. 18 c. 37; quos sequuntur multi recentiores; praesertim Caiet. in Exod. 33 et Num. 12.)

4. An praevideat Deus futura contingentia in reali eorum coexistentia cum sua aeternitate.

(Affirmat S. Thomas P. I q. 14 a. 13.

Negat S. Bonav. 1 d. 39 a. 2 q. 3; Scotus ibid. q. 1; Richard. a. 1 q. 1 ; et alii.)

5. An omnium, quae realiter inter se distinguuntur, sint in Deo propriae ideae, ut sunt exemplaria factibilium.

(Negat S. Thom. P. I q. 15 a. 3.

Affirmat Richar. 1 d. 36 a. 2 q. 4; Alb. Magn. apud Carthus. ibid. q. 2; Gabriel 1 d. 35 q. 5 a. 2; et alii.)

6. An secundae causae a Deo moveantur et ad operandum applicentur per realem aliquem in eas influxum, tametsi non praedeterminantem liberas causas.

(Affirmat hunc influxum S. Thom. I P. q. 105 a. 5.

Negant Ochan. lib. 2 q. 5 a. 2 et 3; Greg. Arim. in 1 d. 45 q. 1 et 2 d. 34 et 35 q. 1 a. 3; Gabriel. 2 d. 1 q. 2 a. 2, et alii.)

Non praedeterminari causas liberas affirmant iidem tres ultimi autores, et Scotus 2 d. 37 q. un. par. ad solutionem istorum; Aegid. 2 d. 1 p. 1 q. 2 a. 6 et d. 37 q. 1 a. 3; Capreolus 1 d. 38 q. 1 al. ad 2 con. 4 conclus.; Caiet. 1 p. q. 19 a. 8; Ferrariens. lib. 1 Contra gent. cap. 67, et lib. 3 cap. 66; et colligitur ex S. Thoma De veritate q. 5 a. 9 ad 10, et De malo q. 3 a. 2 et I-II q. 9 a. 6 ad 3.

7. An repugnet, ut actu infinitum creari possit tam in quantitate, quam in qualitate, sive naturali, sive supernaturali qualibet.

(Affirmat repugnare S. Thom. P. I q. 7 a. 3 et 4.

Negant repugnare Thom. Argent. 2 d. 1 q. 2 a. 4; Ochan. lib. 2 q. 8, et Quodl. 2 q. 5; Grego. Arim. 1 d. 44 q. 4; quod Durand. probabile putat 1 d. 43 q. 2; et Marsil. lib. 1 q. 2 a. 3.) [128*v*]

8. An Spiritus Sanctus procedat ex amore etiam creaturarum secundum esse possibile.

(Negant Scotus 2 Sen. d. 1 q. 1 a. 2, et quidam thomistae recentiores.

Affirmant Caiet. 1 p. q. 34 a. 3; Ferrar. lib. 4 Con. gent. c. 13; et colligitur ex S. Thom. I P. q. 20 a. 2 ad 2, et q. 34 a. 3 ad 2.)

9. An relatio divina secundum se et secundum esse Ad, ut concipitur ab essentia distinctum, sit perfectio in suo genere.

(Negant Scotus 3 d. 1 q. 4, et in Quodl. q. 5 a. 2; et Caiet. 1 p. q. 28 a. 2.

Affirmant Ochan. lib. 1 d. 7 q. 3; Gabr. ibid. q. 3 a. 3; Ioan. Maior ibid. q. 1, et colligitur ex S. Thom. I P. q. 28 a. 2 ad 3, et De potentia q. 9 a. 9 ad 2 15 18 et q. 10 a. 1 ad 6 et 7 et q. 8 a. 2 ad 1).

10. An mundum esse coepisse, ratione naturali demonstrari possit.

(Negat S. Thom. I P. q. 46 a. 2.

Affirmant Henric. Gand. Quodl. 1 q 7; Richard. 2 d. 1 q. 3, et alii.)

11. An plures angeli in eadem specie sint. Id tamen non repugnat secundum absolutam Dei potentiam.

(Negat S. Thom. I P. q. 50 art. 4.

Affirmant Alex. Alensis p. 2 q. 20 memb. 6 a. 2; Albert. Magn. in Summa p. 2 tract. 2 q. 8; S. Bonavent. 2 d. 3 a. 2 q. 1; Scotus ibid. q. 7, et alii.)

12. An spirituali substantiae ratio essendi in loco sit transiens operatio, seu virtutis applicatio; ea tamen large sumenda est, si ponitur ratio essendi in loco.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 52 a. 1 et 2.

Negant Scotus 2 d. 2 q. 6; Richard. 1 d. 37 a. 2 q. 1; Durand. ibid. q. 1 et alii.)

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

13. An species intelligibiles ita per se, et non per accidens infusae fuerint angelis, ut eas per intellectum agentem abstrahere nequeant a rebus.

(Affirmat S. Thomas I P. q. 55 art. 2.

Negant S. Bonav. 2 Sent. d. 3 a. 4 q. 1; Scotus ibid. q. 10; Richard. a. 6 q. 2, et alii.)

14. An angelus per eandem speciem concretam, qua cognoscit specificam naturam, cognoscat etiam omnia eius individua, cum existunt.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 57 a. 2.

Negant Scotus 2 d. 3 q. ult.; S. Bonav. et Richard. locis praeallegatis, et alii.)

15. An universaliores sint species superiorum, quam inferiorum angelorum.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 55 a. 3.

Negant Scotus 2. d. 3 q. 10; Aureol. apud Capreol. ibid. q. 2 a. 2; Ochan. lib. 2 q. 14 et 15; Ioan. Maior. 2 d. 3 q. 6.)

16. An angelus nec componere et dividere, nec discurrere possit, etiam in naturalibus.

(Negat S. Thom. I P. q. 58 a. 3 et 4.

Affirmant Scotus 2 d. 7 q. 1 et in prol. q. 4; Gabriel 2 d. 3 q. 2 a. 2 conclus. 8; Ochan. lib. 2 q. 14 15, et alii.)

17. An angeli ex aliqua actuali inconsideratione peccaverint.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 63 a. 1.

Negant Alb. Mag. 2 d. 5 a. 2; S. Bonav. ibid. a. 1 q. 1; Scotus 2 d. 6 q. 1, et alii.)

18. An angeli in primo instanti suae creationis peccare potuerint.

(Negat S. Thom. I P. q. 63 art. 5.

Affirmant Scotus 2 d. 5 q. 2 a. 1; Aureol. apud Capreol. 2 d. 4 q. 1 a. 2; Ochan. Quodl. 2 q. 6; Marsil. lib. 2 q. 3 a. 2; Greg. Arim. 2 d. 3 4 et 5 q. 2 a. 2.)

19. An angeli mali ex sua ipsorum natura inflexibiles manserint in termino viae; tametsi boni ex solis liberi arbitrii viribus non potuerint gratiam retinere et conservare perseveranter.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 64 a. 2.

Negant S. Bonav. 2 d. 7 a. 1 q. 1; Aegid. 2 d. 7 q. 1 a. 2; Scotus 2 d. 7 q. 1 a. 2; Durand. 2 d. 7 q. 2, et alii.) [129*r*]

20. An locutio angelorum fiat eo modo, quem tradit S. Thomas.

(A modo, quem tradit S. Thomas I P. q. 107 art. 1, caeteri doctores recedunt, et ita divisi sunt etiam inter se, ut pauci in eandem opinionem consentiant.)

21. An quatuor superiores ordines angelorum nunquam mittantur, et an archangelus Gabriel sit supremus inter archangelos tantum.

(Affirmat Dionys. Areop. cap. 8 et 14 Coel. hierar. Sequitur S. Thom. I P. q. 112 art. 4.

Negat S. Greg. hom. 34 in Evang.; quem probabiliter sequuntur Scotus 2 d. 10 q. un.; Durand. ibid. q. 1; et utramque sustineri posse ostendit Magister ibid.)

22. An angeli custodes omnes singulorum hominum sint ex infimo ordine.

(Affirmat S. Thomas I P. q. 113 a. 3.

Negat S. Chrisost. hom. 60 in Matth.; sequuntur aliqui recentiores.)

23. Quae libertas data est opinandi de angelorum cognitione, eadem concessa intelligatur in quaestionibus de cognitione animae separatae.

(S. Thom. I P. q. 89 a. 3 non concedit animae separatae, nisi communem et confusam cognitionem, nec per species, quas ipsa per se possit acquirere.

S. Bonav. 4 d. 50 p. 2 a. 1 q. 1 animam separatam docet cognoscere res eo modo, quo angelus; cui intellectum agentem attribuit, quo possit abstrahere species a rebus, quibus distincte naturalia cognoscat. Idem Scotus 4 dist. 45 q. 2; et Richard. ibidem dist. 50 art. 1 q. 2.)

Ex Prima Secundae

1. An beatitudo formalis supernaturalis in patria consistat in actu intellectus.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 3 art. 4.

Negant Scotus in 4 d. 49 q. 4, quo pertinent doctores, qui beatitudinem principaliter ponunt in voluntate, ut Aegid. 2 d. 16 q. 2 a. 3; Richard. ibid. a. 1 q. 7; Bonavent. in 3 d. 27 a. 2 q. 1 et d. 31 a. 3 q. 1, et alii.)

2. An sine praevio practici intellectus defectu nequeat esse prava voluntatis electio; quamquam illo posito non semper haec sequitur.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 63 art. 1.

Negant Scotus 3 d. 36 q. 1 a. 2; Richard. 2 d. 38 a. 2 q. 4; Aegid. 2 d. 25 q. 1 a. 5, et alii.)

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

3. An voluntas ad eliciendam primam volitionem boni moralis determinetur a Deo.

(Affirmat S. Thom. I P. q. 63 a. 5.

Negant Scotus 2 d. 5 q. 2; Durand. ibid. q. 2; Gabriel 2 d. 4 q. 1 a. 3 dub. 1, et alii.)

4. An inter duo bona inaequalia possit voluntas pro libito eligere minus.

(Negare videtur S. Thom. I-II q. 13 a. 6 ad 3.

Affirmant Henr. Gand. Quodl. 1 q. 16 et 17; Ochan. lib. 3 q. 12 a. 4; Gabriel 2 d. 22 q. 2 a. 3 et 3 Sent. d. 26 q. 1 a. 2; et colligitur ex Scoto ibid. q. 1 art. 2.)

5. An imperium seu lex sit actus intellectus; et an post iudicium practicum inter voluntatis actum et executionem requiratur alius actus, quod sit imperium.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 17 a. 1.

Negant Scotus 3 d. 36 q. 1 a. 3; Aegid. 2 d. 42 q. 1 a. 1; Richard. 2 d. 38 q. 2, et alii.)

6. An bonitas et malitia moralis sint essentiales differentiae actus interioris voluntatis in esse naturali.

(Est quaestio recentiorum nondum satis explanata et in utramque partem iactatur. Vide Barthol. Medinam I-II q. 1 a. 3 ad ultim. et q. 19 art. 1.) [129v]

7. An actus exterior, sive ut est obiectum voluntatis, sive ut est in executione, habeat formaliter bonitatem et malitiam moralem ex obiecto et circumstantiis, ut relatis ad rectam rationem solum.

(Negant Alb. Magn. 2 d. 42 a. 1; S. Bonav. 2 d. 42 a. 1 q. 1; Richard. 2 d. 40 a. 2 q. 2.

Affirmant Scotus in Quodl. q. 18 a. 3; Aureol. apud Capreol. 2 d. 42 q. 1 a. 2; et colligitur ex S. Thom. I-II q. 21 a. 1 et 2 et q. 20 a. 1.)

8. An praeter fortitudinem et temperantiam in appetitu sensitivo sint aliae in voluntate virtutes eiusdem nominis et obiecti.

(Negat S. Thom. I-II q. 56 art. 6.

Affirmant Scotus in 3 d. 33 q. unica; S. Bonav. in 3 d. 33 a. 2 q. 3; Altisiod. lib. 3 tract. 2 cap. 3 q. 1; Richard. in 3 d. 33 a. 1 q. 1.)

9. An prudentia sit unus habitus.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 54 a. 4.

Negant Alb. Magn. 3 d. 36 a. 1; Scotus 3 d. 36 q. un. a. 2 dub. 2; Ochan. Quodl. 4 q. 6 a. 2; Greg. Arimin. in Prol. q. 3 a. 1)

10. An dentur virtutes morales infusae ex genere, realiter distinctae a moralibus, quae possunt acquiri.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 63 a. 3.

Negant Scotus 3 d. 36 q. un. a. 3; Durand. 38 d. 33 q. 6; Gand. Quodl. 6 q. 12.)

11. An dona Spiritus Sancti sint alii habitus a virtutibus.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 88 art. 1.

Negant Scotus 3 d. 34 q. un.; Altisiod. lib. 3 tract. XI cap. 1 q. 3; Durand. 3 d. 34 q. 1; qui problematice in utramque partem disputat; et alii.)

12. An peccatum esse possit sine ullo actu.

(Negat moraliter loquendo S. Thom. I-II q. 71 a. 5.

Affirmant Durand. 2 d. 35 q. 2; Marsil. lib. 2 q. 21 a. 2; Adrian. in 4 Sent. q. 3 de Euchar. ad 6 principale, et alii.)

13. An originalis peccati subiectum sit essentia animae.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 83 a. 2.

Negant S. Bonav. 2 d. 31 a. 1 q. 2; Scotus 2 d. 32 q. un.; Durand. 2 d. 31 q. 3, et alii.)

14. An ratione solius originalis iustitiae Adam non potuerit peccare venialiter, antequam mortaliter.

(Affirmat S. Thom. in I-II q. 89 a. 3.

Negant Scotus 2 d. 21 q. 1 a. 1; Richard. ibid. a. 7 q. 1; Gabriel ibid. d. 22 q. 1 a. 3, et alii.)

15. An angelus non potuerit prius venialiter, quam mortaliter peccare.

(De hac eadem est diversitas, quae de 14.)

16. An sit aliquod Dei praeceptum, quo unusquisque teneatur ad Deum converti cum primum ad usum rationis pervenerit.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 89 art. 6. Alii vero doctores de hoc praecepto fere nihil.)

17. An gratia iustificans sit alius habitus a charitate.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 113 art. 8.

Negant communiter neoterici; et id videtur conformius Conc. Trid. sess. 6 cap. 6 et 7.)

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

18. An ex habitu gratiae non ex auxilio speciali eliciatur ultima dispositio ad gratiam, tametsi ad eam producendam non concurrat dispositio, ut instrumentum Dei.

(Affirmat S. Thom. I-II q. 113 a. 8.

Negant communiter neoterici, et id videtur conformius Conc. Trid. sess. 6 cap. 6 et 7.) [130r]

19. An per absolutam Dei potentiam repugnet sine ulla infusa qualitate peccatum dimitti; imperfecta tamen remissione, quae a christiana iustificatione multum differat.

(Negare videtur S. Thom. I-II q. 113 a. 2.

Affirmat Scotus 1 d. 17 q. 2 a. 2 et 4 d. 1 q. 3 et 6, S. Bonav. in 4 d. 1 a. 3 q. 3 et d. 17 a. 1 q. 1; Durand. 1 d. 17 q. 1, et alii.)

20. An omnes actus iustorum moraliter boni, quamvis ne virtualiter quidem relati in Deum, sint meritorii.

(Affirmat S. Thom. 2 d. 40 q. 1 a. 5.

Negant Scotus 2 d. 41 q. un. et 4 d. 6 q. 6, S. Bonav. 2 d. 41 a. 1 q. 3; Durand. 2 d. 40 q. 2, et alii.)

Ex Secunda Secundae

1. An cum scientiae actu circa idem obiectum incompossibilis sit actus fidei.

(Negat S. Thom. II-II q. 1 art. 5.

Affirmant Altisiod. lib. 3 tract. 3 cap. 1 q. 4; Alensis 3 p. q. 68 memb. 7 a. 3, S. Bonav. 3 d. 24 a. 2 q. 3; Durand. in Prol. q. 1 a. 1, et alii.)

2. An peccatum mortale expellat charitatem non dementorie tantum, sed etiam effective.

(Affirmat S. Thom. II-II q. 24 a. 10.

Negant Scotus in 4 d. 1 q. 1; Durand. 3 d. 31 q. 1 a. 1; S. Bonavent. in 3 d. 31 a. 1 q. 1; Richard. in 3 d. 31 a. 1 q. 1, et alii.)

3. An diligendi inimici difficultas nunquam tanta sit, ut diligendi amici perfectionem excedat.

(Affirmat S. Thom. II-II q. 27 a. 7.

Negant Alb. Magn. 3 d. 30 a. 3, S. Bonav. ibid. a. 3 p. q. 6, Durand. ibid. q. 2, et alii.)

Ex Tertia Parte

1. An Adam non peccante, filius Dei fuisset incarnatus.

(Negat S. Thomas III P. q. 1 art. 3.

Affirmant Scotus 3 d. 7 q. 3, Alensis p. 3 q. 2 membr. 13; Alb. Magn. 3 d. 20 a. 4, et alii.)

2. An accidens et materia prima a divino supposito assumi ac terminari possint.

(Affirmant Scotus 3 d. 1 q. 1 a. 3; Marsil. lib. 3 q. 3 a. 1; Gabriel 3 d. 1 q. 20 a. 1, et alii.)

Negant quidem recentiores.)

3. An sicut in Christo Domino sunt duae naturae, ita sint et duae existentiae, divina et humana.

(Negare videtur S. Thomas III P. q. 17 art. 2.

Affirmant Scotus 3 d. 6 q. 1, Richard. ibid. a. 2 q. 2, Durand. q. 2, Alb. Magn. art. 5, et alii.)

4. An in Christo scientia, quae suapte natura potest acquiri, propriis actibus acquisita fuerit, et non infusa per accidens.

(Affirmat S. Thom. III P. q. 9 art. 4.

Negant in Christo fuisse ullum scientiae habitum humana acquisitum industria, S. Bonav. 3 d. 14 a. 3 q. 1 et 2, Scotus ibid. q. 3, Durand. q. 4, Paiud. q. 2, qui addit eam scientiam, quae propriis actibus erat acquirendam, fuisse illi per accidens infusam a principio, quem multi recentiores sequuntur.) [130v]

5. An secundum influentiam meriti Christus sit caput angelorum.

(Hanc vix attingerunt antiquiores, inter neotericos controversum est.)

6. An in Christo sint duae reales filiationes.

(Negat S. Thom. III P. q. 35 a. 5.

Affirmant Scotus 3 d. 5 q. un., Richard. ibid. a. 2 q. 2, Durand. ibid. q. 1, et alii.)

7. An Beatissima Virgo in conceptione Christi active cooperata sit, tametsi nullo modo per semen.

(Negat S. Thom. III P. q. 32 art. 4.

Affirmant Scotus 3 d. 4 q. un. ibid., Gabriel q. un. a. 2, Ioan. Maior q. 3, et alii.)

8. De latria, quam S. Thomas sentit deberi cruci et imagini Christi, doceatur quod varius provinciarum obtinuit usus, cui subesse fere nullus est, nec libera sit.

(Deberi latriam affirmat S. Thom. III P. q. 25 a. 3.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Negant Durandus 3 d. 9 q. 2; cuius sententiam multi neoterici putant conformiorem 2 Conc. Nic. art. 2 et 5; Greg. lib. 7 ep. 53 et 109, et lib. 9 ep. 9; Gabriel 3 dist. 9 q. un. a. 2 docet latriam, qua adoratur Christi imago, esse large et improprie et analogice latriam. Altisiodorensis lib. 3 tract. 8 cap. 4 quaest. 4 ne crucem quidem putat adorandam latria.)

9. An Christi anima ad purgatorii locum descenderit secundum substantiam, et inde liberaverit omnes animas, etiam quae nondum plene satisfecerant.

(Negat S. Thom. III P. q. 52 a. 2 et 8.

Affirmant S. Bonav. 3 d. 22 q. 5; Gabriel ibid. q. un. a. 3 dub. 3; Thom. Argent. q. unica a. 4, et alii.)

10. An character sit in intellectu tanquam in subiecto, pertineatque ad secundam speciem qualitatis.

(Affirmat S. Thomas III P. q. 63 a. 4.

Negant Scotus in 4 d. 6 q. X; S. Bonav. ibid. a. 1 q. 1 et 3; Alb. Magn. ibid. a. 3 quaest. ult.; Durand. 4 d. 4 q. 1, et alii.)

11. An apostoli initio baptizaverint sub hac forma: In nomine Christi.

(Affirmat S. Thom. III P. q. 66 a. 6.

Negant recentiores, secuti sanctos patres, ut Cyprianum ep. ad Jubaianum, Basil. lib. de Spiritu Sancto c. 12, Athanasium lib. 1 de Trinitate; Damascenum lib. 4 c. 10, et alios.)

12. An invitis parentibus et tutoribus infidelium infantes baptizare liceat, cum sunt sub potestate tutorum, vel cum parentes sunt mancipia christianorum, vel cum iam morituri sunt, nisi subversio vel scandalum timeatur.

(Negat absolute S. Thom. II-II q. 10 a. 12.

Affirmant absolute Scotus 4 d. 4 q. 11; Gabr. ibid. q. 2 dub. 1, et multi recentiores.)

13. An ad iustificandum in circumcisione parvulum fuerit satis sola synagogae fides; quae et per modum sacramenti applicabatur ab intendente facere, quod synagoga.

(Affirmant S. Bonav. 4 d. 1 a. 3 q. 1; Altisiod. lib. 4 tract. 1 c. 5; Durand. in 4 d. 1 q. 8, et alii.

Negant quidam recentiores.) [131*r*]

14. An corpus Christi, ut est in Sacramento, possit alios videre, aut ab aliis videri, sive sensu sive intellectu.

(Negat S. Thom. III P. q. 76 a. 7.

Affirmant Scotus 4 d. X q. 8; Aegid. Theorem. 19 de sacr. Euch.; Durand. in 4 d. X q. 4, et alii.)

15. An vini consecrati aliquae particulae corrumpantur, si aliud addatur eiusdem speciei aut diversae, etiamsi non sit magnae quantitatis.

(Affirmat S. Thom. III P. q. 77 a. 8.

Negant S. Bonav. 4 d. 12 a. 2 q. 2 n. 32 et 35; Richard ibid. a. 4 q. 1; Durand. q. 3; Maior. q. 4, et alii.)

16. An quando in Eucharistia caro vel puer apparet, ibi adhuc sit Christi corpus sacramentaliter ita, ut, quod cernitur, non sit ipsa Christi caro, sed carnis sacramentum.

(Affirmat S. Thom. III P. q. 76 a. 8.

Negant ibi sacramentaliter esse corpus Christi Durand. 4 d. X q. 4, et multi recentiores. Alex. Alensis p. 4 q. XI par. penult. docet esse veram carnem in propria specie apparentem; quod etiam Gabriel putat probabile in canone missae lect. 51. Idem Guimundus et Lanfrancus ab Alensi citati.)

17. An panis ex farina et aqua rosacea confectus sit idonea materia sacramenti Eucharistiae, quamvis illum consecrare sit contra praeceptum.

(Negat S. Thom. III q. 74 a. 7 ad 3.

Affirmat Caiet. ibid.; Alex. Alensis p. 4 q. X memb. 4 art. 1 par. 5 ad finem, et aliqui recentiores.)

18. An amissa gratia et opera peccato mortificata iuxta dispositionis proportionem et non ex toto per paenitentiam reviviscant.

(Affirmat S. Thom. III P. q. 89 a. 2.

Negant Alb. Magn. in 4 d. 14 a. 22; Altisiod. in 3 tract. 6 cap. 4; Richard. 4 d. 14 a. 8 q. 2; Gabriel. ibid. q. 3 a. 3, et alii.)

19. An necessarium sit confiteri circumstantias tam notabiliter aggravantes malitiam eiusdem speciei, ut magnopere atque evidenter varient statum paenitentis et confessarii iudicium de illo.

(Negat S. Thom. 4 d. 16 q. 3 a. 2 quaest. 5.

Affirmant Altisiod. lib. 4 tract. 6 cap. 3 q. 3; Alensis p. 4 q. 18 membr. 3 a. 4 par. 2; Alb. Magn. in 4 d. 17 a. 36; Scotus 4 d. 17 q. un. a. 2, et alii.)

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

20. An exercere actum coniugalem causa vitandae tantum fornicationis in se ipso, non adhibitis prius commodis remediis aliis, sit peccatum veniale.

(Affirmat S. Thom. 4 d. 31 q. 2 a. 2.

Negant Altisiod. lib. 4 tract. 9 c. 4 q. 2; Scotus 4 d. 26 q. un.; Durand. 4 d. 31 q. 4, et alii.)

21. An ignis gehennae physice concurrat ad spiritus cruciandos, ut instrumentum Dei; tametsi affirmativa pars ut plus habet pietatis, ita magis commendanda sit.

(Negat S. Thom. I P. q. 64 a. 4; et communior scholasticorum opinio.

Affirmant plerique recentiores, sequuti S. Greg. lib. 4 Dial. cap. 29, S. Hilarium in Psal. 143, S. Augustinum lib. 21 De civit. Dei c. X, S. Greg. Naziansenum oratione 40 in sanctum baptisma, et alios.) [131*v*]

Animadversio

Si qua docuerunt catholici doctores (quicunque illi fuerint) suo quidem tempore probabilia, sed quae postmodum Ecclesia aut aliter se habere declaravit, aut ut aliter se haberent constituit, in iis satis constat illos sequendos non esse.

De Opinionum Delectu Pro Scripturae Et Controversiarum Professoribus[11]

Quoniam non modo scholasticorum theologorum consulendum est securitati et concordiae, sed eorum quoque, qui Scripturas et controversias explicant, in horum gratiam, sententiae, quae sequuntur, definitae sunt. Quarum quidem paulo maiorem numerum esse oportuit, quod in aliis quaestionibus brevitatem seu paucitatem eorum, quae distincte praescribuntur, satis compensat praesidium S. Thomae, quo istae materiae ferme destituuntur. Huc accedit, quod hae disputationes cum fidei catholicae veritatibus, quas nunc exagitant haeretici, tanta connexione coniunguntur, ut se mutuo foveant ac muniant non parum; et qui de unis, ut oportet, non sentit, alteras statim faciat infirmiores. Est ad haec his in rebus lubricum sane iudicium et lapsus longe proclivior, quam in multis ex S. Thoma definitis; quare maior suspicio periculi pleniorem quoque poscebat explanationem. Optandum tandem est, ut quoties haeretici, ut solent, in capita, quae praescribuntur hoc loco, digrediuntur, catholici, praesertim nostri, concorditer iis solideque respondeant, ne nostris illi dissensionibus aut incautis locutionibus nostra debilitari, sua corroborari arbitrentur. Ob firmiorem itaque doctrinae constantiam in rebus tam periculosis, aliquanto plura de his, quam de ceteris, enucleate debere tradi visa sunt; hoc fere modo.

De Scripturis canonicis

1. Ne in minutiis quidem sensus ullus falsus est in verbis sive canonici scriptoris, sive personarum, quas Scripturae introducunt loquentes ut plenas Spiritu Sancto.

2. Verba primorum exemplarium et fontium incorruptorum fuerunt omnia et singula a Spiritu Sancto dictata secundum substantiam, multiformiter tamen pro varia instrumentorum conditione.

3. Tituli prophetarum et psalmorum canonici sunt.

4. Post Concilium saltem Tridentinum pro canonicis habenda sunt capita quaedam Esther, ultimum caput Marci, historia Susannae et huiusmodi.

5. Concilii Tridentini decreto repugnat omnis sensus contrarius sensui, quem vulgata editio latina reddit evidenter. [132*v*]

---

[11] Ad huius partis textum quod pertinet, vide Rat st. 86 A, supra, p. 13-17.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

6. Sensus non contrarius vulgatae, sed diversus non prohibetur a concilio, si cum authentico stare potest.

7. Tridentinum Concilium non solum in quaestionibus fidei et morum, sed in omnibus plane rebus vulgatam editionem facit authenticam, ita ut nihil eorum, quae in ea continentur, falsum sit.

8. Non facile suspicandum est aliquid extraneum additum et insertum esse textui sacro, nisi constet autoritate Patrum. Aliqua tamen (sed non nisi a sanctis Patribus aut probatis autoribus observata) creduntur ab interprete latino addita, quamquam ex aliis Scripturae locis transposita; et haec canonica sunt.

9. Sin aliqua apposuit de suo interpres ad exprimendum id, quod in energia haebreorum graecorumve verborum implicite et virtualiter inclusum est, sacra et canonica sunt.

10. Factae etiam videntur fuisse nonnullae additiones ad etymologiam vocabuli exprimendam, quae in novo Testamento sunt ipsius canonici scriptoris, et ideo canonicae.

11. In veteri autem Testamento vel fuerunt etiam scriptoris canonici, licet postea interciderint; atque ideo canonicae; vel interpretis, quae canonicae quidem non sunt, non tamen reiiciendae.

12. Nominum propriorum, quae in fontibus habentur, interdum significationem fuisse constat immutatam ab interprete ad exprimendam allusionem, quae iisdem nominibus conservari non potuit, ut in arboribus apud Danielem. In his canonica est non harum vocum substantia seu significatio, sed cognata quaedam allusio, quae in primis fuerat exemplaribus.

13. Interpretatio nominum propriorum per rabbinos facta seu per rabbinistas, si a vulgata editione dissonat, suspecta debet esse.

14. Sed si huiusmodi interpretationes factae sunt per authores plane catholicos, asserentes vocabula, quae in fontibus habentur, esse aequivoca, recipi possunt, sed textui non praeferantur.

15. In iis, quae in hebraeis graecisque codicibus contraria sunt latinae vulgatae, decreto Concilii Tridentini derogata est omnis fides aliis linguis; cum de earum textibus, corrupti sint nec ne, ius habeat Ecclesia dubitandi.

16. Versio 70.a interpretum quamdiu incorrupta mansit, authentica fuit, et infallibilis autoritatis.

17. Cum haebrei graecique codices contrarii non sunt latinis, sed diversi, si quam eorum lectionem Patres plaerique omnes incorruptam esse testantur, eam authenticam esse credendum est.

18. In iisdem si de alicuius hebreae graecaeque lectionis synceritate non conveniunt Patres, aut nihil dicunt, recentiores vero eam incorrumptam esse praedicant, probabilis erit, et vulgatae latinae explanationem poterit adiuvare.

19. Ea quae in vulgata editione habentur, nec verius nec simpliciter melius verti potuerunt; aliqua tamen clarius et significantius verti potuisse nihil prohibet.

20. Christus et apostoli non allegarunt Scripturas per accommodationem ad rem suam, sed iuxta sensum verum illius loci, et intentum a Spiritu Sancto. [133*r*]

De Ecclesia

1. Vera Dei Ecclesia visibilis est illa, quae in externo cultu, hoc est in externa fidei professione et in sacramentorum participatione communicat cum vero capite Christi vicario, qui est romanus pontifex.

2. In tota hac Ecclesia visibili vera fides interior deficere non potest, licet illam in singulis huius Ecclesiae partibus esse non sit necessarium.

3. Is, cui vel fides interior, vel baptismalis character deest, si in externo cultu sacramentorum et fidei professione cum vera Ecclesia communicat, est vere et proprie membrum Ecclesiae

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ut visibilis, licet putative tantum sit membrum Ecclesiae simpliciter; quae cultum includit tam exteriorem quam interiorem, saltem ex charactere et fide.

4. Fide interiori et baptismali charactere praediti, licet peccatores sint, non viva quidem, proprie tamen, vere et simpliciter membra sunt Ecclesiae.

5. Cathecumenus, licet fidelis, non est simpliciter membrum Ecclesiae, sed secundum quid et inchoative.

6. Haereticus per Ecclesiae sententiam praecisus, simpliciter non est Ecclesiae membrum, nec intra Ecclesiam, nisi imperfecto quodam modo, ratione characteris.

7. Nec Scriptura verior seu veracior est quam Ecclesia, nec Ecclesia quam Scriptura; sed eadem utriusque est veritas ab assistentia Spiritus Sancti.

8. Nobis quidem notior ac prior est Ecclesiae veritas, quam Scripturae; secundum se autem et ex natura rei veritas Ecclesiae pendet a veritate Verbi Dei, cum Ecclesia nihil definiat, nisi ex verbo Dei scripto vel tradito.

9. Ecclesiae, quae est iudex et animata lex, potestas patet latius quam Scripturae.

10. Scripturae verba etiam a Deo sunt, et rationes, et factorum narrationes; quae tria non sunt in Ecclesiae constitutionibus semper a Deo, sed substantia definitionum duntaxat.

De concilio et romano pontifice

1. Licet generale concilium a romano pontifice legitime congregetur, et sub eius obedientia perseveret, praesidentibus et consentientibus legatis apostolicis, eius tamen definitiones (nisi in summi pontificis decreto ad concilium misso expressae contineantur) de fide non sunt antequam a papa confirmentur.

2. De facto nullum unquam romanorum pontificum fuisse haereticum, probabilius est, et a nostris strenue defendendum; posse vero ut hominem et doctorem privatum haereticum esse, probabile facit communior scholasticorum opinio; licet contrarium satis pie credi possit.

3. Papa si potest haereticus esse, non desinit esse verus et legitimus papa, priusquam declaretur haereticus vel ipsa facti notorietate, vel generalis concilii sententia.

4. Probabilius est, non deponi tunc papam a concilio iudiciaria ac superiori potestate, sed a Deo immediate; posita tamen humana declaratione, veluti conditione sine qua non. [133r]

5. Tempore schismatis, si post diligentem Ecclesiae inquisitionem, quis sit verus papa, nescitur aut dubitatur, perinde est ac si nullus esset papa.

6. Apostolicae traditioni magis consentaneum est papatum episcopatui romano annexum esse iure divino.

7. Probabilius etiam est, esse de fide, immediate eum, qui iam canonice electus et ab Ecclesia receptus est pro vero papa, esse verum et legitimum papam; neque id locum habere duntaxat, postquam papa aliquod edidit decretum fidei, sed etiam antea.

8. Male sonans ac periculosum est sentire, in canonizandis sanctis aut religionibus approbandis papam errare posse.

9. Antequam papa vel concilium aliquid definiant de fide et moribus, divino tenentur praecepto humanam inquisitionem ac discussionem adhibere.

10. Infallibilitas non est promissa divinitus huic discussioni, sed conclusioni.

11. Licet haec discussio maior minorve pro rerum gravitate esse debeat, non potest tamen tanta rei gravitas esse, ut papa indigeat generalis concilii discussione ad infallibiliter definiendum.

12. De fide est papae seu concilii definitio, cum dicit, contrarium anathema sit, haereticum est, repugnat Ecclesiae, evangelio, Scripturae, et huiusmodi.

13. Nec secundum privatam opinionem, sed ex cathedra respondet, remque de fide statuit esse, cum papa ad id, de quo consulitur, directe, absolute, et sine haesitatione respondet, aliquo modo significans velle se ad id recipiendum obligare Ecclesiam. Eoque cum res ad fidem moresve pertinet.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

14. Pontifex errare non potest in definiendis, quae contractuum propria sunt; nec eius aliquod decretum dicendum est illegitime vel iniuste factum.

De traditionibus

1. Divina traditio est, quam, licet in Scripturis non habeatur, ex ore Christi acceperunt apostoli; et haec est de fide.

2. Idem iudicium est de apostolica traditione, quam ut instrumenta Spiritus Sancti seu Spiritu Sancto dictante apostoli tradiderunt Ecclesiae.

3. Est quaedam apostolica traditio, quam apostoli, ut Ecclesiae gubernatores sanxerunt; et haec recipit dispensationem per Apostolicam Sedem; nec est de fide.

4. Multo minus veteres quaedam traditiones, quae ad historiam, licet ab apostolorum temporibus deductam, pertinent, non ad ius; ad ius autem pertinere S. Petri adventum et cathedram in Urbe, satis constat.

De doctorum auctoritate

1. Cum sancti doctores in aliquo consentiunt, est praeceptum Ecclesiae, ne ab illis recedatur in iis, quae sunt fidei et morum, et in expositione Scripturae.

2. Si unanimis sanctorum doctorum consensus affirmat aliquid esse de fide aut dogma Ecclesiae, id est de fide, non propter eorum authoritatem definiendi res fidei, sed indicandi et testificandi, quod aliunde est de fide. [136*r*]

3. Sin doctores, cum consenserint, non asserant id esse de fide, sed quod docent, probent ex Scriptura vel ex traditione, vel ex Ecclesiae definitione, et haec ipsa per se evidentia sint, ipsa per se faciunt rem de fide.

4. Sin Scripturae et Ecclesiae sanctiones non sunt adeo clarae et evidentes, tunc quod unanimi doctorum consensioni adversatur, non est haereticum, sed erroneum, si tamen quod doctores docent, asseveranter doceant.

5. Si quid unanimiter docent scholastici theologi, de quo patres nihil dixerunt, sunt de ipsis faciendae eaedem fere distinctiones, quae supra de sanctis doctoribus facta sunt, licet non eodem plane gradu.

Laus Deo Beataeque Virgini.

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

RATIO ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM S. I.

1591

III — APPENDICES*

[1]

NONNULLA
QUAE IN LIBRO STUDIORUM HABENTUR REPRAESENTANDA R.P. GENERALI

Pro studiis superiorum facultatum

1. Galli queruntur, quod in Galliis nulla publica sit lectio Scripturarum, eamque petunt introduci[1].

2. Ad scripturae studium promovendum prodesset valde, si libri aut tractatus aliqui a nostris aut scriberentur aut scripti ederentur, quibus contineantur illustrium Scripturae locorum enarrationes, aut institutiones et regulae ad eam, sicut oportet, interpretandam. Haec enim si in promptu essent, nec in his conquirendis magno uniuscuiusque labore opus esset, multi ad ea legenda saltem succisivis horis allicerentur, et facile hoc eruditionis genus redundaret ad plurimos[2].

3. Germania Superior petit pro transalpinis Scripturae professoribus, ut inter legendum possint et debeant confutare haereticorum versiones; eam enim rem experti sunt utilem; et multo utiliorem, si praepositi Generalis iussu aliquis vir doctus loca Scripturae perpe-[334]ram versa ab haereticis in unum conferret atque evulgaret[3].

4. Pleraeque provinciae nostrae Societati consultissimum esse responderunt, ut praepositi generalis iussu a primariis, qui inter nostros sunt, theologis et philosophis plenissimus conscribatur tam philosophiae quam theologiae cursus, in quo S. Thomae aliorumque omnium doctorum sententiae cum eorum fundamentis, et obiectionum solutionibus distincte, breviter, perspicue, fideliter referantur, relicta tamen libertate in illis quaestionibus, quas liberarum quaestionum catalogus continet; modo liceat etiam in definitis modicam aliquam addere confirmationem; et in liberis sequi partem, quam quisque maluerit, eamque breviter corroborare. Ea res professores a dictando, auditores a scribendo, utrosque vero a laboribus ac morbis variis liberaret; plus adhuc temporis suppeditaret et ad veritates subtilius examinandas tacita meditatione, et ad frequentiores disputationes aliasque exercitationes obeundas; tollerentur adhuc plurimi nostrorum sumptus in rescribendis non modo unius, sed etiam multorum professorum commentariis, licet inter se non parum differentibus. Denique tam eos, qui docent, quam eos, qui discunt, is commentarius faceret expeditiores tum ad suscipienda interdum alia pro salute proximorum ministeria, quae nonnun-[335]quam nequeunt evitari; tum ad Scripturis, sanctis patribus et Deo sibique liberius vacandum. Quod opus longe nunc facillimum esset post tam multas nostrorum professorum lucubrationes, quae ne pereant, in commune bonum essent colligendae in hunc commentarium[4].

---

* De historia huius Appendicis vide [illegible]
[1] Vide supra, p. [illegible]
[2] Vide [illegible]
[3] Vide [illegible]
[4] Vide supra, p. [illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

5. Multae provinciae petunt, ut a nostris summa aliqua casuum perfectissima scribatur, qua utamur universi ad consensionem et securitatem[5].

6. Haereseon, quae nunc vigent et quotidie pullulant, catalogus conficiatur in Germania, aut ubicunque grassantur haereses, et si quid novi subnascitur, Romam perscribatur, ut edantur in lucem auctoritate praepositi generalis[6].

7. P. Bellarminii, quam Clenardi Grammatica commodior videtur; quanquam et illam auctor aliquanto magis locupletare atque explanare deberet[7].

8. Multae provinciae, ut Francia, Baethica, Aragonia, Veneta, Austria, Aquitania, Germania Superior optant plures in philosophia opiniones definiri ad cavenda pericula et dissensiones.

9. Mediolanenses, rhenani, franci et Germania Superior optant tradi distincte libros, textus, quaestiones, quae in tota philosophia vel omittenda sint penitus, vel tractanda brevi-[336]ter aut copiose.

10. Nec ab re fuerit experiri, an pro Isagoge Porphyriana possit a nostris alia conscribi ex ipsomet Aristotele, ut a nostris classibus ablegemus Porphyrium, hominem impium, de christianis pessime meritum, et pleraque tradentem improprie, supervacanee, platonice, et nimium prolixe[8]. Ea res si scriberetur, posset privato alicuius nomine exponi Parisiis aut in Lusitania; et si res bene cederet, sensim in alias partes induceretur. Iam P. Fonseca scripsit hanc Isagogen; recognoscenda esset et edenda[9].

11. Porro expediret quam maxime, si cui nostrorum in graecis, in latinis, in philosophia versatissimo demandetur provincia interpretandi Aristotelem ex graeco in latinum sermonem, retenta quantum fieri potest, sententiae aristotelicae veritate; ea tamen perspicuitate, ut per se etiam intelligi possit ab eo, qui non sit penitus philosophiae ignarus, etiam si ipsa verba aliter et aliter construenda aut formanda essent; dummodo integra maneat aristotelicae doctrinae sinceritas; nec sit paraphrasis quaedam, sed pura ac fidelis versio; cuius etiam versionis ad finem operis, exemplo Lambini, reddi possent rationes per singula, collatis ac perpensis graecis latinisque vocabulis. Id enim et operi auctoritatem compararet, et magnam afferret lucem tenebris aristoteli-[ ]cis; atque huic versioni magno esset praesidio, si plenior accederet Commentarius, nostrorum opera compilatus[10].

12. Curandum, ut P. Clavius scribat compendium rerum mathematicarum, quae in academia privata explicandae sunt philosophis nostris post repetitum philosophiae cursum per sex menses. Aliud item publice exponendum biennio.

13. Praeter publicam mathematicae praelectionem et ordinariam nostrorum academiam, P. Clavius operam suam libenter collocaret in privata alia academia ex quattuor aut quinque de nostris, quibus, si ii philosophi iam sint, et mediocri saltem ingenio, nec a mathematicis alieno, et ab aliis studiis biennio tantum vacent, explicaret ille primarias mathematicae facultatis partes cum spe eximii fructus[11]. Et plane e re nostra videtur non pati, ut occasio tanta nobis velut e manibus elabatur; sed alantur potius nonnulli, qui Clavio superstites eiusque doctrinae velut haeredes, eam in varias, quocumque mitterentur, provincias disseminarent; et tam Ecclesiae dignitatem, quam nostrorum tuerentur existimationem, si quando oporteret de mathematicis respondere. Id vero si praestandum, quam citissime praestandum est, tum quoniam, si qua nunc sese huius operis difficultas obiiciat, non minor futura est in posterum. Quare qui non est hodie,

---

[5] Vide supra, p. 93 app. crit. litt. n.
[6] Vide supra, p. 86 § 5 8°.
[7] Vide supra, p. 94 § 3.
[8] Vide supra, p. 100 §7.
[9] Vide *ib.* § 6.
[10] Vide supra, p. 99 § 5.
[11] Cf. supra, p. 110 § 2.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cras minus aptus erit. Tum quoniam incertus [ ] est vitae exitus ac limes; dumque hominem tam insignem his scientiis habemus, ad eventus fortuitos res extrahenda non videtur[12].

Pro studiis inferioribus

14. Quorundam librorum expurgatio[13], quam etiam Constitutiones 4 Part. cap. 14 § 2 insinuant, non modicae videtur utilitatis; tum quia aliqua sunt poematum caeterorumque argumentorum genera, quae non nisi a parum honestis auctoribus tractata sunt, ut comaediae, epigrammata, elegiae, et odae magna ex parte, quibus nostri carituri sunt, si huiusmodi auctoribus omnino priventur; tum quia etiamsi non desit interdum unus aliquis auctor, qui quae turpiter alii, honestius ipse tractarit, at auctorum varietas uberiorem reddit puerorum venam, et faciliorem imitationem; tum quia auditores nostri novi prorsus videbuntur ad ea, in quibus caeteri discipuli se iactabunt esse versatos. Caeterum ea purgandi ratio, quae pro turpioribus verbis aut rebus honestiora subrogat, non probatur; tum quia quaevis adhibeatur purgatio, semper tamen liber, cuius argumentum turpe sit, pristinum ac nativum redolet odorem aut saporem; certe ipse dicendi character, allusiones, rerum series, vis affectuum, schemata, aliaque huiusmodi, quod virus hauserunt ab auctoris animo, in lec-[ ]toris mentem, quamvis ea de re nihil cogitantem, latenter instillant; tum quia quicquid in eorum, quae scripsit auctor, locum sufficitur, vix pertingere potest ad eam vel inventionem vel latinitatem, quae caeteris respondeat. Quare huiusmodi expurgatio non probatur, nisi cum et paucissimis esset adhibenda voculis, et commode et cum dignitate praestari posset; alioquin ineunda potius videtur alia quaedam ratio longe aptior; nempe, ut ex uno aliquo auctore, verbi gratia, Horatio seligantur honestae tantum odae, praetermissis turpibus poematis. Titulus vero libro praefigi posset huiusmodi: Selecta quaedam ex Horatio, vel ex Catullo, vel ex Tibullo etc. Quin etiam ex poematis, quorum argumenta obscoena sunt, possent in unum aliquod volumen colligi partes quaedam honestiores, si a suo toto separatae cohaerere possunt, ut quaedam similitudines, sententiae, antitheses, adagia, orationes, palaestrae, cursus, descriptiones vel hortorum vel orientis solis, vel armorum, vel sepulchrorum, vel urbium, vel anni temporum etc. Eodem quoque conferri nihil prohibet tum honestiores aliquas epistolas Heroidum, vel elegias Tibulli, Propertii, Galli, tum epigrammata, seu emblemata ex Gellio, Atheneo, Ausonio, Pausania etc. Tum aliquas Plauti non comaedias, sed sententias, vel scenam aliquam honestiorem cum hac inscriptione: Collocutio harum vel illarum personarum. [ ]

15. Ad haec multa sunt in humanioribus studiis observatu digna, quae quoniam nec praeceptoribus vacat explicare, nec auditores per se consequi possunt, nesciuntur fere a nostris, non sine aliqua eruditionis iactura. Quocirca prodesset admodum, si cui harum rerum peritissimo demandetur onus colligendi optima quaeque huius generis, et cultiore quodam stylo in unum aliquod opusculum conferendi, in quo explicarentur leges scribendi epigrammatis, elegiae, odes, aeglogae, silvae, comaediae, tragaediae, epopeiae, brevis chronologiae ratio, quis stylus historicus, quis poeticus, quis epistolaris, quae dicendi genera, et huiusmodi alia suis illustranda exemplis. Quod opusculum, si conscriberetur, privatim legeretur a nostris adolescentibus, vel in schola humanitatis per horae quadrantem aliquem exponeretur[14].

Cupiendum quoque est primo[15] ut ex singulis provinciis viri aliqui eruditi et emeriti constituantur, qui libros in scholis nostris explicari solitos accurate scriptis commentariis interpretarentur, ad nostram docendi rationem accommodatis.

Secundo ut ex Scopis Latinitatis, ex Farragine sordidorum verborum ex indice Verraepaei ac Nizolii liber compiletur ad usum nostrarum scholarum, ubi barbara verba ita recense-

---

[12] Cf. *ib.* § 3.
[13] Vide supra, p. 139-40 § 3.
[14] Vide p. 140 § 4.
[15] Quod ad reliqua, vide supra, p. 222.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rentur, ut ascriberentur latina cuiuscumque classici auctoris. [ ]

Tertio, ut adiiciatur vocabularium cuiusque linguae latino respondens, quod ad nostrum usum cudi multae provinciae magnopere exoptant.

Quarto, ut liber de verborum ac sententiarum copia ab uno aliquo e nostris edatur ad usum nostrorum discipulorum accommodatus, sed ita ut exempla ex Cicerone et aliis bonis scriptoribus depromantur, et de verborum ac sententiarum usu sedulo admoneantur pueri pro triplici genere dicendi.

Quinto, seligantur epistolae Ciceronis faciliores ad usum inferiorum scholarum; maxime in epistolis ad Atticum. Verum id accurate fieri oporteret, et a multis peritis, ne difficiles aliorum iudicio, in faciles coniicerentur. Operae pretium esset libros etiam epistolarum Ciceronis, orationum, aliorumque auctorum ita distingui, ut simul suos quaeque classis libros et auctores haberet, per quos magistri velut in orbem irent. Qua de re olim est editus librorum index iussu P. Borgiae fel. mem. quem recognosci et locupletari oporteret.

Sexto sententiae, adagia, apopthegmata, similitudines, apologi, insignia virtutum exempla, philosophorum memorabiles quaedam res ac responsa, et id genus alia, quibus rerum copia locupletari solet, essent in unum colligenda, optimo ordine digerenda, et ciceronianis exornanda verbis, in quotidianum prope usum [ ] nostrorum magistrorum et discipulorum.

Septimo, eadem de causa in libellum aliquem essent referenda nomina omnium partium domus, in alium nomina omnium partium navis, in alium nomina omnium instrumentorum, quibus artifices et agricolae utuntur, in alium nomina variarum vestium; et sic de aliis, ut in promptu habeantur; aliquando etiam ediscantur a pueris, quo promptius loquantur latine, nec ignorent vocabula rerum, quae quotidie in sermonem incidunt, ac pene in pedes incurrunt.

Octavo, prodesset optima quaeque veterum epigrammata in unum volumen, in alterum optima quaeque recentiorum coniici; sed ad eam rem plures viros peritos adhiberi necesse esset.

Nono, ex usu esset librum paulo uberiorem de tropis et figuris earumque usu ac varietate confici.

Decimo, placeret scribi etiam familiares dialogos latina lingua, qui explicarentur in scholis.

Undecimo, scribendus esset et cursus rhetoricae per biennium praelegendus in schola.

Laus Deo ac B. Mariae

[2]

Regulae Italis Propriae

1. Conandum esset, ut legitima actuum intervalla, quibus ad philosophiae et theologiae doctoratum aut magisterium ascendendum est ex praescripto nostrarum Constitutionum[1], accurate serventur ab italis. Quod si quando aegre potest obtineri ab externis, quod facile vel ad medicinam vel ad iurisprudentiam dilabantur, dispensatur cum ipsis, ut in fine vel physici triennii, vel theologici quadriennii in magistrorum seu doctorum ordinem referantur, legitimis antea actibus perfuncti, dum philosophiam seu theologiam audiunt; ea tamen lege, si rigido prius exa-

[1] Qua de re cf. R st. 86/A; supra, p. 80-81 § 1-2.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mine ita fuerint approbati, ut fere docere possint; alioquin gradus in nostris gymnasiis collati pro nihilo ducentur; praestatque paucos promoveri, quam indoctos.

2. Alumni, qui Romae in Germanico vel Anglicano Collegiis aluntur, exerceantur strenue in concionando pene quotidie in triclinio sive latine, sive patrio sermone; idque praesente semper nostrorum patrum aliquo germano vel anglo, a quo observentur, emendentur, animentur, laudentur. Hoc enim praecipuum mu-[334]nus exercendum est inter haereticos[2].

3. Controversiarum repetitio in ambobus Collegiis coram studiorum praefecto habeatur uno aliquo alumnorum per vices explicante aliquam controversiam iuxta ordinem librorum P. Bellarminii, breviter allatis in medium praecipuis quibusdam conclusionibus, et earum fundamentis; idque per semihoram, ut per alteram respondeatur dubitationibus, quas alii non argumentando, sed apte et graviter interrogando proferent. Fiat hoc bis in hebdomada; neque tum scholasticae repetitio intermittatur, sicut neque ab ea olim cessabant alumni, cum quotidie controversias audirent[3].

4. Iidem alumni oratoriis etiam praeceptis et exercitationibus expoliantur biennio, et quando oportet, etiam triennio; nam si eloquentiae et graecarum litterarum rudes in patriam redeant, quamvis philosophi ac theologi, parvipenduntur ab haereticis, nec suis magno sunt emolumento, ut re ipsa compertum est[4].

5. Cum provincia romana, ex auctoritate praepositi generalis, Emmanuelis Alvari Grammaticam in ordinem commodiorem sibi redegerit, eoque iam utatur cum magno puerorum fructu, nihil ea de re posthac immutetur[5].

[3]

Regulae Gallis Propriae

1. Dispensatur cum gallis, ut in fine triennii statim philosophiae magistri fiant, quod maiorem non ferant moram[1], cum fere properent ad Leges; ea tamen lege, si rigido prius examine ita fuerint approbati, ut fere docere possint; alioquin gradus in nostris gymnasiis collati pro nihilo ducentur; praestatque paucos promoveri, quam indoctos.

2. In Galliis ubicunque gallice exponitur catechismus, P. Emundi Augerii libellus opportunior est, quam P. Canisii[2].

3. Turnoni baccalaureo dantur liber et annulus; sed cum haec insignia doctoratus esse soleant, communicanda cum baccalaureo non videntur.

4. Galli utantur Grammatica Despauterii, quam petunt et in diuturno usu habent[3].

---

[2] Vide supra, p. 85 § 2.

[3] Vide ab. p. 86-87 § 6.

[4] Vide supra, 98 § 4.

[5] De grammatica latina Patris Alvares in modum tabularum redacta cf. supra, p. 122-23 § 3.

[1] Cf. supra, p. 81 § 2.

[2] Vide supra, p. 217 § 12, et scriptum anni 1576: [illegible] *Patris Augerii* aut *Patris Canisii* in schola praelegatur. MP IV 287-88.

[3] De grammatica latina Despauterii cf. supra, p. 157.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[4]

Regula Lusitanis Propria

Placet, ut Conimbricae, prout exigit ipsa fundatio academiae, post triennium audiant philosophi dimidio circiter anno lectionem unam philosophiae pomeridianam. Idem quoque in eborensi collegio servetur, non modo quia ex statuto ad id tenemur, sed etiam quia, cum ex una academia in alteram frequenter discipuli commigrent, idem rerum cursus ac tenor utrique magnopere convenit[1].

[5]

Regulae Germanis Propriae

1. Quoniam dilationis intervalla, quae promovendi ad doctoratum seu magisterium philosophiae aut theologiae servare deberent in suis publicis actibus, vix tolerari possunt in Germania, cum his dispensat R.P. Praepositus Generalis, ut theologi in fine biennii primum celebrent actum, quo fiant baccalaurei currentes, formati vero in fine triennii post actum alterum, ut hoc pabulo detineantur in nostra academia[1]; qui duo actus numerandi sunt inter eos, qui ad doctoratum necessarii sunt. Hunc tamen non suscipiant, nisi post quadriennium celebratis aliis actibus, etiam si nonnulli in patriam interea redirent, ubi et suis negotiis et privato vacarent studio, reversuri deinde, quando oportuerit, in academiam nostram doctoratus capiendi gratia; ea tamen lege, si rigido prius examine ita fuerint approbati, ut fere docere possint; alioquin gradus in nostris gymnasiis collati pro nihilo ducentur; praestatque paucos promoveri, quam indoctos.

2. Pragae si praestari nequeunt, quae in primariis collegiis, nec accuratior studiorum ratio potest [334] iniri, expedit tamen, cum aulam habeat imperatoriam, multos etiam convictores et alumnos, et regnum haereticum sit, saltem post biennium philosophiae (haec enim non est praetermittenda, cum tardos excitet, promptioresque faciat contra haereticos) addi biennium aliud pro casibus, pro Scriptura, et pro controversiis in eam temporis angustiam, quantum fieri potest, redigendis[2]. Quo tempore exercendi essent in concionibus, in praxi sacramentorum, et aliis huiusmodi, quibus non minus, quam rei magnitudo postulet, instructi ad animarum curam accedant.

3. In aliis collegiis, in quibus haec praestari nequeunt, nec theologiae professor ullus est, catechismi lectio, quae in sextis feriis haberi solet, habeatur etiam, et quidem paulo amplior in dominicis et festis, ut fiat maior progressus; explicetur autem vel Catechismus Romanus, vel P. Canisii, nisi aliquis alius decursu temporis eadem capita uberius pertractaret[3].

4. Philosophiae curriculo triennium, sicut et in caeteris provinciis, tribuatur. Superiores tamen, si quando necessitas cogat, ante expletum triennium alumnorum opera uti poterunt in aliis ministeriis[4].

---

[1] Cf. supra, p. 95 § 1.

[1] Cf. supra, p. 81 § 2.

[2] Cf. supra, p. 95 § 1.

[3] Vide supra, p. 87 § 8.

[4] Cf. supra, p. 95 § 1.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE ULTRAMONTANIS PROPRIAE

1. In collegio, quod quaelibet habet provincia pro nostrorum seminario, scholastica theologia explicetur accurate, et finiatur a duobus professoribus quadriennio; et nihil in ea de controversiis, sed de iis lectio separata instituatur, absolvendis etiam quadriennio. Has tres lectiones, cum quarta Scripturae nostri audiant per quattuor annos, si experti sint, se id praestare posse sine incommodo valetudinis; alioquin controversias et Scripturas alternis diebus audiant toto quadriennio[1].

2. Ubicunque vero controversiarum publica fuerit praelectio, professor ut eas universas absolvat quadriennio (nam si biennio, brevius adhuc agendum), explicet[2] primum haereses de ea re, de qua agitur, et valde fideliter; nec diu moretur in earum origine vel auctoribus conquirendis, sed de hoc quod certius videatur, summatim indicet.

3. Neque referat haereticorum verba sine necessitate aut fructu aliquo, sed nudam sententiam; multo minus eorum exaggerationes seu scommata, nisi brevissima et aptissima, quibus auctores publice pudefiant; quamvis haec [334] potius concionibus, aut etiam edendis libris, quam scholasticis disputationibus, in quibus expenduntur rerum momenta, conveniant.

4. Catholicam veritatem bene explicet, cum ea bene intellecta magnam per se faciat fidem, et minus pateat calumniis; illam vero muniat Scripturae locis valde illustribus et manifestis, quae corrobentur ex linguarum proprietate, ex collatione antecedentium et consequentium, ex allegatione locorum aliorum, et ex patrum interpretatione; quo modo quattuor circiter loci pro singulis conclusionibus videntur explicandi; caeteri praetereantur, alioquin nullus erit finis et tardissimus progressus.

5. Ad Scripturarum deinde auctoritatem adiiciat Ecclesiae decreta et patrum sententias; quae non afferendae, nisi illustres et notatis tantum locis; at si quando vis in quibusdam verbis est, pauca illa allegentur, sed per infinitivum fere modum. Rationibus autem vix erit locus, nisi paucissimis et magni roboris, sicut neque digressionibus in scholasticas quaestiones, vel dubitationes, cum huius loci sit persequi ea tantum capita, de quibus convenit inter catholicos et cum haereticis tantum controvertitur.

6. Haereticorum subterfugia nec coacervet omnia, nec omittat, quae nonnullam videntur habere vim. Si quando illi vel a seipsis, vel ab aliis haereticis dissentiunt, non magnopere la-[335]borandum, cum id ipsi fateantur; quamquam hoc si raro, breviter et apte fiat, proditis ipsorum ineptiis, fraudibus, antilogiis, mirum in modum consternantur.

7. Haereticorum adversus rectam fidem argumenta non proponantur initio quaestionis, sed ad finem, neque cum amplificatione ulla, et unicuique simul ac propositum fuerit, sua solutio aut confutatio subnectatur. Denique non pugnandum sibi putet cum obsoletis haeresibus, sed cum iis, quae nunc vigent, aut quotidie pullulant. Quaecunque autem praelegerit in schola, semel per hebdomadam domi repeti iubeat per capita se praesente, et dubitationes, quae suborientur, explicante, praetermissa per eum diem scholasticae theologiae repetitione.

8. Ubi lectio controversiarum aut omnino, aut propediem non potest introduci, duo tresve scholastici professores explicent controversias, ubicunque in partibus S. Thomae incidunt[3];

---

[1] Vide supra, p. 87 § 7.
[2] De ratione praelegendi controversias cf. supra, p. 86 § 4-5.
[3] Vide supra, p. 87 § 7.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

deque illis ita docte ac dilucide disputent, ut scholasticae tamen, quae prodest et ipsa magnopere adversus haereticos, rationem habeant non exiguam. Quin etiam si quo anno eaedem controversiae tam scholastico disputatori, quam Scripturarum interpreti occurrerent, huic totae illae relinquantur, quo liberius in theologicas excurratur quaestiones.

9. Enixe curandum, ut horae, quibus docetur [336] in scholis, coniungantur omnino; et si quae sunt uspiam difficultates, eorum, qui praesunt, consilio ac solertia tollantur[4].

10. Permittendum videtur transalpinis theologiae auditoribus, qui ad certandum cum haereticis informantur, aliquod controversiarum compendium, sed auctoris non paenitendi, quem legant interdum horis privato studio attributis[5].

11. Conceditur provinciis septentrionalibus, ut parvuli etiam tenerae aetatis recipiantur in scholas, unde fidem catholicam imbibant[6].

12. Ut in provinciis transalpinis, ubi locorum necessitas, aut usu id exigit, mulieribus etiam pateat aditus ad spectanda drammata, quae nostrorum opera eduntur in theatris, relinquitur arbitrio superiorum[7].

[7]

Appendix ad Regulas Professoris primae classis Grammaticae [Humanitatis et Rhetoricae][1]

Hanc etiam appendicem adscribere e re visum fuit, ut ratio latine praelegendi explicandique authores, quae breviter in regulis perstricta fuerat[2], planius atque illustrius traderetur.

Quibus igitur in scholis latine explicantur authores, cavendum omnino est, ne magister vel latino cuilibet verbo latinum aliud reddat, vel latinam quamque locutionem latina alia interpretetur; neque enim Virgilianum illud: Arma virumque cano, Troiae, qui primus ab oris etc. exponendum sic est: Cano - hoc est, canto; Arma - hoc est, bella; que - pro et; virum - hoc est, eximium hominem; qui primus - hoc est, ante alios etc. Neque illud Tullianum: Quamquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, abundare oportet praeceptis philosophiae etc. totum simul ad verbum sic explanandum: etsi Marce fili annum te Cratippo operam dantem philosophicarum rerum scientia affluere necesse est. Id plane non tam gravium magistrorum, quam rudium paedagogorum est, quos aliena hac diligentia barbariem omnem inve-[2]xisse viri graves existimant; dum enim latinorum authorum, qui fere optima verba occuparunt, versionem ex latinis aliis verbis coagmentant, efficitur, ut pueri minus idoneis uti consuescant, authore M. Tullio (1 lib. de Oratore). Raro siquidem accidit, ut latinis verbis latina alia respondeant ex aequo, sed vel minus proprie, vel minus ornate, vel nihilo minus obscure, vel non sine magno doctoris labore, qui sane paucorum esse potest. Aliud denique est authorem explanare, aliud phrases, seu synonima verba variare.

---

[4] Provincia rhenana, una cum annotationibus in Rat. st. 86/A, misit etiam amplum scriptum: *Quare coniunctis horis docendum ... ;* quod habetur in *Stud. 3*, f. 262*r*-65*v*; et quod in MP VI typis dabitur.

[5] Vide supra, p. 79 litt. d in app. crit.

[6] Cf. supra, p. 144 et 221 § 2; de scholis abecedariorum cf. MP I-IV 285 et passim.

[7] Vide supra, p. 205 § 6.

[1] Regulae professoris primae classis grammaticae (Rat. st. 1591) reperiuntur supra, p. 299-302; professoris humanitatis p. 303-08; rhetoricae p. 308-11.

[2] Vide supra, p. 288-89 300 303 308 (reg. 3).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In latina itaque explanatione non omnia latine reddenda sunt, sed haec fere:

1. Argumentum totius libri, vel epistolae, vel poematis etc.

2. Periodi cum periodo, vel antecedentium et consequentium connexio, si minus perspicue pateat. Id vero rhetoricae proprium est; rarius in schola humanitatis usurpandum; in prima classe rarissime.

3. Periodi non cuiusque, sed obscurioris duntaxat sententiae; faciendum tamen est, tum ut haec sit clara ac brevis parum dilucidi sensus explanatio, non quaedam ad verbum versio; tum, ut in explicando quam paucissima fieri potest verba extrinsecus accersantur, sed ex ipso libentius contextu assumantur, ut authoris potius verba, quam aliena pueris haereat.

4. Alicuius membri sive periodi de verbo ad [3] verbum resolutio, vel interpretatio, quae tamen adhibenda dumtaxat est, quando et quatenus ita necessaria videretur, ut sine ea locus, qui in manibus est, intelligi vix possit, aut minus fructuose. Obscura etiam si qua vox intercurrat, exponatur, si potest, bene latino alio verbo, seu descriptione; alioquin patrio potius sermone declaretur.

5. Nonnullae observationes vel syntaxeos, vel linguae latinae, vel troporum et figurarum, vel artificii aut similium.

6. Proderit adhuc varietatis copiaeque gratia, dum authoris locus aliquis seu locutio perpenditur, alias etiam phrases, quae idem valeant, verum non nisi ex eodem, aliisve bonis authoribus in medium afferre. Id tamen in prima classe, quippe quae pueros a solaecismis nondum penitus dedolavit, parcissime faciendum; neque in praelectione qualibet plusquam semel; neque tum complures congerendi loci similes, sed unus aut alter.

7. Ex usu denique fuerit in enarrando poeta, non singula quidem verba, sed totas phrases poeticas, si paulo sint obscuriores, oratoriis aliis explicare; neque enim tunc verendum est, ne quod affertur a magistro, obscurius sit; et optandum, ut poetae oratorisque stylum internoscere pueri consuescant; perraro tamen id in prima classe locum habet.

8. Atque haec aliaque id genus sunt, quae lati-[4]ne explicanda videntur; etiam in prima classe, cuius singulae praelectiones duabus egent explicationibus: una quidem latina, modo dum aliquid latine dicitur, subiiciatur etiam subinde maioris perspicuitatis gratia unum aut alterum vernaculae linguae vocabulum; quod tamen a pueris neque scribendum est, neque repetendum. Altera patrio sermone, et quidem semel tantum; modo id neque fiat tam particulatim, ac minutim, quam in inferioribus scholis; neque tam obiter ac ieiune, ut verborum locutionumque germana vis nequeat enucleari. Denique posterior haec explicatio, eo pressior ac brevior sit oportet, quo pueri aut magis in dies proficientes, aut longius iam progressi vertente anno minus etiam hoc subsidio videbuntur indigere.

Praeter haec communia praecepta, sunt et quaedam alia rhetoricae propria, quae sequenti paradigmate continetur. [5]

[8]

De Explicatione Orationis in Classe Rhetoricae[1]

De explicatione Tullianae alicuius orationis illud universe praecipiendum videtur: Sedulo faciendum esse erudito ac navo dicendi magistro, ut auditores probe intelligant et quid dicatur ab oratore, et quomodo dicatur; idque accommodate ad imitandum, qui Tullianae lectionis fructus est vel maximus. Nam neque artificium percipias, nisi teneas, quid dicitur, nec multum

[1] Cf. reg. 3 professoris rhetoricae (Rat. st. 1591); supra, p. 308.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ex orationis intelligentia capias utilitatis, nisi oratoris eloquentiam et notare observando possis, et exprimere imitando; in quo egregii eloquentiae doctoris vel maxime elucet industria. Haec universe, nunc ad singula veniamus.

Primum, si orationem aliquam explicare aggrediaris, eius argumentum breviter ac dilucide exponendum erit. Inde genus causae simul, et genus dicendi (ut scilicet appareat τὸ πρέπον ac decorum, de quo Cicero in Oratore)[2] notari placet. Post totius orationis artificium paucis adumbrandum; quod fieri non potest, nisi status orationis et causae firmamentum, quo confert orator eloquentiam, ostendatur; et [6] simul indicetur, si quis interponatur locus communis, ut quid pro causa dicatur, quid assumatur extra causam, satis appareat. Haec autem quae προλεγόμενα dici solent, operae pretium non est in plures ducere dies; sed prima statim schola expedire. Quocirca chronologicae, ut ita dicam, disputationes, ambitiosaque orationis argumenta per varios consules, aut historicos ducta ad pompam, vitanda erunt. Itemque partitio totius orationis, minuta praesertim et curiosa, caeteraque eiusmodi, quae longe minus utilitatis habent, quam laboris. Et sane gloriosi magistri, dum istiusmodi ostentatione captant doctrinae nomen apud imperitos, prudentium ac doctorum virorum reprehensionem facile incurrunt; ac saepe audiunt tritum illud, quod iactari solet in ineptos: Sed nunc non erat his locus; et fortasse cupressum scis simulare.

Proinde satius est, ubi ea, quae diximus, modice ostenderis, ad explanationem venire orationis. Qua in re illa ratio videtur optima, in qua elegans quaedam, nec ieiuna cernatur parsimonia rerum atque verborum. Eleganti enim dicendi magistro delectus habendus est rerum, nec magis videndum, quid afferat, quam quid omittat. Itaque ubi oratio per se perspicua erit et aperta, eius explanatio tanquam supervacanea praetermittatur, ne meridianae luci lumen afferre velle videamur. Ubi obscura vi-[7]deri potest oratio, breviter eius sententia dilucidis aperienda verbis; obest enim intelligentiae coacervatorum multitudo verborum, qualis in paraphrasi cernitur. Verba deinde ipsa, unde obscuritas oritur, illustranda; et si quid ex latinae linguae proprietate, si quid in fabula aut historia, si quid ex romana antiquitate, aut ex philosophia, aliisve reconditis artibus attingitur, id tum erudite, tum prudenter enucleandum. In quo tamen nimia quaedam et omnia undique carpens diligentia fugienda est, ut iustus fiat in orationis explicatione processus.

Quocirca (ut suo loco admonuimus)[3] digressionibus abstinendum est, disputationibusque de antiquitate romana, aliisve rebus, quae ad eruditionem pertinent, et narrationibus longioribus sive historiarum, sive fabularum. Quippe in istiusmodi rebus ille modus est tenendus, ut tantum de quoque dicatur, quantum sit opus ad loci, qui est in manibus, explanationem. De caetero auditores ad illarum rerum reiiciantur auctores, digitum ad fontes, ut dicitur, intendendo, unde ipsi uberius hauriant, si velint. Ita fiet, ut magister illa tanquam aliena praetermittere, non tanquam recondita ignorare videatur. E re autem est, brevi aliquo exemplo, fabula, apologo, proverbio, apophthegmate, sententia ad id, quod ab oratore dicitur, accommodata auditorum vel augere eruditionem, vel informare [8] mores. Caeterum haec non coacervanda sunt, sed lectissima quaeque suis inserenda locis, ne consectari videaris aliena.

Sententiae igitur cuiusque comprehensionis seu periodi expositae, artificium, reconditum praesertim, quam diligentissime demonstrandum erit. Et quoniam vis dicendi non solum in eloquendo, sed in inveniendo etiam et collocando spectatur, per tres hasce eloquentiae partes dicendi magistrorum ibit industria; sed ita, ut nihil ferme, nisi egregium et imitatione dignum notetur. Proinde operae pretium est (quod ad inventionem), quibus ex locis orator praecipua argumenta ad probandum, unde amplificationes ad ornandum aut permovendum prompserit, indicare; et simul docere discipulos, quemadmodum ipsis in simili causa indidem argumenta aut amplificationes petere liceat. Nec ab re est, ut argumentorum vis existat, quae dicendo dilatavit

---

[2] M. T. Cicero, Ad M. Brutum: Orator 21 70.

[3] Vide supra, p. 197 303 § 5.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

orator, in pauca conferre, ut discant ad exemplum Ciceronis, oratorie similia argumenta tractare. Atque etiam observandum videtur, quam callide orator tacitis auditorum cogitationibus, expectationique responderit. In quo magnopere ingenii acumen elucet, non minore cum utilitate causae, quam voluptate approbationeque auditorum.

Iam (ut ad collocationem veniamus), ostendendum erit, quantum existat in his, quae invenerit, non solum ordine, sed [9] etiam momento quodam dispensandis iudicium; nunc principio, nunc insinuatione ad dicendum, aditu patefacto; narratione alias alio loco, alias aliter intexta; modo infirmando adversaria confirmatis suis; modo sua stabiliendo, infirmatis dilutisque contrariis, oratione tum enumerando, tum amplificando, tum in iisdem, in quibus primum stetit, vestigiis insistendo, conclusa, quemadmodum in exemplorum multitudine temporum fere ordo servetur.

In rerum coacervatione plerunque ascendatur a minoribus ad maiora. In dispositione argumentorum potissima partim prima, partim postrema ponantur, quo magis animos auditorum impellant; leviora in mediam coniiciantur turbam. Et gravia quidem sigillatim exposita explicentur, levia autem cuiusque generis coacerventur, ut quae viribus non valent, valeant numero; denique ut orator, tanquam bonus imperator, suas quasi copias semper accommodate instruat ad victoriam. In ipsis etiam quasi membris et artubus orationis connectendis atque colligandis, quantum operae studiique ponatur, quam mollis ad digrediendum exitus; quam opportunus ad rem reditus; quam commodus ad aliam orationis partem gradus; quam aptum ad vehementius exaggerandum tempus locusve quaeratur.

Nam quid ego de elocutione dicam, ex qua eloquentia nomen invenit, in qua ita multa occurrunt [10] illustria, ut notationem omnem ad se rapiat atque absorbeat? Qui verborum sententiiarumque delectus habeatur, ut in verbis vel vis vel elegantia, in sententiis tum gravitas spectetur, tum venustas, quam apte oratio translatis ac tropis quasi stellis illuminetur; quam scienter verborum ac sententiarum luminibus distinguatur; quam prudenter in his caeterisque rebus satietas varietate vitetur; quemadmodum et si nullius fere locus dicatur sine aliqua conformatione sententiae, tamen fallatur observatio auditoris, ut videlicet quid dicatur potius, quam quomodo dicatur attendat. Quam diligens, quam concinna, quam varia verborum coagmentatio atque structura, quemadmodum oratio sine ulla fere salebra fluat atque labatur, tum levi ac placido cursu, tum rapido et concitato; nunc numeroso ambitu circunscripta, nunc membris incisisque distincta. Quemadmodum tribus illis dicendi generibus temperetur oratio, ut quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio; contentio autem ipsa gravitasque dicendi identidem remittatur, ut insignia, quae sunt, umbram aliquam habeant, ac recessum, quo ea quae sunt illuminata, extent magis atque emineant. Denique quam scite habita sit ratio loci, temporis et personarum; in quo spectatur decorum.

Ad extremum dicendi magister id propositum [11] habere debet, ut quemadmodum statuarii in Doryphoro Polycleti, quem κανόνα vocaverunt, ita ipse in quavis Tullii oratione artem artis opere observet expressam; atque ita observet referatque ad imitandum, ut eloquentiae cupidi adolescentes vivam dicendi artem inde percipiant; idemque sibi usu venire sentiant in illa Ciceronis oratione, quod Cicero ipse in oratione Crassi sibi evenisse memoriae prodidit. Nam ut Polycleti Doryphorum Lysippus aiebat, sic ipse sibi suasionem legis Serviliae magistram dixit fuisse.

Nec vero haec, quae dixi, curiosius omnibus observanda sunt locis, sed ubi existunt maxime, et aliquid continent imitatione dignum. Nam, ut in acuto ac diligenti dicendi magistro, si latens altque abditum vulgo artificium rimetur atque eruat, industriam laudo; ita si observandi studio provectus ea notet, de quibus nunquam cogitavit orator, requiro iudicium. Restat, ut haec ipsa, quae posuimus praecepta, illustrentur exemplis. Sed quoniam omnium, quae diximus exempla, ne in infinitum res procedat, poni nequeunt, sumemus initium orationis pro Sextio, et quaecumque in eam partem cadent, demonstrare conabimur, duasque praelectiones conficie-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

mus; alteram, quae explicare aggrediatur orationem, alteram quae institutam explicationem persequatur; ita et quae explicandi ratio, et qui in explicando progres-[12]sus probandus sit, facilius apparebit.

[9]

PARADIGMA EX INITIO SEXTIANAE*

[* En Tullianus textus ad explicandum selectus: M. T. Ciceronis oratio pro P. Sestio (1-2)

«Si quis antea, iudices, mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus rei publicae, tantaque dignitate imperii nequaquam satis multi cives forti et magno animo invenirentur, qui auderent se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis et pro communi libertate, is ex hoc tempore miretur potius, si quem bonum et fortem civem viderit, quam si quem aut timidum, aut sibi potius, quam rei publicae consulentem.

Nam, ut omittatis de unius cuiusque casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis eos, qui cum senatu, cum bonis omnibus rem publicam afflictam excitarint et latrocinio domestico liberarint, maestos, sordidatos, reos de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantes; eos autem, qui omnia divina et humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint, non solum alacres laetosque volitare, sed etiam fortissimis atque optimis civibus periculum moliri, de se nihil timere. In quo cum multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendum, quam quod iam non per latrones suos, non per homines egestate et scelere perditos, sed per vos nobis, per optimos viros optimis civibus periculum inferre conantur, et quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem, iudices, qua voce mihi in agendis gratiis commemorandoque eorum, qui de me optime meriti sunt, beneficio esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis, quorum opera et mihi et vobis et populo romano restituta est.»]

[Praelectio prima]

Argumentum ex Plutarcho in Cicerone, et Dione Cassio lib. 39; atque ipso Cicerone 2 lib. ad Q. F. ep. 3 depromptum.

P. Sextius, tribunus plebis, vir fortissimus et Ciceronis amicissimus fuit. Is exulem illum et omnibus rebus iuvit, et cum capitis sui periculo restituendum curavit. Itaque cum, P. Lentulo consule auctore, rogatio de eius restitutione ferenda esset ad populum, P. Clodius, civis turbulentus et expulsor M. Tullii, cum armatis gladiatoribus irrumpit in forum, maximaque caede facta, et cum aliis tribunis plebis, tum in primis Sestio graviter vulnerato, impedit rogationem. Ergo P. Sextius, ut in posterum tuto in foro versaretur, coactis armatis vim vi repellendam putavit, et adiutore Milone, qui item gladiatores armaverat, Clodii furorem facile coercuit, sic ut et ferretur rogatio, et M. Tullius restitueretur invito Clodio. Ob eam rem Gn. Cornelio Lentulo Marcellino et L. Marcio Philippo coss. biennio post caedem a Clodio factam, Sextius ultro a Clodianis de vi postulatur apud M. Aemilium [13] Scaurum praetorem. Sed in primis Hortensio et M. Tullio patronis, omnibus sententiis absolvitur.

Causa et genus dicendi

Causa sane gravis est; quippe in qua caput agitur fortissimi viri et amicissimi, defenditur-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que a vi et importunitate communium inimicorum; idque apud praetorem populi romani, in consessu iudicum, qui erant (ut deinde ostendemus) partim equites romani, partim senatores, in magna praeterea frequentia populi romani. Huc accedit, quod res adeo erat coniuncta cum oratore, ut suam prope causam agere videatur. Quocirca, ut servetur decorum, oratio quoque gravis est, et tum genere verborum illustris, tum amplificationibus exaggerata, qualem videlicet causa desiderabat. Versatur igitur oratio in genere gravi et magnifico, quamquam interdum pro varietate rerum, quae tractantur, caeteris dicendi generibus temperatur.

Artificium et summa orationis

Status est definitionis. Accusatus est enim Sextius de vi, quod armatos habuerit; defenditur, quod non fecerit vim, sed pro-[14]pulsaverit. Firmamentum causae ex necessitate sumitur, quod necesse sit ad vim confugere, cum ius omne sublatum est armis, liceatque vim vi repellere; praesertim cum ea vis, quae arguitur, non contra rem publicam, sed pro re publica fuerit, ad eius scilicet ius obtinendun, ut libere posset populus romanus de exsule, quod vellet, decernere.

Interponitur locus communis de optimatibus, non modo, ut ornamento sit orationi, sed etiam, ut adiumento causae. Valet enim cum ad oratoris commendationem, tum vero ad Sextii et Milonis, qui ex optimatum numero erant, salutem iudicibus commendandam. Atque haec fere ad fidem faciendam. Ad motum autem et in exordio et in peroratione et in cursu orationis Sextii studium defendendae rei publicae vel cum vitae discrimine assumitur. Porro benevolentiam et misericordiam reo conciliat, qui pro re publica vulnera acceperit; odium vero et invidiam concitat in adversarios, qui cum multa indigne in re publica tum etiam caedem in foro fecerint.

Artificium exordii

Si quis antea, iudices, mirabatur, quid esset etc. — Summa est: Quando tam iniqua sunt conditione propugnatores rei publicae, ut hoc ipso nomine ab improbis non solum oppugnentur armis, sed ultro etiam accusentur, nolite mirari, [15] si nemo in posterum existat defensor rei publicae.

Proprium est exordium et ex visceribus causae erutum, qualia principia in causis iudicialibus requirit Antonius, lib. 2 De orat., de quibus Antonius, vel potius Cicero sub Antonii persona, sic praecipit: Sumentur ex iis rebus, quae erunt uberrimae vel in argumentis, vel in iis partibus, ad quas causae digredi saepe solent; hoc est, ex iis, quae in causa plurimum valent, vel ad fidem vel ad motum. Quae quidem praecepta ipse, qui dedit, Tullius in hoc principio rite servavit. Nam ex iniqua optimatum, qui pro statu civitatis pugnant, conditione ducitur, et ex insigni studio P. Sextii erga rem publicam, et furore adversariorum incredibili, quae res tum in argumentis huius causae, tum in motibus animorum erant uberrimae. Et quoniam et causa gravior erat, et accusatio plena indignitatis et cum causa oratoris coniuncta (quippe cum propugnator rei publicae a violentissimis hominibus de vi postulatus esset, quod laborasset pro restitutione in patriam ipsius oratoris, qui exulasset pro patria), defensionis principium amplificatione non vacat, quae et rei misericordiam habet, et odium adversarii et commendationem oratoris; vulgata quoque benevolentiae, attentionis, docilitatis praecepta non negliguntur.

Si quis antea — Attentionis locus ex causae magnitudine, et coniunctione cum rei publicae tracta-[16]tus, comparatione praeteriti temporis cum futuro, et amplificatione ex antecedentibus et consequentibus conglobatis. Docet enim posthac longe pauciores rei publicae defensores futuros, quando tales illius propugnatores tam iniqua sunt conditione.

Indidem eodemque artificio liceret ducere initium, si invehereris in bacchanalium licentiam publica auctoritate confirmatam. Si cui mirandum ante videbatur, quod pro sanctitate christianae religionis, pro frugalitate modestiaque maiorum nostrorum, nequaquam satis multi cives existerent, qui ab ethnica huius temporis intemperantia licentiaque abhorrerent; is ex hoc tempore mirandum citius existimet, si quem frugalem ac modestum civem viderit, quam si quem intemperantem et ventri potius ac furori, quam religioni rationique obtemperantem; et caetera

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eodem modo. Videmus enim bonos ac modestos non dictis solum, sed etiam maledictis vexatos, confixos, exagitatos, nusquam omnino in tanta hominum licentia posse consistere; contra vero intemperantes ac furiosos optimo cuique insultantes, per urbem non modo impune, sed etiam cum laude volitare. In quo cum multa indigne ferenda, tum illud nullo modo ferendum est, quod iam non per se ipsos, non per sodales ac socios furoris sui, sed per optimos praesides bonis civibus pestem afferre moliuntur, et quos sua improbitate non potue-[17]runt, vestra auctoritate opprimere se posse confidunt.

Quanquam satius esset fortassis hanc exordii imitationem post exordii explicationem proponere, quo percipiatur melius a discipulis.

Si quis — dixit: quod paucorum sit eiusmodi rerum causas exquirere. *Mirabitur* — quippe ex ignoratione causae admiratio nascitur, ut docet hospes apud Platonem in Politico: τὸ γάρ - inquit - ἄτοπον ἐξ ἀγνοίας πᾶσι συμβαίνει, a quo mutuatus videtur eius auditor Aristoteles (lib. I Metaphys.) et Plut. (lib. 5 Sympos.)

Iudices — Sylla dictator (ut docet Carolus Sigonius[1] lib. 2 de Iudic. c. 4) quaestiones perpetuas, in quibus una erat de vi, constituerat, et suum cuique praetorem assignarat, qui cum consilio iudicum causas cognoscerent et iudicarent. Cum igitur de vi postulatus esset P. Sextius, causam dicebat apud praetorem de vi, qui dicebatur; et apud iudices, qui ei aderant in consilio. Erant autem partim equites romani, partim senatores post legem Aureliam, quae lex iudicia, ad senatum translata lege Cornelia, cum equitibus romanis communicavit, ut tradit Asconius ad primam Verrinam. Quocirca cum in consilio iudicum plurimi essent senatores, hos potius quam praetorem appellavit. Appellatio autem auditorum, eorum praecipue qui eminent, in principio orationis, praetermitti non debet.

Quid esset quod — Barbari: quid esset in cau-[18]sa, ut Cicero eleganter: Miror, quid sit quod, et miror quid causae sit quod, et miror cur, dicere solet.

Pro tantis opibus rei publicae tantaque — Augetur admirationis causa ex adiunctis. Minus enim mirandum fuisset, paucos rei publicae propugnatores existere, si aut tenuis esset res publica aut obscura; nunc autem cum et opulentissima et clarissima sit orbis terrae, longe magis mirandum videri potest. Notanda autem dicendi forma plena elegantiae.

Pro — Saepe, ut etiam hoc loco, tacitam comparationis vim continet. Pro Cluen.: quibus de rebus pro Cluentii voluntate nimium, pro rei publicae dignitate parum, pro vestra sapientia satis dixisse videor; et tertia Phil.: sunt impii cives pro caritate rei publicae nimium multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci. Vulgo dicere solent «respectu» parum latine; nostrates itali «atteso».

Tantis opibus rei publicae — Opes passim apud Ciceronem pro potentia usurpantur. Itaque «De Amicitia» opes a divitiis ita distinxit: Divitiae opportunae sunt, ut utare, opes, ut colare — Quantae autem tum opes essent rei publicae romanae ex eo intelligi potest, quod per id tempus populus romanus subacta per Pompeium Asia, totum pene orbem terrarum sub suum imperium ditionemque subiunxerat (Plutarch. in Pompeio; Dio Cassius, lib. 36; Flor. lib. 3).

Tanta dignitate imperii — Mithridate enim [19] debellato, in summa ubique gloria erat nomen populi romani. Nec temere hoc additum; homines quippe ad patriam defendendam partim utilitas et spes praemiorum allicit, partim honestas et gloriae cupiditas impellit. Quocirca orator significat in re publica et opes fuisse maximas ad praemia speranda, et dignitatem amplissimam ad gloriam consequendam. Nimirum, ut ait Q. Curtius lib. 9: Ubi paria sunt periculum et praemium, et secundis rebus amplior fructus est, et in adversis solatium maius. Idem ferme affirmat Ulysses apud Euripidem In Hecuba:

---

[1] C. Sigonius (v. supra, p. 125) scripsit: *De antiquo iure civium romanorum* (1560); cf. *Encicl. Ital.* v. 31 (1936) p. 761.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

Nequaquam satis multi — Moderatius quam ***pauci***, significantius quam ***non satis multi***; ***nequaquam*** enim et grandius et significantius est, quam «non». Sed mirandum non est, paucos esse, qui audeant pro re publica mortem oppetere. Talis enim fortitudo paucorum est. Quippe germana fortitudo (ut docet Aristoteles lib. 3 Eth. c. 5) in morte contemnenda versatur; mors autem maxime omnium terribile est; mortem vero vir fortis honestam expetit, qualis oppetitur in bello, et scilicet pro patria. Quocirca viris fortibus (ut idem eodem loco tradit) honores habentur et a civitatibus et a regibus. [20] Constat Athenis eos, qui pro patria cecidissent, non solum publico monumento exornatos, sed publice etiam laudari solitos; Spartae autem nemini ius fuisse monumenti relinquendi, nisi qui mortem occubuisset pro patria (Plutarch. De institut. Lacaed.). Romae quoque statuas iisdem poni solitas romanae loquuntur historiae. Recte igitur Horatius (3 Od. 2): Dulce ac decorum est pro patria mori. Quod idem ante Pindarus dixerat Idyl. 6, et Tyrtaeus poeta, ut observavit Lambinus[2], unde ea testimonia peti licet. Verum pro religione vitam profundere longe gloriosius. Itaque iure tanti martyribus honores habentur.

Forti et magno animo — Totus hic locus expolitione tractatur, quo sit illustrior. Hoc autem ipsum elegantius, quam si dixisset «fortes et magnanimi»; magnanimum enim Cicero vix usurpat.

Auderent — Pro «non dubitarent», hoc loco, ut saepe alias in bonam partem accipitur. «Auderent» maluit, quam «non dubitarent», quod aptius ad numerum videretur, ne longius oratio excurreret.

Se ad salutem suam — Hoc quoque ad expolitionem pertinet, cum satis esset «se in discrimen offerre» paulo post «se in discrimen obiicere». Itali: mettersi a rischio di perder la vita.

Pro statu civitatis — Ut civitas et res publica staret; status quippe dictus a standō est. Recte [21] Liv. lib. 26: «Res publica incolumis et privatas res facile praestat; publica perdendo, tua nequicquam servabis». Gregorius quoque Nazianzenus, in laudatione Basilii, ait magni interesse, quomodo res publica se habet, quod similiter singulos se habere necesse sit.

Pro communi libertate — Ut res publica libertatem ac ius suum omnibus in rebus obtineret. Eo quippe tempore populus romanus, exactis olim regibus, libertate fruebatur. Sed nuper non pauci extiterant, qui libertatem populi romani partim opprimere, partim imminuere conati erant, ut Tib. Gracchus, quem Scipio Nasica de medio sustulit, et C. Gracchus, quem L. Opimius consul oppressit; L. denique Saturninus, quem C. Rabirius exstinxit; de quibus App. lib. 1° belli civilis, Flor. 3. Hos autem optimates imprimis designat Cicero, qui turbulentorum illorum civium furori obviam ierunt.

Pro communi libertate — Numerosius fuisset pro libertate communi; sed maluit gravitati orationis (quae orta est ex verbo liberae civitati gratissimo in clausula posito), quam numero servire. Posset hoc ad martyrem aliquem accommodari, qui se caputque suum pro statu christianae rei publicae, pro avita religione in discrimen offerre non dubitavit.

Ex hoc tempore — Altera pars comprehensionis seu periodi ita pendens a superiore, ut in orbem inclusa currat oratio. Principia [22] enim, ut est in Oratore, fere circumscripte, hoc est rotundis circuitionibus periodisve tractantur; etsi autem altera rotundae periodi pars, quae ἀπόδοσις dicitur a graecis, longior esse solet, quam prima, quae πρόθεσις appellatur, ut videlicet maiore cum dignitate consistat oratio; haec tamen ἀπόδοσις est brevior aliquanto; fortasse quod orator in causa, quae non ad voluptatem refertur, sed ad veritatem, de re magis, quam de numero laboraret.

Ex hoc tempore — Grandius quam posthac vel in posterum.

Si quem bonum ac fortem civem — Bonum, bene sentientem de re publica. Fortem, qui pericula pro re publica subire non dubitet; haec enim duo constituunt optimatem, ut deinde intelligetur.

---

[2] Dionysius Lambin (1516-1572), gallus (cf. supra, p. 99), de eius operibus v. *Ouvrages pédag.* 380-81.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Aut timidum, aut sibi potius — ἀντίθετα: timidum forti opponit, sibi potius, quam rei publicae consulentem bono. In quo suo iure ordinem invertit, ne studiose captare antitheta videatur, quod a veris causis alienissimum esse docet Demetrius Phalereus περὶ τῆς ἑρμηνείας.

Rei publicae consulentem — Insignis numerus, creticus cum dichoreo, non minus libenter usurpatus a Cicerone in orationibus, quam magnifice in libro, qui Orator inscribitur, commendatus. Dichoreo autem Cicero (quamquam minus insigniter) in hoc ipso principio usus est saepius in clausulis: de liberis dimicantes — nihil timere — oppressuros arbitrantur — popu-[23]lo romano restituta est. Hic vero insignis numerus, quem hoc loco observavimus, nimirum ortus est ex apta collocatione verborum; naturalis quippe ordo insuavem clausulam dedisset, illam scilicet: consulentem potius sibi, quam rei publicae.

Sed hodie satis multa; caetera secundum hunc diem.

Praelectio secunda

Nam ut omittatis — Apud Ciceronem haec fere est forma principiorum, ut initio quasi fundamentum ponat totius exordii; inde aliqua ratione illustret aut probet, post rem scite concludat (nisi amplificationem interponat, quod in hac oratione fecit) et qua de re sit dicturus ostendat. Itaque tribus ferme partibus principium constat: propositione, eius confirmatione et conclusione, cum qua totius orationis propositio copulatur. Explicata est adhuc propositio huius exordii. Nunc caeterae sequuntur partes.

Nam ut omittatis — Confirmatio propositionis amplificationem continens ex contrariarum rerum conflictione, quo rei indignitas ex comparatione magis appareat. *Ut omittatis*: reticentia praeteritorum brevitati principiorum accommodata, ut veniat ad praesentia. Sapienter autem in exordio, quod continere debet causae adumbrationem, universe potius am-[24]plectitur, quam sixgillatim enumerat eos, de quibus praedicaturus est in digressione de optimatibus.

Omittatis cogitando recordari — Lib. 1 Tusc. Q. dixit reminiscendo recognoscere. Omitto cum infinitivo modo iunctum non rarum est, sed usitatum: Pro Caelio «quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id omisisset curare in hospite»; et in Bruto «itaque omittamus lugere». Neque usitate solum hoc dictum est, sed etiam eleganter. Nam praetermittatis recordari, minus elegans fuisset; relinquatis recordari, etiam barbarum. Hanc reticentiam sic imitari licet: Nam ut omittatis vetera vel longinqua cogitando recordari, potestis intueri etc.

Uno aspectu intueri eos — Sextium, Milonem et P. Lentuli filium, qui in iudicio aderant partim rei, partim sordidati, ut ex peroratione intelligitur. Valet autem hic locus ad misericordiam; demonstrat enim digito viros bonos ac bene de republica meritos, reos ac sordidatos. Hoc accommodari posset ad crucem, apud quam possumus uno aspectu intueri eos, qui Deo erant longe carissimi, B. Virginem, Ioannem evangelistam.

Cum senatu, cum bonis omnibus — Senatu enim et bonis omnibus consentientibus, Clodianorum furor ab illis compressus fuerat. Hoc autem loco conciliat benevolentiam reo ex eius persona, meritis scilicet illius erga rem [25] publicam exponendis.

Afflictam excitarint — Hoc est, perculsam atque prostratam erexerint. Afflictum erigere dixit in Manil.; afflictos recreare lib. I ad Atticum; perculsa et prostrata excitare pro Marcello; saepius tamen afflictos excitare, quod translatum est ab iis, qui perculsi atque prostrati iacent, qui proprie afflicti dicuntur. Quod indicavit Plautus in Persa: «Affligam te ad terram, scelus». Afflicti autem excitantur, cum recreantur} confirmantur, eriguntur; quod significavit hic noster lib. ad Atticum 1: Ego recreavi afflictos, animos bonorum unumquemque confirmans, excitans.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Latrocinio domestico — Clodianorum furore, qui latronum more caedes in urbe factitabant. Nisi malis hoc ad Catilinae coniurationem pertinere, in qua opprimenda Milo et alii egregiam Ciceroni operam navarunt, ut ipse praedicat tum in hac oratione, tum etiam in aliis. Domesticum dixit pro urbano, augendi gratia, quia agresti opponitur. In agris enim locisque desertis latrocinia vigere solent, non in urbibus et in foro. Latrocinium itali dicunt «assassinamento».

Maestos — Plus est, quam si tristes dixisset. Maeror quippe (ut ab hoc nostro traditur 4 Tusc.) est aegritudo flebilis.

Sordidatos, reos — Maesti ac sordidati erant omnes, quos paulo ante nominavi; P. Sextius [26] et Milo etiam rei, quod ex peroratione intelligi potest. Sordidati dicebantur, qui erant obsoleto vestitu, capillo inculto atque horrido, corpore obsito sordibus, movendae misericordiae gratia. Id adeo intelligitur ex secundo libro accusationis, quae vulgo appellatur 4 actio in Verrem, ubi Heraclium, Sthenium et alios Siculos eversos bonis a Verre Romam venire ait sordidatos. Vocabantur autem sordidati, quod balneis abstinerent, cultum ac nitorem corporis aspernarentur; quare etiam in squalore ac sordibus esse dicebantur, ut in huius ipsius orationis peroratione. Erant autem haec apud romanos maeroris indicia et valebant ad misericordiam. Itaque rei et reorum proximi ad iudicium veniebant sordidati, ut suum aut alienum periculum squalore ac sordibus deprecarentur. Differebant autem sordidati a sordidis, quod sordidi dicebantur, qui per incuriam sordibus erant inquinati; sordidati autem, qui de industria ad misericordiam movendam deprecandumque periculum in iis, quas paulo ante dixi, sordibus versabantur. Quocirca Cicero in Pison.: Nec minus, inquit, laetabor, si te semper sordidum, quam si paulisper sordidatum videro.

De capite — Iudicium enim de vi erat capitale. Quamquam Romae capitale crimen habebatur, non quod morte, sed quod exilio multaretur; nam de cive romano extremum supplicium [27] sumi nefas erat (perduellione excepto) lege Sempronia; quod docet hic noster in oratione pro Rabirio perduellionis reo, et Paulus Manutius libro de legibus[3]. Exilium vero, capitis poenam dicit augendi gratia, quod damnatos patria bonisque omnibus ac prope vita ipsa spoliaret. Quocirca Paulus iurisc. capitalia iudicia vocat, in quibus poena mors aut exilium est. Et quoniam hi, quos diximus, in discrimen erant adducti amittendi, si damnati essent, ius civitatis, quia eiecti essent in exilium; famam, quia habiti essent infames; fortunas et liberos, quia haec relicturi essent in patria, idcirco ait: «de capite, de fama, de fortunis, de liberis dimicantes». Est autem brevis conquestio principiis accommodata, misericordiam captans ex metu amittendi ea, quae cara in primis habentur; de qua Cicero primo de Inventione, in Partitione oratoria et secundo de Oratore.

Dimicantes — De aliqua re dimicare est contendere cum periculo eius rei amittendae. Ita saepe Cicero: dimicare de imperio. Apparet autem translatum a re militari: dimicare enim proprie pugnare est et acie contendere. Nec vero propterea bonorum conditio deterior putanda est, quam malorum, quod boni exagitantur ab improbis. Sapienter enim ostendit Plato in Gorgia, longe melius esse ferre iniuriam, quam inferre. Quocirca Lacedaemonii, cum deos precabantur, hoc votis addebant, ut pos-[28]sent iniuriam pati (Plutarch. Apopht.). Praeclare etiam Mucius Scaevola apud Livium, lib. 1: «Agere et pati fortia romanum est.» Nisi quod verius dicas: christianum est.

Eos autem — Clodianos scilicet intelligit, P. Sextii accusatores. Hic autem locus benevolentiam conciliat reo, contrariis rebus in adversarios conferendis. Facile est autem videre, quem ad modum haec superioribus opponantur. Est enim contrapositum, in quo contrariis contraria respondent, sed graviter magis, quam concinne, quod id motus animorum postularet.

Qui omnia divina et humana violarint — Hyperbole, augendi gratia divina dicit, quia, ut deinde ostendetur, Clodiani templum Castoris caede polluerant; humana, quia leges populi romani et sanctitatem tribunorum violarant. Eadem amplificatione usus est M. Tullius primo Off. de Caesare dictatore loquens : «Qui omnia divina et humana pervertit», et 11 Philipp. de Anto-

[3] P. Manutius (1512-1574), *De legibus* (1557); cf. *Encic. Ital.* v. 22 p. 185

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nio: «Omnia, inquit, deorum hominumque iura novo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit». Decrescere videri potest oratio, cum a divinis veniatur ad humana. Sed hunc ordinem in omnibus hisce locis servavit, opinor, quod hominum animos vulgo magis humana tangunt, quam divina. Totus autem hic locus in haereticos magis etiam quadrat, quam in Clodianos. [29]

Violarint, vexarint, perturbarint, everterint — Synonymia et amplificatio brevis ex idem paene significantibus, quae ita collocata sunt, ut plane crescat oratio, quod Quintil. praecipit. Nam violare est vim afferre; vexare, acerbe et contumeliose tractare; perturbare est permiscere; evertere demum, de suo statu deturbare; quae illis opponuntur: rem publicam afflictam excitarint, etc. Recte autem usus est synonima, cuius usus, Aquila auctore, est quoties uno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare, ideoque in eiusdem rei significationem plura conferuntur. Hoc idcirco admonui, ut reprimerem non nullorum licentiam hac figura temere utentium.

Alacres laetosque volitare — Cicero saepe alacrem ac laetum coniungit. Ita Demosthenes de corona dixit: φαιδρὸς καὶ γεγηθώς. Haec autem sunt illis contraria: sordidatos, reos etc.

Volitare — Apparet translatum ab avibus, quae securae ac sine ullo metu quacunque libet impune volitant. Itali «svolazzare». Saepe per translationem significat securitatem cum arrogantia impudentiaque coniunctam; 2 Catil.: «Ut Catilinam ducere exercitum atque in armis volitare audiatis»; et in hac ipsa oratione: «Cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palam armata volitaret». Observanda est autem in loquendo varietas: cum dixisset «potestis intueri etc. ... dimicantes», noluit caetera [30] quoque per participia eodem modo efferre: volitantes, molientes, nihil timentes; praesertim cum proxime antecederet: rei publicae consulentem. Nimirum satietatem, quam similitudo peperisset, voluit varietate vitare.

Voluntarios — «Ultro» alibi dicit, hoc est: nulla de causa. Eodem paene modo in epistula ad Brutum: Multi ad te eunt voluntarii. Quamquam Lambinus[4] et alii hoc verbum «voluntarios» ex hoc loco eximunt, quod absit a libris manuscriptis.

Periculum moliri — Alibi «periculum conflare», mox «periculum inferre». Moliri a mole dicitur; est autem cum difficultate aliquid movere, quod in molibus accidit.

De se nihil timere — Hunc in locum quadrat tritum illud: Dat veniam corvis ... nostis caetera[5]. Sed praeclare Plato in Gorgia docet: iniuriam impune inferre esse malorum maximum; poenam quippe esse morborum animi, hoc est vitiorum ac scelerum medicinam. Quocirca improbos impune peccantes aegris esse similes, qui medicina carentes ad certum ruant interitum.

In quo cum multa — Ex comparatione minorum auget rei indignitatem, ut saepe. Non negligendus usitatissimus hic augendi et loquendi modus, pro quo plerique insulse usurpant: inter alia multa quae etc.

Quod iam non per latrones suos — Clodianas operas seu gladiatores describit. [31] Latrones autem a furibus hoc differunt, quod fures sunt, qui clam aliena furantur; latrones, qui vias obsidentes, per vim spoliant viatores; etsi latrones dicuntur etiam ii, qui per vim auferunt aliena. Italis latrones dicuntur «assassini».

Non per homines egestate et scelere perditos — Hoc ad eosdem pertinet. Est autem brevis, sed gravis amplificatio; plus est enim egestas, quam paupertas; egestas quippe caret etiam rebus necessariis, necessitas autem egentes homines ad omne scelus impellit, ut docet Plato lib. 4 De Republica, et eius discipulus Aristoteles lib. 2 De Republica. Hinc Orestes apud Euripidem in Electra: Ἀλλ' ἔχει νόσον πενία διδάσκει γ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν. Et Horat. (3 Od. 24): Magnum pauperies opprobrium iubet.

Quocirca M. Tullius sceleratis hominibus describendis fere adiungit egestatem. Gravissimum igitur verbum quaesivit, sed eo contentus non fuit; neque enim egentes illos, sed egestate

---

[4] Vide supra, adn. 2.

[5] «Dat veniam corvis, vexat censura columbas.» JUVENALIS, *Sat.* 2 63.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

perditos appellavit, ut non modo rem, sed ne spem quidem ullam eis reliquam factam ostenderet. Scite autem ac venuste eosdem una opera, etiam scelere perditos dixit, ut significaret, adeo esse sceleratos, nulla ut omnino spes esset, eos unquam ad bonam frugem redituros. Hoc autem accomodari potest ad sicarios, quibus nonnulli utuntur ad caedem. Sunt enim homines egestate ac scelere perditi.

Sed per vos nobis — Suo more causam rei suam facit propter coniunctionem patroni cum reo. [32]

Per optimos viros optimis civibus — Interpretatio eius, quod modo dixit, aptam ac tempestivam iudicum laudationem continens. Est autem conquestionis locus a Cicerone in lib. 1° de Inventione indicatus, per quem tum indignatione conquerimur, quod ab iis, a quibus minime conveniat, male tractemur. Qui locus frequens cernitur in orationibus M. Tullii.

Quos lapidibus, quos ferro — Cum Clodiani in Sextium inermem cum armatorum manu impetum fecerunt, quod deinde exponetur in narratione. Est autem amplificatio ex antecedentibus frequentatis, cui vim addit repetitio eiusdem pronominis: quos etc. Hic locus usui esse posset, si in Iulianum Apostatam invehereris: Quos tormentis, quos ferro, quos flammis, quos vi, manu, copiis delere non potuit, hos delitiis, pollicitationibus, praemiis, honoribus a Christo divellere conabatur.

Quos vi, manu, copiis — Scite haec coniunxit, vel ne longior esset repetitio, vel quod eodem fere pertineant. Mira autem his verbis amplificatio continetur; loquitur enim de Clodianis tanquam de hostibus, qui exercitu comparato urbem occupare, cives delere conati sint. Itaque non contentus vi ac manu, addidit «copiis».

Delere — Significantius, quam occidere. Translatum quippe a tabulis, ubi scripta delebantur sic, ut ne vestigium quidem eorum remaneret. [33] Quocirca copiae et exercitus deleri dicuntur, cum caeduntur ad internecionem, ut fere supersit nemo.

Vestra auctoritate — Delecti enim erant iudices fide et auctoritate praestantes. Haec autem illis opponuntur, quos lapidibus, quos ferro et. Verum quaternis terna respondent.

Vestra religione — Religionem Cicero passim tribuit iudicibus, quia iurati iudicabant. Quocirca de iudice loquens lib. 3 de Officiis scribit: Cum iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum adhibere se testem.

Vestris sententiis — Quia iudices tabellis quibusdam sententias ferebant de reo, quod docet Asconius Paedianus ad 1 lib. Accusationis. Duplex autem attingitur locus captandae misericordiae; alter a periculo vitato, alter a maoris periculi metu.

Ego autem iudices — Hic quoque gravissimus est misericordiae movendae locus, ab hoc nostro in libro 1° de Inventione traditus; per quem aliquis praeter spem in miseriis demonstratur esse, et cum aliquid exspectaret, non modo id non adeptum esse, sed etiam in miserias incidisse.

Qua voce mihi in agendis gratiis — Totus hic locus benevolentiam conciliat oratori grati animi significatione.

Iis potissimum haec vox servit — Non nulli codices habent «serviat», ut sibi hoc imperet aut permittat orator, quando aliter facere non po-[34]test. Ucumque legamus, est, nisi fallor, epiphonema, gravem continens venustatem, cui consimile est illud in principio orationis pro Archia: «Quod si haec vox huius hortatu praeceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo caeteris opitulari et alios servare possimus; huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis et oportet, salutem ferre debemus». Utrobique autem «vocem» maluit dicere, quam «linguam»; quod etiam alibi facit, ut nos quoque idem nobis faciendum intelligamus. Difficile non est hoc epiphonema imitando accommodare ad ea, quae a Deo accepimus, sic: Ei potissimum vita reddatur, a quo nobis est tradita. Quod etiam de opibus et divitiis dici potest.

Et mihi et vobis — Mihi, cui restituto in patriam vox, id est facultas dicendi apud populum romanum veteri more reddita est; vobis et populo romano, quibus eadem opera facultas

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

reddita est, me dicentem audiendi. Iudicum enim consessus civium corona cinctus erat, ut ex Miloniana et aliis orationibus intelligi potest.

Sed finis sit. Nunc tradita recolamus.

[10]

De Historiae Explanatione in Classe Rhetoricae

Primum, illustre aliquod testimonium de illo scriptore aut historia promendum [35] erit; tum de inscriptione, si obscura videri potest, aliquid dicendum; post totius historiae perstringenda summa; denique historia ipsa ita percurrenda, ut eius artificium indicetur, hoc est, rerum gestarum causae, eventa, consilia et caetera, quae de historia a Cicerone, libro secundo de Oratore, a Luciano, in libro de Historia, et ab aliis praecipiuntur. Praecepta quoque narrationis, maxime vero ad brevitatem et ad suavitatem pertinentia, quae traduntur a M. Tullio in Partitione oratoria, ab Aristotele tertio libro de Arte dicendi, et alia historicae narrationis propria, ubi sese obtulerint, demonstrari oportebit. De genere etiam dicendi historice exponenda, quae a Cicerone lib. 2° de Oratore, et a Demetrio in libro de Elocutione traduntur; verba etiam ac formulae dicendi historicae, sumptae magna ex parte poetis, sedulo demonstranda. Omnino in hac classe ita historia enarranda, ut prudentiae inserviat; ita praecepta demonstranda, ut discipuli latinas historias non solum intelligere possint, sed etiam, quatenus illa aetas fert, ipsi utcunque condere.

Operae pretium autem est in hac classe, siqua historia explicetur, a pluribus consignata litteris, si quid ab aliis historicis addatur aut secus narretur, ostendere; dum id modice fiat atque adeo intra modum. Nam si istiusmodi rebus interpositis, identidem historiae cursus retardetur, ille ipse, qui ex rerum gestarum lectione percipi solet voluptatis fruc-[36]tus, amittitur. Quocirca, ut progrediaris in historia, et haec attingenda breviter, et in nominibus urbium ac fluminum caeterorumque locorum parum admodum immorandum, ut quomodo appellentur hodie sermone patrio, dicatur; quasi a praetereunte; ac verborum proprietas parcius enucleanda, ut scilicet quina ferme aut sena cotidie verba, quorum quidem vis abdita sit, breviter declarentur. Si plura occurrant, admonitis discipulis, in aliud reiiciantur tempus, ne simul omnia profundas, sed suo quaeque tempore ac loco dispenses. Atque ut libri cuiusque initio, quomodo is liber cum superiore copuletur, et eius argumentum paucis ostendendum; sic cuiusque praelectionis principio, historiae quasi tela detexenda est, ut intelligat auditor, quid adhuc narratum sit, quid sequatur, eiusque quasi summa tribus aut quattuor comprehendenda verbis.

Paradigma Historiae

*Ex Q. Curtii libro III**

[* En textus auctoris, in Paradigmate explicatus:

Q. Curtii Rufi Historiarum Alexandri Magni Macedonis liber III cap. 1

«Inter haec Alexander, ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso, Lyciae Pamphiliaeque rebus compositis, ad urbem Celaenas exercitum admovit. Media, illa tempestate, moenia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis graecorum carminibus inclitus. Fons eius ex summo montis cacumine excurrens in subiectam petram magno strepitu aquarum cadit; inde diffusus circumiectos rigat campos, liquidus et suas dumtaxat undas trahens. Itaque color eius placido mari similis locum poetarum mendacio fecit; quippe traditum est nymphas amore amnis retentas in illa rupe considere. Caeterum quam diu intra muros fluit, nomen suum

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

retinet; at, cum extra munimenta se evolvit, maiore vi ac mole agentem undas Lycum appellant.

Alexander quidem urbem destitutam ab suis intrat, arcem vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, ni dederent, ipsos ultima esse passuros. Illi caduceatorem in turrem et situ et opere multum editam perductum, quanta esset altitudo intueri iubent ac nuntiare Alexandro, non eadem ipsum et incolas aestimatione munimenta metiri; se scire inexpugnabiles esse, ad ultimum pro fide morituros. Caeterum, ut circumsideri arcem et omnia sibi in dies artiora esse viderunt, sexaginta dierum indutias pacti, ut, nisi intra eos auxilium Dareus ipsis misisset, dederent urbem, postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad praestitutam diem permisere se regi.

Superveniunt deinde legati Atheniensium petentes, ut capti apud Granicum redderentur sibi. Ille non hos modo, sed etiam caeteros graecos restitui suis iussurum respondit finito Persico bello.»]

De Q. Curtii historia de rebus gestis Alexandri

Male omnino, invidiane, an incuria scriptorum cum Q. Curtio actum est, gravissimo politissimoque historico. Quippe is non modo a Quintiliano et aliis in illustrium historicorum commemoratione praeteritus est, verum etiam temporum vitio (for-[37]tasse quod romanus homo graeca potius, quam romana conscripserit) propemodum exstinctus. Aeger enim et mancus, duobus prioribus libris, quasi capite amisso, ad tempora nostra pervenit; atque adeo, quo tempore is floruerit, ignoraremus, nisi ipse eius rei certa, nisi fallor, indicia reliquisset. Etenim ea scribit de temporibus suis, quae satis declarant iis, qui in historia romana penitus hospites ac rudes non sunt, eum Augusti temporibus extitisse. Nam libro ultimo, non longe ab extremo, cum de Macedonum loqueretur imperio, ita scribit: «Primum ergo collegere vires, deinde discerpserunt, et cum pluribus corpus quam capiebat, onerassent, caetera membra deficere caeperunt; quodque imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit. Inde per eam occasionem in imperium romanum digrediens: Proinde, inquit, iure meritoque populus romanus salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pene supremam habuimus, novum sidus illuxit. Huius Hercule non solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces, quot condidit gladios, quantam tempestatem subita serenitate discussit. Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, excipiet huius saeculi tempora eiusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas.» Et libro quarto, [38] exposito Tyri excidio, illud adiungit: «Multis ergo casibus defuncta, et post excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refovente, sub tutela romanae mansuetudinis acquiescit».

Quibus ille verbis, nisi quod Augustum non nominat, ita eum describit, ut facile appareat de quo loquatur. Atque illa verba de posteritate Augusti satis ostendunt eum florente Augusto floruisse; prius, inquam, quam ille Caium et Lucium nepotes ex filia ab se adoptatos amitteret. Neque enim satis id quadrare potest in id tempus, cum caeteris adoptivis filiis extinctis, omnis posteritatis spes in uno consisteret Tiberio. Hinc profecto illud intelligitur, Q. Curtium M. Tullio et Sallustio supparem, Tito autem Livio aut antiquiorem aut certe parem fuisse. Et sane ea est dictio, ea gravitas, ea elegantia historiae Curtianae, ut florens illud romanae linguae saeculum redolere videatur. Est autem Q. Curtius Livio, praecellentissimo alioqui historico, vel hoc anteferendus, quod in illo nescio, quae Patavinitas notata est; hic quippe homo romanus (quod nomen ipsum indicat) saporem habet plane vernaculum. Haec eo pluribus disserui, quod neminem viderem esse, qui de Q. Curtii aetate certi quicquam afferret. [39]

Argumentum historiae ac praecipue libri tertii

Q. Curtius (incertum, qua causa) Alexandri Magni res gestas scribere aggressus, eas li-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

bris complexus est decem; sed historiae caput, ut diximus, quod duobus primis libris continebatur, temporum iniuria iam pridem amisimus. Quibus opinor libris Alexandri genus, ortus, educatio, virtutis indoles et bellica adulescentiae decora exponebantur. Quippe Alexander adulescentulus ac paene puer, vivo etiam tum Philippo patre, bello, quod contra Athenienses ac Baeotos gestum est, victoriae auctor extitit, et patre mortuo Illyricos et Thracas rebellantes domuit, Thebas propter civium in obsidione insolentiam, evertit, Atheniensibus pacem petentibus dedit. Inde in Amphyctionum concilio Graeciae dux creatus et persico bello praepositus, cum firma potius, quam magna manu transmisit in Asiam, quae tum in Darii persarum regis ultimi ditione erat. Prima cum Persis ad Granicum amnem pugna commissa est, ubi Spirobates, Darii gener, aliique complures cognati regis ac satrapae ceciderunt. Persarum 12 millia caesa, 20 capta. Ea victoria magno illi constitit; nam duobus vulneribus in praelio acceptis, periculum adiit capitis. Eum quippe praesentis mortis periculo Clitus eripuit, Spidriba-[40]te, a quo iam opprimebatur, transfixo. Sardis deinde, ubi erat gaza regia, et Miletum cepit, classemque suam, ut Macedones, praecisa fugae spe, acrius pugnarent, domum remisit. Haec ferme duo illi libri, qui desiderantur, continebant; quae a Diodoro Siculo, libro 17, et a Plutarcho in Alexandro Magno diligenter, item ut caetera, perscribuntur.

Hinc igitur exorsus hic liber docet, quem ad modum Alexander sit usus victoria. Ac primum bellicum Alexandri ac Darii apparatum describit. Inde Alexandri iter, in quo fatalem (ut ferebant) Gordianum nodum dissolvit gladio; at in Cydno amne gelidissimo natans paene extinctus est. Caeterum, ubi convaluit, mira celeritate Ciliciae angustias occupat, ut aequiore loco cum hoste confligat. Ibi igitur altera cum Dario ipso pugna ad Issum Ciliciae oppidum pugnata est. In ea uterque rex vulneratus, multi utrimque duces caesi et certamen tam diu anceps stetit, quoad Darius fecit initium fugae. Caesa perhibentur eo praelio Persarum millia amplius 120, capta ad 40; ex Macedonibus desiderati minus 200. Alexandri victoriam admirabiliorem fecit continentia modestiaque victoris. Darii matrem, uxorem, et filias duas forma egregia captivas invisens, non intactas modo dimisit, sed etiam tanquam reginas regie asservari iussit. Damascum, ubi regis gaza erat, et satraparum coniuges ac liberi, proditione cepit.

Sed ad historiam ipsam, [41] memores eorum, quae desiderari diximus, aliquando veniamus.

Inter haec — Exaedificatio historiae, ut Cicero tradit lib. 2º de Or., posita est in rebus et verbis. Rerum ratio ordinem temporum desiderat, in quo historicus differt a poeta, qui, auctore Horatio in Arte poetica:

Semper ad eventum festinat et in medias res
non secus ac notas auditorem rapit.

Curtius igitur, temporum ordinem secutus, cum ea, quae supra perstrinximus, exposuisset, quae eodem tempore, quo proxime narrata, quaeque deinceps sunt gesta, detexit. *Inter haec* «haec inter» et «inter quae», pro *interea*, coniunctio est historicis usitata.

Ad conducendum ex Peloponneso militem — Conducere militem est habere delectum militum, eosque mercede conductos aliquo vocare. Militem enim dixit historico more pro milites.

Ex Peloponneso — Peloponnesus paeninsula est Graeciae, de qua Plin. lib. 4 c. 4, regio bellica Lacedaemoniorum virtute inclita. Hodie dicitur Morea. Ex ea illis temporibus conducebantur copiae auxiliares, non secus atque hodie ex Helvetiis.

Cleandro — Nobili duce Alexandri, de quo lib. 4 non longe admodum ab initio, et saepe alias.

Lyciae Pamphyliaeque rebus compositis — Ly-[42]cia et Pamphylia regiones sunt Asiae Maioris, quibus, parta victoria, potitus erat Alexander. De utraque lege, si vis, Plin. lib. 5 c. 27

Rebus compositis — Victores victarum urbium res componunt, cum praetores aut magistratus constituunt, controversias tollunt, ut recte administrari queant in posterum, neve novarum rerum semina existant. Componere proprie est simul ponere et in ordinem redigere; quo-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

circa res temere iacentes, dissipatae, turbatae, proprie componi dicuntur. ***Rebus compositis*** vulgo: Ordinate e rassettate le cose.

Ad urbem Celaenas — Urbis descriptio ducta ex flumine. ***Media, illa tempestate, moenia interfluebat*** — Hoc additum fortasse, quod, mutatis urbis sedibus, Curtii aetate urbem veterem circumflueret, ut significat Plinius. Nam de Celaenis urbe loquens: Sita est, inquit, in radice montis Signiae, circumfusa Marsya etc.; et Liv. lib. 38, non longe a principio: Celaenae urbs, inquit, caput quondam Phrygiae fuit. Migratum inde haud procul veteribus Celaenis, novaeque urbi Apameae nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis. Idem Plane scribit Strabo lib. 12, ubi illud adiungit:ἔδρυται δὲ ἡ Απάμεια ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖσ τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, καὶ ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως ὁ ποταμὸς τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τῆς πόλεως ἔχων.

Caeterum, cum Livius dicat: «media urbe decurrens»; Strabo autem: ῥεῖ διὰ μέσησ τῆς πόλεως, dubitare non possumus, quin Curtii aetate Apamaeam novam [43] urbem Marsyas amnis interflueret.

Interfluebat — Proprie, quia inter moenia fluebat; quod ad Tiberim, qui Romam, ad Arnum, qui Florentiam interfluit, accommodari potest.

Marsyas amnis fabulosis graecorum carminibus inclytus — Plinius eodem loco Marsyas, inquit, ibi redditur ortus ac paulo mox conditus, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur convallis decem passuum ab Apamia Phrygiam petentibus. Livius quoque, eo quem indicavimus loco: Famaque ita tenet Celaenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Idem paene Strabo lib. 12, et Solin. c. 42 lege. Attingitur fabula ab Ovid. lib. 6 Metam. Dicitur autem Marsya et Marsyas in recto.

Fons, cuius ex summo montis cacumine — Apposita descriptio fluminis. Exaedificatio enim historiae (auctore Cicerone 2 lib. de Oratore) desiderat descriptionem regionum, hoc est, urbium, fluminum, montium, et caeterarum rerum memorabilium vel necessariarum ad cognitionem historiae.

Ex summo montis cacumine — Sita enim urbs est, ut Plinio teste ostendimus, in radice montis Signiae. Liv. 1 38: Ex arce summa Celaenarum ortus media urbe decurrens; nam hoc de Maeandro dici existimo a Livio, quod Marsyas in Maeandrum cadit. Xenophon quoque lib. 1 Anab., initio scribit Celaenas urbem sitam ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου. [44]

Excurrens — Excurrens maluit, quam decurrens, ut ortus potius, quam cursus fluminis indicaretur.

In subiectam petram — Pro vivo saxo Curtius passim usurpat, maxime pro rupe. Et sane πέτρα Graecis id ipsum significat.

Inde diffusus — Proprium verbum quaesivit: diffusus enim est diversas in partes fusus.

Circumiectos rigat campos — Elegantius quam circumpositos.

Liquidus — Purus. Politius et usitatius, quam limpidus.

Suas dumtaxat undas trahens — Alii enim fluvii saxa, alii limum trahent. Ovid. lib. 6 Metam. idem de Marsya scribit:

Inde petens rapidium ripis declivibus aequor,
Marsya nomen habet, Phrygiae liquidissimus amnis.

Vel suas dumtaxat undas trahens, quia nullum fluvium recipit aut rivum. Tota autem fere haec Marsyae fluminis descriptio transferri ad Anienem potest imitando, sic: Qui e radice montis exortus, per convalles et plana decurrens, ubi Tibur praeteriit, in subiectam petram ingenti cum strepitu cadit; inde diffusus partim variis officinis inservit, partim circumiectos rigat hortos, nihil ferme praeter suas aquas trahens.

Locum poetarum mendacio fecit — Idem aliis verbis dixit, lib. 8: Inde Graeci mentiendi traxere licentiam. Livius lib. 1: Inde locus fabulae [45] ac miraculo datus.

Nymphas amore amnis retentas — Ovidius lib. 6 Metam.: Marsyam flumen ex Nympharum maxime lacrimis originem habuisse fabulatur. Sed unde orta sit fabula, Strabo significat lib. 12.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Intra muros fluit — Prius quam ex urbe exeat. Fluit elegantius, quam currit.

Extra munimenta — Extra muros, moenia. Et sane moenia quasi munia a muniendo dicta; nam moenio pro munio dicebatur ab antiquis. Plaut. Bacch.: Pergamum divina moenitum manu.

Se evolvit — Aptum verbum, quod intra urbem angustiore alveo quasi involutum flueret.

Maiore vi ac mole agentem undas — Rivis aut fluminibus aliis influentibus.

Lycum appellant — Huius fluminis saepe Plinius meminit lib. 5. Caeterum dissentire videtur a Curtio Livius lib. 38: Marsyas amnis, inquit, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Itemque Xenophon lib. 1° Ἀνάβ. ubi de Marsya ita loquitur: ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, καὶ ἐμβάλλει εἰσ τὸν Μαίανδρον. Sed Curtius fortasse Marsyam Lycum appellari dixit, id est lupum, propter impetum et voracitatem, nulla habita ratione Lyci amnis, qui oritur in Armenia; aut certe Maeandrum Lycum appellavit, quod Lycus in Maeandrum influit, auctore Strabone, lib. 12.

Oppugnare adorsus — Aggressus. Oppugnare autem proprium verbum, ut alio ostendetur loco. [46]

Caduceatorem praemisit — Caduceatores, ut Festus est autor lib. 3, lati dicebantur pacem petentes, et Servius Honoratus ad 4 Aeneidos de caduceo loquens (Mercurii haec virga erat anguibus circumplicata): Huius virgae, inquit, haec est ratio, quod Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum; unde virga serpentes dividit, id est venena; nam bellantes interpretum oratione sedantur. Unde apud Livium: legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut enim per feciales bella indicebantur, ita per caduceatores pax fiebat. Haec Servius. De amplexu anguium legendus est Plinius lib. 29 c. 3 in extremo.

Qui denuntiaret — Verbum proprium et usitatum in minis.

Ultima esse passuros — Malane, an supplicia, an potius mortem, quod est omnium ultimum?

Situ et opere — Ita lib. 8: Urbem non situ solum, sed etiam opere munitam. Caesar, lib. 1 de Bello Gallico idem aliter: Oppidum et natura loci, et manu munitum; et lib. 5: Locum egregie natura atque opere munitum. Hoc accommodari ad arces omnes potest, quae sitae in montibus sunt, firmis saeptae muris ac propugnaculis.

Intueri iubent — Narrationis suavitas postulat, ut interposita habeat colloquia personarum. Cicero in Partitione oratoria: Gestus etiam, atque in his aspectus et respectus personarum valent ad suavitatem orationis. Quocirca haec Ari-[47]stoteles in narratione desiderat, lib. 3 Rhet.

Non eadem aestimatione — Hoc est, longe secus Alexandrum, quam ipsos, qui arcem incolerent, de ea existimare; quippe cum Alexander arcem non magno negotio capi posse crederet.

Munimenta — Muros et propugnacula.

Ad ultimum — Pro denique, historicum est, et Curtio valde usitatum.

Pro fide morituros — Ut praestent datam regi fidem.

Caeterum, ut circumsideri — «Caeterum« pro «sed»; usitatum est historicis, Curtio maxime.

Circumsideri — Obsideri; quo modo etiam Cicero saepe locutus est in Philippicis. Nisi quod circumsederi dicit per e, quo modo fortassis etiam hoc loco legendum est.

Omnia arctiora — Locum, cibaria, aquationem et alia, quorum inopia premuntur obsessi.

Inducias pactl — Notanda locutio, pro: Pacti, ut eis darentur sexaginta dierum inducjae; hac lege, ut etc. Cicero lib. 3 de Officis: Pretium capitis a praedonibus pacisci dixit; Et Salustius in Iugurtha: vitam ab hoste pacisci.

Nihil inde praesidii — Abusus videtur verbo, cum subsidii dicendum esset. Praesidium enim, auctore Festo lib. 14, est quod pro salute et utilitate alicuius, auxilii gratia praeponitur; subsidium, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ad praestitutam diem — Ita saepe Cicero pro [48] eo, quod alii minus latine dicunt: Ad determinatam vel praefixam diem.

Permisere se regi — Dedidere se. Ita lib. 6: Ditioni Alexandri se ipsos permittunt; et Caesar, de Bello Gallico, lib. 3: Se suaque omnia eius potestati permittere se dixerunt. Itali vulgo dicere solent: rendersi a discretione.

Superveniunt deinde legati — Legatio Atheniensium exponitur et iter Alexandri in Phrygiae urbem Gordium, ubi gladio fatalem dissolvit nodum.

Finis

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY

RATIO ATQ. INSTITVTIO STVDIORVM SOCIETATIS IESV.

SVPERIORVM PERMISSV.



BIBL. DOM. PROF. ROM.
IHS

NEAPOLI,
In Collegio eiuſdem Societatis.

Ex Typographia TARQVINII LONGI.
M. D. XCVIII.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

RATIO

ATQUE INSTITUTIO STUDIORUM SOCIETATIS IESU

[1599]

Universa studiorum nostrorum ratio, ante quatuordecim annos fieri atque institui coepta[1], nunc tandem absoluta ac plane constituta, ad provincias mittitur[2]. Etsi enim propter magnam utilitatem, quae studiis nostris allatura videbatur, eam multo ante perfici atque in mores induci R.P.N. Generalis optaverat, id tamen hucusque commode fieri minime potuit. Decuit enim in re satis ardua multisque difficultatibus implicata, nihil plane definiri, priusquam provinciarum difficultates ac postulata diligenter examinarentur, ut omnibus, quantum fieri posset, satisfieret; et ut opus, quod ab omnibus deinceps in usum adhiberi debebat, aequioribus omnium animis reciperetur.

Quare quidquid initio a sex deputatis patribus de omni studiorum nostrorum ratione magno labore atque industria disputatum atque constitutum fuerat, eo consilio ad provincias missum fuit, ut doctores nostri et harum rerum periti cuncta diligenter et exacte perpenderent[3]; ut si quid in hac ratione minus commodum observarent, vel quod institui commodius posset, animadverterent; quid denique de tota hac ratione sentirent, adhibitis rationum momen-[2]tis, exponerent. Quod cum omnes fere provinciae strenue atque viriliter praestitissent[4], omnia, quae ab iis observata vel proposita fuerant, Romae iterum a praecipuis Romani Collegii doctoribus, et a tribus deputatis patribus, qui in hunc finem Romae substiterant, sedulo recognita, R.P.N. Generalis cum patribus assistentibus accurate perpendit, rationemque hoc modo accomodatam iterum in universam Societatem mitti curavit, et ut ab omnibus exacte servaretur, praecepit[5].

Monuit tamen provinciales omnes, ut quoniam novae institutiones ab experimento solidiorem firmitatem accipiunt, in suis quique provinciis, quid quotidianus docendi usus ostenderet, adnotarent, et Romam postea mitterent, ut extrema tandem operi manus admoveretur, et studiorum nostrorum ratio, post tantam, tanque diuturnam discussionem, certa aliqua firmitate stabiliretur[6].

Cum vero provincialis, qui ad quintam generalem congregationem[7] venerunt, ex suis provinciis, quae ex quotidiano usu minus commode accidere animadversa fue-

---

[1] Vide *Acta congregationis ... ;* supra, p. 2-5.
[2] Vide Rat. stud. a. 1586; supra, P. I p. 1-158.
[3] Cf. epist. introduct. Rat. st. 1586; supra, p. 160-62.
[4] Observata et propositiones provinciarum de Rat. st. 1586 in vol. VI Mon. Paed. typis committuntur.
[5] Rat. stud. a. 1591 habetur supra, P. III p. 229-313.
[6] Cf. epist. introd. Rat. st. 1591; supra, p. 230.
[7] Congregatio generalis V celebrata est Romae diebus 3 nov. 1593-18 ian. 1594; cf. *Synopsis hist. S. I.* 114.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

rant, attulissent[8], ac plerique omnes maiorem in hac ratione brevitatem praeter caetera desiderarent, magno sane labore factum est, ut tota ratio iterum diligenter examinaretur, et perpensis rationum momentis, quae a provinciis afferebantur, quid tandem firmiter constituendum esset, diiudicaretur, et omnia, quoad fieri potuit, ad breviorem commodioremque methodum redigerentur. Quod ita praestitum est, ut sperari merito possit, postremum hunc laborem ab omnibus comprobatum iri.

Quare haec studiorum ratio, quae nunc mittitur, omnibus aliis, quae ante hac experimenti causa missae fuerant, posthabitis, servari in posterum ab omnibus nostris debebit; in eoque sedula doctorum nostrorum opera collocanda erit, ut, quae postrema hac ratione praescripta sunt, facile suaviterque executioni mandentur. Quod ita futurum esse mihi facile persuadeo, si omnes intelligant, rem hanc R.P. Nostro maxime cordi esse.

Superioribus vero, quibus praecipue hoc onus incumbit, graviter sane atque efficaciter R.P.N. Generalis commendat, ut quanta maxima possunt animi contentione enitantur, ut res haec, tantopere in nostris Constitutionibus commendata, et quae nostris auditoribus uberes fructus allatura creditur, ab omnibus alacriter et exacte servetur.

Datum Romae 8 ianuarii 1599.

Mandato R.P.N. Generalis

Iacobus Dominicus[9] secretarius

---

[8] Animadversiones provinciarum in Rat. st. 1591 typis mandabuntur in MP VI.

[9] I. Dominicus (Domenichi) S.I. (1558-1626), siculus panormitanus; secretarius S.I. annis 1590-1600; quo officio defuncto praefuit provinciae mediolanensi (1600-03); deinde provinciae siculae (1604-09); cf. *Rom. 53*, f. 60*v*; FEJÉR. *Cat. Def.* I 76; *Synopsis hist. S.I.* 638 641 644.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE PRAEPOSITI[A] PROVINCIALIS[1]

Finis studiorum Societatis — 1. Cum ex primariis Societatis nostrae ministeriis unum sit, omnes disciplinas instituto nostro congruentes ita proximis tradere, ut inde ad Conditoris ac Redemptoris nostri cognitionem atque amorem excitentur[2], omni studio curandum sibi putet praepositus provincialis, ut tam multiplici scholarum nostrarum labori fructus, quem gratia nostrae vocationis exigit, abunde respondeat[3].

Praefectus studiorum generalis — 2. Proinde non solum id rectori valde commendet in Domino, sed ei etiam praefectum studiorum[a], vel cancellarium adiungat[a]; virum[b] in literis egregie versatum, qui et zelo bono et iudicio ad ea, quae sunt ei committenda, polleat; cuius sit munus, generale rectoris instrumentum esse ad studia bene ordinanda[b4]; cui professores et scholastici omnes, tum qui in eodem collegio, tum[c] etiam si qui[d] in convictorum et [4] alumnorum seminariis[e] forte degunt, et praefecti ipsi studiorum in seminariis in rebus[e] ad studia pertinentibus ea, qua par est, humilitate pareant[5].

Praefectus studiorum inferiorum et atrii — 3. Quod[f] si ob gymnasii amplitudinem ac varietatem per unum studiorum praefectum non videatur scholarum omnium rationibus satis esse consultum, alterum constituat, qui[g] ex generalis praefecti praescripto[g] inferioribus studiis moderetur; quin etiam, si ita res exigat, adiiciatur tertius, qui scholarum atrio praesit[f].

Professores quomodo comparandi — 4. Multo ante provideat, quosnam pro unaquaque facultate professores habere possit; observatis iis, qui ad eam rem videntur aptiores[h]; qui docti[i], diligentes et assidui, ac profectus studentium tum in lectionibus, tum in aliis literariis exercitationibus, studiosi sint[6].

Sacrae Scripturae studium et magister[7] — 5. Magnam diligentiam adhibeat[j] in promovendo sacrarum literarum studio; quod perficiet, si viros ad id muneris eligat non solum linguarum peritos (id enim maxime necessarium est)[8], sed etiam[k] in theologia scholastica, ceterisque scientiis[k], in historia, variaque eruditione et, quoad[l] eius fieri potest[l], in eloquentia bene versatos[m].

Auditores et tempus — 6. Hanc[n] autem Sacrae Scripturae lectionem per biennium, hoc est, secundo fere et tertio theologiae anno theologi audiant[n] quotidie per tres circiter horae quadrantes, ubi duo sunt [5] theologiae professores; ubi vero tres, vel singulis diebus breviorem, vel (si magis placeat) longiorem alternis.

[A] praepositi *om. t1616.*

---

[1] Vide *Reg. praep. prov.* in Rat. st. a. 1591; supra, P. III p. 231-42.
[2] Cf. *Const.* P. IV Prooem.; c. 2 § 1 et P. X § 3; MI *Const.* III 99 271-72.
[3] Vide reg 1 praep. prov. Rat. st. 1591; supra, p. 231.
[4] Vide *Const.* P. IV c. 17 § 2; MP I 317.
[5] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 54-56 (De praefecto studiorum); supra, p. 237.
[6] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 6; MP I 235.
[7] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 2-5 (De Scripturis); supra, p. 231.
[8] Vide *ib.* reg. 26-30 (De lingua hebraea); supra, p. 234.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Hebraeae linguae professor qualis — 7. Linguam hebraeam, si commode possit, doceat Sacrae[o] Scripturae professor, vel[p] saltem aliquis, qui sit theologus; optandumque, ut esset etiam linguarum peritus[p], non solum graecae propter novum Testamentum, et versionem Septuaginta Interpretum, sed etiam chaldaicae et syriacae, cum ex his linguis multa in libris canonicis sparsim habeantur[9].

Auditores et studium — 8. Ab[q] hac lectione per annum audienda, hoc est, secundum[B] fere vel tertium theologiae, theologi non eximantur, nisi qui ad eam inepti penitus censerentur. Praeterea, ut monent Constitutiones[10], deliberare debet, quinam sint huic studio addicendi; qui vero addicti fuerint, biennio, quod repetendae theologiae praescribitur, plus studii in hebraicis ponant; imo in ipso cursu theologiae privata academia, saltem in vacationibus, si fieri potest, iuventur[q].

Theologiae cursus et magistri[11] — 9[C]. Quadriennio[r] ex Constitutionibus[s] theologiae cursum absolvi curet[12]; idque[t] a duobus vel[u], si omnino aliter commode[D] fieri non posset, a tribus ordinariis professoribus, pro diverso provinciarum usu[E]. *Illud*[F] autem in primis meminerit, non esse ad cathedras theologicas promovendos, nisi qui erga S. Thomam[v] bene affecti fuerint; qui vero ab eo alieni sunt, vel etiam [6] eius parum studiosi, a docendi munere repellantur[r][13].

Biennium ad theologiam repetendam — 10. Initio[w] quarti anni cum rectore, praefecto, magistris, suisque consultoribus designet aliquos, qui et probatae virtutis in primis sint, et ingenio polleant, ut ad theologiam privatim repetendam, et habendos actus superioris arbitrio biennio, ut Constitutiones iubent[x][14], privatum et quietum studium habeant; de quo privata inferius erit instructio[15]. Ex[y] quibus, ubi regionis mos est[z], poterunt aliqui, facta[z] a Generali potestate[16], ad gradus doctoratus vel magisterii[G] promoveri[a].

Promotio ad gradus[17] — 11. Ubi[b] est consuetudo, ut publica fiat promotio ad gradus, Constitutio accurate servetur; nec ullius promoveatur, nisi theses aliquot ex insignioribus Scripturae locis scholasticis conclusionibus intermisceat. Ratio quoque promovendi, et reliqui ritus (modo ne Constitutionibus repugnent) pro cuiusque loci consuetudine statutisque teneantur[18].

[B] secundo fere vel tertio *1599* [C] *om* 9 *1599* § 1 [D] commode *om* *1599* [E] *om* usu *1599* [F] Ubi autem tres erunt, tertia lectio erit moralis theologiae, in qua ex professo et solide explicentur materiae morales, quae ab ordinariis professoribus vel omnino praetermittit, vel brevissime perstringi solent. Quam quidem lectionem nostri biennio saltem audiant. Alteroque biennio Scripturam Sacram [G] a *Illud* *1599* § 2 [H] magistri *1599*

---

[o] Cf. *Const.* P. IV c. 12 § 2 et nn. 3, MP I 293

[p] Cf. *ib.* c. 9 nn. 2; MP I 255

[q] Vide Rat. st. 1584 reg. praef. prov. n. 2 'De schol. theologiae', supra p. 251-52.

[r] Cf. *Const.* P. IV c. 4 § 3, c. 5 § 3; P. V c. 2 § 2; MP I *Const.* III *Declar.* 55; MP I 303-305

[s] Cf. gen. 4 congr. gen. V 1584-94, *Institutum* S. J. II 54

[t] Cf. *Const.* P. IV c. 3 n. 4 et c. 5 § 3; MP I 253 255 303-305 Vide etiam reg. 32 3[ae] praef. prov., *Institutum* S. J. II 78.

[u] Vide *Institutio eorum, qui per triennium versato studio theologiam tenent*, infra p. 443-45

[v] Vide reg. 32 3[ae] praef. prov., *Institutum* S. J. II 78

[w] Vide Rat. st. 1584 reg. praef. prov. 19-22 'De gradibus baccalaureatus, magisterii et doctoratus', supra p. 232-33.

[x] Cf. *Const.* P. IV c. 3 n. 7 c. 5 § 4, c. 7 n. 5 et nn. 14; MP I 253 254 305 307 323 325

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Casuum professor[19] — 12. Duos[b] in eo collegio, ubi est pro nostris seminarium casuum conscientiae, casuum professores constituat, qui universas eius generis materias inter se divisas biennio explicent; vel unum, qui binas quotidie lectiones habeat[b].

Collatio casuum — 13. Bis[c] in hebdomada in domibus professis, in collegiis bis aut semel, ut melius esse in Domino iudicaverit, sive in iis aliqua sit, sive nulla [7] publica casuum lectio, sacerdotes nostri conveniant ad habendam inter se de casibus collationem aliquo praeside a se constituto, qui prudenter ac tuto possit hanc provinciam sustinere[20]; atque is praeses regulas professoris casuum, in quibus modus huius collationis praescribitur, legat ac servet[c].

Eadem collatio in collegiis primariis — 14. Fiat etiam huiusmodi casuum collatio in primariis collegiis, sive unus duove sint casuum professores, sive nullus, potissimum pro omnibus theologiae auditoribus; sed semel tantum in hebdomada.

Ab ea non eximendi — 15. Ab[d] his autem omnibus, quas diximus, collationibus[d] praeter theologiae ac philosophiae professores, et si quos alios excipiendos superior iudicaverit, nulli praeterea casistae, nullique sacerdotes, qui ex instituto vel interdum confessiones audiant, eximantur; immo superior ipse non nisi raro, et graves ob causas absit.

Philosophiae professores quales[21] — 16. Philosophiae professores (nisi gravissima necessitas aliud exigat) oportet[e] non modo cursum theologiae absolvisse, sed eandem biennio repetiisse[eH], ut eorum doctrina tutior esse possit, magisque theologiae deserviat; si qui autem fuerint ad novitates proni, aut ingenii nimis liberi, hi a docendi munere sine dubio removendi[22].

Philosophiae cursus — 17. Philosophicum[f] cursum triennio absolvent[23], non autem minore tempore, ubi sunt no-[8]stri; si autem soli sint externi auditores, relinquatur provincialis iudicio[f]; quotannis vero, si fieri potest, unus cursus absolvendus, et alter inchoandus.

Rhetoricae et humanitatis tempus — 18. Licet[g] cursus temporis ad humanitatis et rhetoricae studium definitus[h] esse nequeat, et ad[I] superiorem pertineat expendere, quantum in his literis quemque habere oporteat, nostros tamen non ante ad philosophiam mittat, quam[i] biennium in rhetorica consumpserint, nisi ratio aetatis aut aptitudinis, aut aliquid aliud obstare in Domino iudicetur[gi]. Quod[j] si aliqui indole ingenii ad magnos progressus in his potissimum studiis faciendos praediti sint, ut solidius fundamentum iaciant, videndum erit, an operae pretium sit triennium impendere[ij][24].

De examine logicorum[25] — 19 § 1. Postquam[k] cursum philosophicum ingressi

---

[H] repetisse *t1616* / [I] ad *om. t1616*.

---

[19] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 23-24 (De casibus conscientiae); supra, p. 233.

[20] Cf. reg. 57 off. praep. prov.; *Institutum S. I.* III 79.

[21] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 31-40 (De philosophia); supra, p. 234-35.

[22] Vide decr. 41 congr. gen. V (*Regulae pro delectu opinionum pro philosophis* § 4); *Institutum S. I.* II 273.

[23] Vide *Const.* P. IV c. 15 § 2; MP I 301.

[24] Vide *ib.* c. 5 § 2 et 3; c. 13 § 4; c. 15 § 1 et litt. A; MP I 219 221 293 et 301.

[25] De hac intricata quaestione cf. nostrum commentarium: *De graduum diversitate inter sacerdotes in S. I.*; AHSI 37 (1968) 266-73: *De praevia selectione scholasticorum ad studia superiora.* — Quae ea de re in anterioribus Rat. stud. statuta sunt, v. supra, p. 97 et 107-08 (app. crit. litt. c); et p. 235. — Patre Acquaviva anno 1615 demortuo, congr. gen. VII (1616) haud parum immutavit normas hac de re in Rat. st. 1599 datas (v. inferius, app. crit. harum regularum; litt. J et K).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

fuerint, bis[J] examinandi erunt per designatos examinatores, praefectum videlicet studiorum, et magistros theologiae ac philosophiae, rectore praesente, eiusque consultoribus et ipso provinciali, si posset; primum quidem paulo ante Quadragesimam, vel sub ferias paschales, deinde rursus logica absoluta[J].

Virtutis ratio habenda — § 2. In hac autem tota re, quia magni momenti in Domino iudicanda est, et considerate admodum ob maiorem Dei gloriam transigenda, servet in primis provincialis regulas 49 et 56 officii sui[26], et potissimum ratio-[9]nem habeat virtutis[K].

Examinis finis et modus — § 3. Hoc examen, quo decernitur, utrum quis philosophiae, an casibus conscientiae destinandus sit, secretis fiat suffragiis, et quod constitutum fuerit, simul cum examinatorum iudicio scriptum constet in libro ad id designato; serventque rem omnino secretam, qui examini intererunt.

Qui casibus, qui philosophiae destinandi — § 4. Ergo in priori examine si qui inepti ad philosophiam deprehensi fuerint, destinentur ad casus, vel ad docendum provincialis arbitrio (sic enim hanc destinationem ad casus intelligimus); de reliquis nihil certi pro tempore statuatur. In posteriori vero examine triplex omnino gradus in iis, qui examinantur, animadverti potest; aut enim mediocritatem excedunt, et hi reliqua studia persequi debent; aut infra illam sunt, et hi omnino casibus applicandi erunt; aut denique in mediocritate consistunt, et in his etiam sua distinctio erit.

Talenti ratio habenda, et quibus biennium theologiae concedendum — § 5. Nam si mediocres sunt in literis, et nullo alio talento praediti sunt, hi quoque mittentur ad casus; sin autem horum quispiam simul cum praecipua virtute bonum praeseferret talentum concionandi vel gubernandi, tunc quo maiori securitate et auctoritate possit Societas eius opera uti, deliberet provincialis cum suis consultoribus, an praeter philosophiam duo theologiae anni sint ei concedendi. Quod [10] ubi statuerit, aperte moneat eum, non nisi ad hanc mensuram studia continuaturum.

Triennium quibus — § 6. Quod si forte iis, qui concionandi facultatem habent, biennium non sufficiat ad eas theologiae materias in scholis audiendas, quae necessa-

---

[J] bis ... absoluta] singuli sub anni cuiusque finem serio examinandi erunt per designatos examinatores, rectore praesente, et ipso provinciali, si possit; nemoque a primo anno philosophiae ad secundum, aut e secundo ad tertium admittendus, qui mediocritatem non attigerit; hoc est ut ea, quae audivit, bene intelligat, ac de iis etiam rationem possit reddere. Ad theologiam vero scholasticam audiendam nemo admittetur, qui mediocritatem in philosophia non superarit; ita nimirum, ut eius assertiones defendere, tuerique cum approbatione possit; nisi forte praeclara in mediocri aliquo ad gubernandum aut concionandum talenta eluceant, propter quae aliud statuendum provinciali videatur; cui nulla in ceteris dispensandi sit facultas *t1616* / [K] *p* virtutis *add. t1616* § 3. Simili ratione, qui theologiae dant operam, sub finem singulorum annorum examinandi sunt; nemoque ad insequentem progredi permittendus, qui in iis, quae illo anno audivit, mediocritatem examinatorum iudicio non excesserit; iis duntaxat exceptis, quos alioqui mediocres ob praeclara, ut dictum est, talenta continuare debere provincialis iudicabit. — § 4. Si qui ergo in studiorum decursu inepti ad philoophiam aut ad theologiam eo modo deprehensi fuerint, ad casuum studia, vel ad docendum provincialis arbitrio destinentur. — § 5. Eodem etiam ... statuatur [*v. t99 § 8*] — § 6. Examina haec, quibus decernitur, an pergere ad insequentes annos debeant, qui philosophiae vel theologiae student, secretis fiant suffragiis; et quod constitutum fuerit, simul cum examinatorum iudicio, scriptum constet in libro ad id designato; serventque rem secretam, qui examini intererunt.

---

[26] Quas regulas videsis in *Institutum S. I.* II 273.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

riae videntur, ut tuto et sine errore suum munus exequantur (cuiusmodi sunt, quae in *Summa* Divi Thomae in prima parte docentur ante disputationem de angelis, in tertia de Incarnatione et sacramentis, et in prima secundae de gratia), poterit tunc illis tertius theologici studii annus ad eam rem concedi; vel certe iuvandi erunt privatis domesticae alicuius academiae lectionibus, quibus vel eo biennio, vel postea suppleant, quae in schola per id tempus non explicantur, omittendo etiam publicas aliarum rerum lectiones, quae minus ipsis utiles viderentur.

Quadriennium quibus — § 7. Denique si quis esset, ut ingenio non omnino spectabilis, ita regendi vel concionandi facultate et virtute adeo singulari, ut compensaturus videretur perfectam illam theologiae scientiam, quam Constitutiones requirunt, atque ita e re futurum Societatis iudicaretur, si theologiae cursum conficeret, huic sane, re prius cum consultoribus communicata, quartus etiam theologiae annus concedi poterit.

Examinandi qui extra Societatem studuerunt — § 8. Eodem etiam examine probandi sunt, qui vel totum cursum philosophiae, aut eius [11] partem, vel partem etiam aliquam theologiae antequam in Societatem ingrederentur, audiverint, ut idem de illis etiam statuatur.

Studiorum privilegium humilibus fiat — § 9. Maxime autem caveat, ne hac studiorum indulgentia et privilegio utatur, nisi erga humiles et vere plus et mortificatos, qui eo non putentur indigni.

Qui in ipso cursu a studiis amovendi — § 10. Si quis etiam forte ex designatis ad philosophiam, aut etiam theologiam audiendam in ipso studiorum decursu mediocritatem eandem vere non excedere videatur, ut initio existimatum erat, similiter debebit post idem examen casuum studiis addici.

---

§ 7. Verum quoniam ... ut dictum est [*v. t99 § 13*] - § 8. De illa autem bonitate ... consideret [*v. t99 § 12*] — § 9. Maxime autem ... indigni [*v. t99 § 9*] — § 10. Sub finem anni quarti theologiae, ultimum examen, duarum saltem in unoquoque horarum, professionis causa instituatur; in quo varia e praecipuis philosophiae ac theologiae capitibus percurrantur. Ad professionem autem idoneus nemo censebitur, qui tantum doctrinae in philosophia et theologia assecutus non sit, quantum ad utramque facultatem cum approbatione docendam necesse sit. Quod si in aliquo imparis doctrinae tam illustria gubernandi, concionandive talenta erunt, ut habenda eorum ratio videatur, iudicium erit penes praepositum generalem. Cuius etiam erit de iis iudicare, quibus ob eximiam literarum humaniorum, vel indicarum linguarum cognitionem indulgendum censuit sexta congregatio decreto 29. — § 11. Hoc vero ultimum examen, quo decernitur, utrum quis ad professionem quatuor votorum sufficientem habeat doctrinam, non solum secretis fiet suffragiis (in quibus dubium suffragium pro nullo habendum sit), sed tenebuntur etiam examinatores iuramento, tum de non revelandis suffragiis suis, tum de syncero examinandorum doctrinae et aptitudinis ferendo iudicio. — § 12. Scribent autem singuli suffragium suum tum ad provincialem, tum ad generalem, subscripto nomine proprio; sed ad provincialem literas soli inscriptas dabunt; qui quidem in librum ad id designatum suffragiorum solum numerum, tacitis examinatorum nominibus referet, ea secreti cautione, ut nemo ac ne socius quidem ipse, in suffragantium cognitionem veniat. Eamque ob causam examinatorum etiam literas mox comburet. — § 13. Examinatores porro ad examina omnia supradicta, in singulis seminariis tum philosophicis, tum theologicis quatuor minimum esse debent, quos Generalis designarit; iique, quoad fieri poterit, ab eorum qui examinandi sunt, praeceptoribus diversi. Quorum si quos vita fungi, aut aliis rebus distentos examini interesse non posse contigerit, provincialis erit alios substituere, qui iisdem iuramenti legibus in ultimo examine tenebuntur. — § 14. In legum, canonumque doctoribus, qui Societatem ingrediuntur, id observari debet, quod par. 5 cap. 2 § 2 B continetur. Theologiae vero doctores si qui sint, de quorum doctrina dubitetur, examinandi pariter erunt; et nisi mediocritatem excedant, ad quatuor votorum professionem minime admittendi.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Mediocritatis descriptio — § 11. Mediocritas porro, de qua dictum est, ita videtur accipienda, ut accipi vulgo solet, cum aliquis mediocri ingenio esse dicitur; nimirum ut ea intelligat et comprehendat, quae audit, quibusque studuit, ac de iis etiam rationem poscenti reddere mediocriter possit, etiam si ad eum doctrinae gradum in philosophia ac theologia non perveniat, quem Constitutiones designant his verbis *«satis in ea profecisse»*[27], nec possit assertiones, quarum ibi fit mentio, defendere ea eruditione ac facultate, qua defenderet is, cui ingenii satis esset ad philosophiam vel theologiam perdocendam.

De talentis quomodo iudicandum — § 12. De illa autem bonitate talenti ad concionandum vel gubernandum, quam habere [12] debent, qui per biennium daturi sunt operam theologiae, itemque de singulari talento eorum, quibus ipsum quadriennium concedendum diximus, serio cum suis consultoribus, et aliis gravibus viris, qui eos bene norint, et de huiusmodi rebus iudicare possint, consideret.

Iudicium provinciali permissum — § 13. Verum, quoniam in huiusmodi examine et iudicio ingeniorum solent haud raro discrepantes esse sententiae, penes provincialem erit, re bene perpensa, perspectis suffragiis, auditisque suis consultoribus, id decernere, quod in Domino iudicaverit expedire ad maiorem Dei gloriam, et commune Societatis bonum; quod si iudicaret non esse quempiam illis studiis applicandum, *notet* hoc in libro, ut de priori examine dictum est § 3[k].

Mathematicae auditores et tempus[28] — 20. Audiant et secundo philosophiae anno philosophi omnes in schola tribus circiter horae quadrantibus mathematicam praelectionem. Si[l] qui praeterea sint idonei et propensi ad haec studia, privatis post cursum lectionibus exerceantur[l].

Scholae inferiores quot[29] — 21 § 1. Scholae[m] studiorum inferiorum (omissis propter rationes, quae afferuntur in parte quarta Constitutionum, abecedariis)[30], non plures, quam quinque esse debent, una rhetoricae, altera humanitatis, et tres grammaticae[m].

Cur non permiscendae, nec multiplicandae — § 2. Hi enim sunt quinque gradus, ita apte inter se connexi, ut permisceri aut multipli-[13]cari nullo modo debeant; tum ne ordinarios etiam magistros frustra multiplicare necesse sit; tum ne multitudo scholarum et ordinum longiore, quam par sit, tempore egeat ad haec inferiora studia decurrenda.

Duo ordines in una classe — § 3. Quod si scholae pauciores sint, quam quinque, ne tum quidem hi quinque gradus varientur, sed poterunt duo ordines in una classe ita constitui, ut uterque uni ex iis quinque gradibus respondeat eo modo, quo dicetur regula octava[L] praefecti studiorum inferiorum.

Altiores classes potius retinendae — § 4. Illud porro curandum, ut quando scholae pauciores sunt, altiores semper, quoad eius fieri potest, retineantur, sublatis infimis.

L quarta *t99 erronee*.

---

[27] *Const.* P. V c. 2 § 2; MI *Const.* III 165.
[28] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 41-44; supra, p. 236.
[29] Vide *ib.* reg. 57-60 (Ratio ac numerus classium et professorum); supra, p. 237-38.
[30] Vide *Const.* P. IV c. 12 litt. C; MP I 285.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Multiplicandae interdum scholae, non gradus — § 5. Quando autem dicimus scholas grammaticae non plures esse debere quam tres, et omnes inferiores non plures, quam quinque, intelligimus non tam de scholarum et magistrorum numero, quam de numero graduum, quos modo descripsimus. Nam si multitudo discipulorum tanta sit, quantae sufficere non possit unus magister, tunc geminari poterit schola[31], data a Generali facultate; ita tamen, ut idem gradus, eaedem lectiones, eadem ratio ac tempus docendi in utraque retineatur.

Ubi liceat multiplicare — § 6. Hanc tamen geminationem fieri non oportet, nisi ubi sunt studia Societatis universalia, aut ratio exigit fundationis, ne plus quam par sit, Societas oneretur. [14]

Praestantes humanitatis magistri praeparandi[32] — 22. Ad conservandam humaniorum literarum cognitionem, et magistrorum veluti seminarium[33] fovendum, binos minimum aut ternos habere studeat in provincia his literis et eloquentia praestantes. Quod consequetur, si ex iis, qui ad haec studia idonei propensique sunt, nonnullos subinde huic rei dicare studet, ceteris facultatibus, quantum satis est, excultos; quorum opera ac sedulitate bonorum professorum genus quoddam ac tanquam seges ali ac propagari possit.

Grammatica Emmanuelis[34] — 23. Dabit[n] operam, ut nostri magistri utantur[n] *Grammatica* Emmanuelis. Quod[o] si methodi accuratioris, quam puerorum captus ferat, alicubi videatur[o], vel romanam accipiat[35], vel similem curet conficiendam, consulto[p] praeposito generali[p]; salva tamen ipsa vi ac proprietate omnium praeceptorum Emmanuelis.

Magistri perpetui[36] — 24. Perpetuos grammaticae ac rhetoricae magistros, quam[q] potest plurimos[q], paret. Id autem fiet, si post absoluta casuum, aut etiam theologiae studia nonnullos[r], quos magis in hoc quam in alio munere[s] Societatis iuvare posse in Domino iudicaverit, ad[t] id strenue applicet[t], horteturque, ut se totos in tam salutare opus ob maius Dei obsequium impendant.

Ab ingressu parandi, nec removendi — 25. Proderit etiam[u] in ipso Societatis ingressu aliquos, qui ad id accommodati viderentur, quique propter aetatem vel ingenium in gra-[15]vioribus studiis profecturi non essent, hac conditione recipere, ut vitam suam in his literis docendis divino[v] obsequio dicare velint[v]; quod[w] etiam adnotetur in[x] libro provincialis[wx]. Hi[y] vero vel ante, vel postquam[y] aliquot annos docuerint[z], prout in Domino visum fuerit, aliquid[z] ex conscientiae casibus audire et sacerdotes fieri poterunt, ad[a] idem docendi munus[a] reversuri; a[b] quo non removeantur sine gravi causa et consultatione[b]; nisi interdum ob defatigationem, ut uno aut altero anno intermittant, praepositus provincialis statuerit.

A docendi munere non eximendi[37] — 26 Discipulos[c] interim nostros provincialis a docenda grammatica vel humanitate non eximat, nisi aliter ob aetatem aut aliam ra-

---

[31] Vide *ib.* c. 13 litt. B; MP I 289.
[32] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 62-71 (Magistrorum delectus et institutio); supra, p.238-39.
[33] De seminariis latinitatis, praesertim in Hispania, institutis, cf. MP IV 231 et passim.
[34] De grammatica latina v. Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 61 (Qua utendum grammatica); supra, p. 238.
[35] De editione huius grammaticae romana, materia aliquantum aliter diposita, v. *ib.* p. 123 adn. 11.
[36] De magistris perpetuis v. Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 62-65; supra, p. 238-39.
[37] Vide Rat. st. 1591, reg. praep. prov. 72; supra, p. 239-40.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tionem statuendum in Domino videatur[cM].

Ex cursu ad theologiam eligendi — 27. Ex singulis[d] tamen cursibus seligat singulos aut binos ternosve, seu plures pro numero discipulorum, qui plus ceteris profecturi videantur, quos theologiae applicet; quibus tamen, si necesse sit, vel si videatur, uti poterit, absolutis studiis et tertio anno probationis, ad docendam etiam grammaticam seu studia humanitatis[d].

Magisterii tempus[38] — 28. Enitendum[e], ut scholis nequaquam praeficiatur, qui philosophiam, si eam audituri sunt, nondum audierint, cum qui iam audierint, non desunt[e].

Initium docendi a qua schola — 29. Curandum[f] etiam, ut nostri initium docendi faciant ab ea schola, qua superiores scientia [16] sint, ut sic quotannis ad altiorem gradum cum bona parte suorum auditorum possint ascendere[f39].

Academia ad magistros instituendos[40] — 30. Atque[g] ut instructiores sint, quando ad docendum veniunt, pernecessarium est, ut privata academia ad id exerceantur; quod rectori valde commendetur, quo, ut est in eius regula 9[N41], diligenter efficiatur[g].

Confessarii non desint[42] — 31. Efficiat[j], ut in collegiis praesertim primariis, in quibus numerus[h] externorum discipulorum[h] copiosior est, plures sint confessarii[i], ne ad unum omnes ire necesse sit; quam etiam ob causam extraordinarii interdum exponantur, ut magis poenitentibus satisfiat[ij].

Nec coadiutores — 32. In collegiis vero[k], praesertim minoribus[k], operam dabit, ut coadiutorum satis sit[43], ne magistrorum[l] et discipulorum[l] opera rector ad munera[m] domestica uti cogatur.

Reditus pro bibliotheca — 33. Ne[n] nostris quantum satis est, librorum desit, aliquem[n] redditum annuum[o] sive ex collegii ipsius bonis, sive aliunde, amplificandae[o] bibliothecae attribuat; quem alios in usus convertere nulla[p] ratione liceat[p44].

Abstinendum a libris inhonestis[45] — 34. Omni[q] vigilantia caveat, maximi momenti id esse ducendo, ut omnino in scholis nostris abstineatur a libris poetarum, aut quibuscunque, qui honestati bonisque moribus nocere queant, nisi prius a rebus et verbis inhonestis purgati sint; vel si omnino purgari non poterunt, quemadmodum Terentius[46], potius non legantur, ne [17] rerum qualitas animorum puritatem offendat.

Constantia in scholarum horis et vacationibus — 35. Constituat[r], quibusnam toto anno horis inchoandae finiendaeque sint scholae, ubi certis anni temporibus variantur.

[M] *p* videatur *t1616* Curandum tamen, ut qui talenta ad concionandum ostendunt praesertim rariora, non diutius quam par est, in docendi munere tam humaniores literas, quam philosophiam et theologiam detineantur; ne si secus fiat, quando in iis studiis pene consenuerint, tum demum ad concionandum accedant / [N] *t1616* 9] 18 *t1599 erronee*.

---

[38] Vide *ib.* reg. 71; supra, p. 239.
[39] Vide *ib.* reg. 70.
[40] Vide *ib.* reg. 67-69.
[41] Regulam nonam rectoris v. infra, p. 370.
[42] Vide Rat. st. 1591, reg. 94 praep. prov.; supra, p. 242.
[43] Vide *ib.* reg. 82; supra, p. 241.
[44] Cf. *Const.* P. IV c. 3 § 2; c. 6 § 3 et litt. B; MI *Const.* III 109 et 120.
[45] Cf. *ib.* c. 5 litt E; c. 14 § 2; MP I 223 299.
[46] Vide *ib.* c. 14 litt. D; MP I 299; cf. etiam MP I-IV passim.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quod autem constitutum fuerit, in eo constanter perseverandum; sicut nec facile permittendum, ut dies vacationis hebdomadariae differatur aut anticipetur; curandumque, ut ordo dierum, quibus docendum et quibus vacandum est, omnino servetur[r].

Vacatio[47] — 36. Ut[s] assiduitas in literario exercitio, sic et aliqua remissio necessaria est; cavendum tamen, ne ullae novae vacationes introducantur; et in iis, quae praescribuntur, constantia servetur. De quibus haec potissimum dicenda sunt[s]:

Vacatio generalis — 37 § 1. Anniversariae[t] vacationes generales classium superiorum breviores non sint uno mense, nec longiores duobus. Rhetorica, nisi mos universitatis aliud exigat, mense vacet; humanitas tribus hebdomadis, suprema grammaticae duabus, una tantum reliquae.

Dies festi — § 2. Ut certi statique sint dies festi, quorum numerum minui magis, quam augeri oportet, eorum catalogum conficiendum curet pro suae regionis ritu.

§ 3. A vigilia natalis Domini ad festum usque Circumcisionis diem classes superiores, inferiores vero a meridie eiusdem vigiliae usque ad festum diem sanctorum Innocentium vacent.

§ 4. A Quinquagesima vacetur, ubi mos [18] erit, usque ad feriam quartam Cinerum; quo tamen die post meridiem magistri omnes doceant.

§ 5. A dominica Palmarum usque ad dominicam in Albis superiores classes, inferiores autem a meridie quartae feriae maioris hebdomadae usque ad feriam tertiam Paschatis vacent.

§ 6. A vigilia Pentecostes in scholis superioribus, in inferioribus a meridie eiusdem vigiliae usque ad feriam tertiam vacetur, et praeterea feria quinta.

§ 7. Pridie solemnitatis Corporis Domini tum inferiores, tum superiores a meridie solum vacent; contra vero in Commemoratione defunctorum solum ante meridiem.

§ 8. Porro his diebus, quibus scholae tantum inferiores habentur, nihil de legitimo tempore diminuatur.

Supplicationes — § 9. Si quando per supplicationes publicas non liceat habere scholas antemeridianas, pomeridianae certe habeantur; in Rogationibus tamen etiam antemeridianae, ubi ea consuetudo viget.

Hebdomadaria vacatio — § 10. Saltem singulis hebdomadis dies unus quieti destinatus sit. Quod si duo dies festi in unam hebdomadam inciderint, nullus praeterea erit vacationis dies, nisi forte id saepius atque ita accidat, ut alter in diem Lunae, alter in sabbathi diem incidat; tum enim poterit alius dies indulgeri. Quod si unus in hebdomada [19] dies festus fuerit, isque dies Mercurii vel Iovis, eo die vacetur, non alio; sin autem die Lunae aut sabbathi, cessabitur item die Mercurii vel Iovis; si denique die Martis aut Veneris, tunc si concio non habeatur, et liceat honestae recreationi operam dare, non vacabitur alio die; si non liceat, vacabitur rursus die Iovis aut Mercurii.

Diversa pro ratione classium — § 11. Et in superioribus quidem classibus hebdomadariae cessationi dabitur integer dies. In inferioribus vero ante meridiem docetur, in rhetorica per horam cum dimidiata, in ceteris per duas horas; post meridiem omnes vacant; ab initio tamen iunii omnes tota die[t].

---

[47] De vacationibus cf. Rat. st. 1591; supra, 241-42.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Observatio libri studiorum — 38. Denique, ut totus hic Societatis labor ad maiorem Dei gloriam bene succedat, videat, ut omnes tum superiores tum inferiores perfecte observent suas, quae ad rationem studiorum pertinent, regulas.

Varietas pro varietate regionum — 39. Et quoniam pro regionum, temporum ac personarum varietate in ordine et statutis horis studio tribuendis, in repetitionibus, disputationibus et aliis exercitationibus, itemque in vacationibus potest varietas accidere, si quid in sua provincia magis expedire ad maiorem in literis profectum existimabit, referat ad praepositum generalem, ut ea demum statuantur, quae ad omnia necessaria descendant; ita tamen ut ad communem ordi-[20]nem studiorum nostrorum maxime accedant[48].

Pietatis et morum praecipua cura — 40. Ad extremum, quae de pietate et disciplina morum ac de doctrina christiana tradenda in regulis inferiorum magistrorum, et quae de moribus ac pietate in communibus omnium magistrorum regulis praecipiuntur[49], ut proxime ad salutem animorum spectantia, et toties in Constitutionibus inculcata, sibi praecipue commendata putet. [21]

---

[a] studiorum adiungat *:A-D* [b] virum ... ordinanda] virum gravem, solertem, assiduum et in scientiis exercitatum *:A* [c] tum etiam ... pareant] tum etiam qui in convictorum et alumnorum seminariis degunt, in rebus ad studia pertinentibus pareant *:A* [d] etiam qui *:B-C* [e] seminariis degunt, in rebus *:B* [f] 3. Quod ... praesit] Eodem modo in magnis collegiis necesse erit constituere praefectum studiorum inferiorum *:A* Eodem modo ... inferiorum Imo ubi necesse sit, tertium alium praefectum a rectore designandum curabit *:B* [g] qui ... praescripto] qui iuxta generalis praefecti directionem *:C* [h] videantur aptiores] promptiores videantur et aptiores *:B-C* [i] qui docet] qui quidem optandum est, ut *:B* adhibeat] colloceat *:A-C* [k] etiam ... scientiis] sed etiam in scientiis *:A-B* [l] quoad ... potest] quantum fieri potest *:A* [m] *p* versatos *add. :A* quos etiam expediret mature ad id applicare, ut dum alia studia tractant, et cogitationes suas dirigere et supellectilem parare possint [n] 6. Hanc ... audiant] Hanc autem Scripturae lectionem biennio 2^i^ fere et 3^i^ anno theologi audiant *:C* [o] Sacrae dein *:A* [p] vel ... peritus] opportunumque esset, ut quem sacrum librum latine enarrat, eundem postmodum in hebraea lectione et hebraeo interpretaretur; ad si fieri non potest, sit tamen hebraeus professor theologus et linguarum peritus *:A* [q] 8. Ab hac ... reperiuntur] Ab hac lectione nullus theologorum eximatur, licet nova Constitutiones caute deliberare superiores debeant, quoniam sunt hanc studio petitas addendi, qui vero adsint fuerint, biennio, quod repetendae theologiae praescribitur, plus studii in hebraeis impendant, imo in ipso cursu theologiae privata academia, si fieri potest, reverantur *:A* Ab hac lectione, sicut a lectione Scripturae, nullus theologorum eximatur. 2^i^ et 3^i^ theologiae anno Scripturam audiant, altero horum hebraeam linguam, habebitur autem fere lectio Scripturae mane per tres circiter quadrantes, linguae hebraeae a prandio per medium horam ante vel post scholasticam, prout commodius videbitur, et licet ab hebraea lectione nullus sit eximendus, superiores tamen caute tenta *:B* Ab hac lectione per anni curriculum audienda saltem fere vel tertia pars non eximatur, nisi qui linguae peritiam consecuti sunt, praeterea unam caute tenta Constitutiones *:C* [r] 9. Quaecumque ... repetantur] Quaecumque nova mentem Constitutionum theologiae cursum absolvere cupiat, ad id commodius a duobus professoribus. Potest enim quandoque adhiberi tertium, si forte ab aliis duobus praecepta aliqua materia praetermissa aut non expedita esset. Neque enim alias materias ac quaestiones in explicandis scholis tam late, tam diffuse sit ac auctorum ingenia subservanda, non obruenda *:A* [s] nova Constitutiones *:B-C* [t] scholae fere *:B-C* [u] a duobus vel tribus *:C* [v] qui S. Thomae bene *:C* [w] 11. In iis ... promovere] S. ea post absolutos studia insignes in doctrina evaserint, poterunt. Illi autem, qui regionis nostrae sint, promoveri ad gradus doctoratus ne malignum, nam ubi non est mos non fiet, nisi quando necessitas postulet, scitae privatim, et non nisi consulto praeposito generali, ac causis et qualitatibus personae admotis. In hac autem promotione constitutio quae habet P. IV c. 15 accurate servetur *:A* Post absolutos studia qui scholam insignioribus, quantum communitas ferre, hominum, nova Const-

---

[x] Quae de ... Ignatio in Constitutionibus [y] Const. p. 4 n. 8; K. 74 2; 342 et lim. A. 4 § 3; MP 1 364; Dir. Ong. 20 n. 206

[z] Quae reg. 20 comm. prov. sunt hab. et reg. comm. 26. Si prof. n. m. imita. 2. 362 et 423-25

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tutiones, ad theologiam privatim repetendam. Ex quibus poterunt quidem aliqui, ubi ... [*v. tA*] ... admonito *tB* / [x] iuxta Constitutiones *tC* / [y] Ex ... est] ex quibus non nisi ubi regionis mos est *tC* / [z] facta ... potestate] cum facultate Generalis iuxta regulam 62 provincialis *tC* /

[a] 11. Ubi ... teneantur] Ad gradus non promoveantur, nisi theses aliquot ex insignioribus Scripturae locis scholasticis conclusionibus intermisceant. Ratio quoque promovendi et reliqui ritus, modo ne Constitutionibus repugnent, pro cuiusque loci consuetudine teneantur. Quod si externis nostri gradum conferant, chirothecas non accipiant, convivio vero ne ipse quidem praeceptor et promotor, si facile declinare poterunt, intersint *tA*] Ubi mos est, ut solemnis fiat promotio ad gradus, constitutio accurate servetur, nec ullus promoveatur ... [*v. tA*] ... intersint *tB* / [b] Duos in primariis collegiis casuum professores constituat, qui universas eius generis materias inter se divisas biennio explicent. Ubi vero unus tantum erit, si binas quotidie lectiones habere poterit, eadem erit ratio; sin vero unam solum, tunc faciliora omittens, materias ita contrahat, ut triennio absolvat. In iis etiam locis magis contrahat, in quibus graves ob causas hoc omne studium intra duos annos redigendum videretur. Quod si ne unus quidem esset casuum professor ordinarius, efficiat provincialis, ut aliquis ex theologiae professoribus, aut ipse praefectus, aut alius tertia et sexta feria per totum quadriennium a prandio extrema scholarum hora in maximo gymnasio aut in templo praecipuas materias edoceat *tA-B* / [c] 13. Bis ... servet] In omnibus tum domibus professis, tum collegiis, sive in iis aliqua sit, sive nulla publica casuum lectio, sacerdotes nostri bis aut minimum semel in hebdomada conveniant ad habendam inter se de casibus collationem, aliquo praeside, qui prudenter ac tuto possit hanc provinciam sustinere. Atque is praeses regulas professoris casuum, in quibus modus huius collationis praescribitur, legat ac servet. Fiat etiam huiusmodi casuum collatio in primariis collegiis, sive unus duove sint casuum professores, sive nullus, pro theologiae potissimum auditoribus; sed semel tantum in hebdomada. Ab hac autem collatione praeter theologiae et philosophiae professoribus, et si quos alios excipiendos superior iudicaverit, nulli praeterea sacerdotes, qui ex professo vel interdum confessiones audiant, eximantur; imo superior ipse, quoad eius fieri potest, intersit *tA* / [d] 15. Ab ... collationibus] Ab omnibus huiusmodi collationibus *tA-B* / [e] oportet ... repetiisse] oportet esse theologos *tA-C* / [f] 17. Philosophicum ... iudicio] qui professores philosophiae cursum triennio perficient *tA* / [g] 18. Licet ... iudicetur] Nostros communiter non ante ad philosophiam mittat, quam annum in humanitate et biennium in rhetorica consumpserint, nisi aetatem obstare aut aliquid aliud in Domino iudicaverit *tA* / [h] limitatus *tB-C* / [i] quam ... iudicetur] quam ... [*v. tA*] ... iudicaverit *tB-C* / [j] Quod ... impendere *deest in tA-B* / [k] 19 § 1-13. Postquam ... est § 3] Postquam vero cursum philosophicum ingressi fuerint, examinandi erunt per designatos examinatores; magistros videlicet theologiae ac philosophiae, ac consultores, rectore praesente vel etiam provinciale, si interesse voluerit; primum quidem paulo ante Quadragesimam vel sub ferias paschales; deinde rursus mense septembri, logica absoluta; ac in priori examine, si qui prorsus inepti ad philosophiam deprehensi fuerint, mittantur ad casus; de reliquis nihil certi pro tempore statuatur. In posteriore examine quicunque plus quam mediocrem progressum facturi videntur, ii toto triennio in cursu pergere iubeantur. Caeteri mittantur ad casus *tA*] Postquam ... [*v. tA* ... casus. Qua tota in re (quia magni momenti in Domino iudicanda est, et considerate admodum ad maiorem Dei gloriam transigenda) decretum P. Generalis anno ... ad provinciales transmissum, diligenter servetur *tB*] Postquam ... [*v. tA*] statuatur. In posteriore examine qui mediocritatem excedunt, ii toto triennio in cursu pergant; ceteri qui eandem non excedunt, ad casuum studium applicentur *tC*. — NB! In *tB* post textum a nobis exscriptum, sequuntur tres regulae, quae non apparent in *tR99;* in margine earum alia m. adnotatio legitur: «Hoc totum habetur in illo *Decreto*; consideretur, an debeat *Decretum* ipsum hic totum transferri» (v. *Instit. 186/C* p. 374). In *tC* deinde in marginibus eadem m. exaratum est summarium *Decreti*; postremum in *tD* aliquanto fusius (in 13 §§ divisum), ea forma qua habetur in *tR99*. Textum autem *Decreti* v. *Institutum S. I.* II 273/ [l] Si ... exerceantur] Ubi autem commode fieri poterit, vel diversis horis professor idem, vel eadem hora professores duo binas quotidie lectiones publicas habeant, quibus mathematicum curriculum, quod P. Clavius scripserit, explicent duobus annis; priore quidem physicis, posteriore metaphysicis; sed ad hunc posteriorem nostri ne compellantur *tA-B* / [m] 21 § 1-6. Scholae ... onerentur] Scholae studiorum inferiorum quinque fere esse debent: una rhetoricae, altera humanitatis et tres grammaticae; nisi forte numerus discipulorum tantus esset, ut aliqua classis geminanda videretur. Duplicandorum autem magistrorum et classium tres causae esse possunt; vel enim est ingens discipulorum multitudo, vel solum doctrinae inaequalitas, vel utrumque. Multitudo cogit, ut classes ac magistri geminentur, qui diversis quidem locis, eadem tamen et eodem tempore docere debent. Inaequalitas facit, ut in eadem classe sub eodem magistro discipuli in duos ordines referantur, ut in regulis 3.ae classis distincte habetur. Denique inaequalitas et multitudo efficit, ut et ordines et classes duplicare necesse sit; quarum una superior, altera dicetur inferior *tA*] Scholae ... debent (omissis propter rationes, quae afferuntur in parte quarta Constitutionum, abecedariis) una ... [*v. tA*] ... inferior. Et ordines quidem addere per se ipse poterit; magistros vero inconsulto Generali non augeat *tB*] Scho-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

lae ... [v. *tA-B*] ... grammaticae. Hi enim sunt quinque gradus sibi invicem connexi, ut clare ostenditur in regulis professorum grammaticae regula tertia. Quos nullo pacto provincialis patiatur confundi ac permiscere, nec duos ordines in eadem classe permittat, nisi forte in tertia grammaticae, ut ibidem habetur. Quod si pauciores scholae sint quam quinque, singulae teneant aliquem gradum uni ex illis quinque respondentem. Si id nullo modo ferat discipulorum inaequalitas, potius scholae et praeceptores multiplicentur, non sine facultate Generalis iuxta regulam 47 provincialis. Nam duae omnino erunt causae duplicandorum magistrorum, aut ingens numerus discipulorum; cui videlicet sufficere non possit unus magister; et tunc duplicata schola eidem gradus retinebitur, et diverso quidem loco, sed eadem et eodem tempore docebuntur; aut eorundem inaequalitas in doctrina; et tunc duplicata schola novus etiam gradus, sed tantum in ultima, ut dictum est. statuetur *tC*] Scholae ... [v. *tR99*] ... oneretur *tD* [a] 23. Dabit ... utantur] Societas utatur *tA-C* [b] Quod ... videatur] Quod si eius methodus puerorum captum videatur excedere *tA-B* [c] consulto praeposito generali] cum praepositi generalis consensu *tA-C* [d] quam potest plurimos] quo plures potest *tA-C* [e] aliquos *tA-B* [f] ministerio *tA-C* [g] ad id applicet *tA-B* [h] Multum etiam proderit *tA-B* / [i] divino servitio in docenda grammatica manicipare velint *tA-C* [j] Quod ... provincialis *deest in tA-B* [k] in libro magistri novitiorum *tC* [l] Hi vero postquam *tA* [m] docuerint, aliquid *tA*

[a] ad docendam iterum grammaticam *tA-B* [b] Nec ministerium hoc relicturi *tA-B*] nec ... relicturi sine licentia Generalis *tC* [c] 26. Discipulos ... videatur] Caeterum eorum, qui aliis studiis et ministeriis Societatis operam datum sunt, neminem provincialis, nisi permissu Generalis a docenda grammatica vel humanitate eximat, ne eos quidem, qui ab aliis provinciis studiorum causa venissent. Quod si magistris non egeat, eos vel in suas provincias redire curet ad docendum, vel in alias mitti; vel denique retineat ad unum annum in classe rhetoricae, nisi aliter praeposito generali de aliquo statuendum in Domino videretur *tA-B*] Nemmem scholasticorum nostrorum provincialis a docenda grammatica vel humanitate eximat, nisi aliter praeposito generali de aliquibus statuendum in Domino videretur *tC*] Discipulos ... [v. *tR99*] ... provinciali statuendum [n] [o] 27. Ex ... humanitatis] *tC* [p] *deest* Ex singulis etiam [v. *tR99*] ... studiis ad docendam ... humanitatis [q] [r] 28. Enimvero ... desunt] *tC* [s] *deest* Conducibile autem esset, ut non docerent, nisi qui philosophiam audierint [t] Quamvis optabilius esset, ut nostri communiter non docerent, nisi post absoluta studia; quod ad conformitas videatur constitutionis [P 4 c 9 § 3], tamen saltem quoad eius fieri potest, ad docendum non mittantur, nisi audita philosophia, si ad eam apti viderentur *tC* [u] 29. Curandum ... ascendere] *tC* [v] *deest* et nisi quid impediat, curandum in Domino, ut nostri mittant docendi faciant ab ea schola, qua superiores scientia sint, ut sic quovannis ad superiorem gradum cum bona parte suorum auditorum possint ascendere [w] [x] Atque efficiatur] *tC* [y] *deest* Qui ut commendetur, ut iuxta eius regulam 18 diligenter efficiatur [w] [z] numerus discipulorum] *tA-B* confessarii, qui magis poenitentibus satisfiat] *tA* confessarii, ne ad unum omnes ire necesse sit, et magis poenitentibus satisfiat] *tB* Efficiat [v. *tR99*] ... satisfiat *tC-D* [aa] vero magistros] *tA-B* magistrorum] *tA* magistrorum et scholasticorum] *tB* magistrorum et discipulorum *tC-D* [ab] exercitia] *tA-B* [ac] Ne ... ancillam] Et quisque eorum, qui necessaria ei facere, habeat aliquem] *tB* [ad] amicum ... amicum] amicissimum ... amicissimum] *tA-B* [ae] non licet] *tA-B* [af] Imprimisque curent] *tB-C* [ag] Conservari ... servetur] Ne permittat inter vacationis hebdomadarias facile differre aut anticipari, nec ullas novas vacationes introduci, sed ordinem eorum, qui nos dominicam est et quibus vacandum, qui ordo in regulis rectoris habetur, conservari inviolabiliter servandum curet] *tA* Ne permittat ... curet. Denique de ordine et modo horum horarum, ubi certis ann temporibus variatur, intelligendum est [ah] Deinde, quibus in locis annus horis mechanicae [ai] exercitiis seu scholis, ubi certis ann temporibus variatur. Quod autem conservatum fuerit, ut ne contrarie perseverandum. Non permittat ... qui nos vacandum, inviolabiliter servandum curet] *tC* Conservari ... [v. *tR99*] ... omnino servandum curet] *tD* [aj] De ... assistentia ... docenda sunt] *tC* [ak] *deest* [al] [am] Anniversarias ... loca die] *tA-C* [an] *deest* Anniversarias ... [v. *tR99*] ... loca die [ao] [ap] Denique ... regulas] Denique ... regulas] *tA-B* [aq] Et quotidie ... accedant] Et quia ... diversitate ... temporis ut ... non nisi ... accedant] *tB* [ar] Et ... accedant] *tD* [as] Ad ... ... de ... ... [at] ... ... magistrorum praecipuntur ... specialia ... [au] ... ... [av] Ad ... ...

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE RECTORIS[1]

Studiorum cura — 1. Cum[a] ideo collegia et universitates Societas amplectatur[2], ut in his nostri commode possint et doctrina ceterisque rebus, quae ad adiuvandas animas conferunt, instrui, et quae didicerint ipsi, communicare cum proximis; post religiosarum et solidarum virtutum curam, quae praecipua esse debet, in illud maxime incumbat, ut finem hunc, quem in gymnasiis admittendis Societas sibi proposuit, Deo iuvante, consequatur[a3].

Praefecti auctoritas[4] — 2. Ad studia[b] moderanda adiutorem habebit studiorum praefectum, cui omnem tribuet potestatem, quam ad rectam eius officii administrationem pertinere iudicabit[b5].

Literariis exercitationibus intersit[6] — 3. Ita[c] reliqua negotia dispenset ac temperet, ut omnes literarias exercitationes fovere atque amplificare possit. Adeat interdum scholas etiam inferiores; frequenter intersit theologorum philosophorumque disputationibus, tum privatis tum publicis; an et quibus de causis huius exercitationis fructus impediatur, observet[c7]. [22]

Praecidendae discipulis occupationes[8] — 4. Nullo[d] modo ferat auditorum quempiam a disputationibus aut repetitionibus abesse, ut omnes eam rem magnae sibi curae esse intelligant; proinde[e] occupationes omnes discipulis praecidat, quae studiis impedimento esse possint[d9].

Praesertim biennio repetentibus[10] — 5. Eos[f], qui biennio recolunt theologiam, habendis concionibus in ecclesiis, vel in caenobiis virginum, quam minime potest, occupet; idque[g] consulto provinciali[fg].

Magistris qui substituendi — 6. Ex[h] iisdem, si quando ordinarii vel philosophiae vel theologiae praeceptores desint, in eorum loco[A] aliquos suffici par erit; iidemque poterunt, si opus sit, domesticis tum repetitionibus tum disputationibus praeceptorum loco praesidere; immo etiam, consulto provinciali, philosophiam vel theologiam in scholis ad tempus praelegere[h].

[A] locum *t1616*

---

[1] Vide Reg. rect. in Rat. st. a. 1591; supra, P. III 243-49.
[2] Cf. *Const.* P. IV Prooem. et c. 11 § 1; MI *Const.* III 99; MP I 275.
[3] Cf. Rat. st. 1591, reg. 1 rect.; supra, p. 243.
[4] Cf. *ib.* reg. 39-42 (De praefecto studiorum; eo praesertim qui facultatibus superioribus praeest); supra, p. 246-47.
[5] Vide *Const.* P. IV c. 17 § 2; MP I 317; cf. etiam reg. 2 praep. prov., supra, p. 357.
[6] Vide Rat. st. 1591, reg. 7 rect.; supra, p. 243.
[7] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 9; MP I 241.
[8] Vide Rat. st. 1591, reg. 8 rect.; supra, p. 243.
[9] Vide reg. 38 off. rect.; *Institutum S.I.* III 111.
[10] Vide *Institutio eorum, qui per biennium privato studio theologiam repetunt;* infra, p. 443-45.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Linguarum academiae[11] — 7. Efficiat[i], ut hebraeae graecaeque linguae academiae instituantur inter nostros; in quibus academici bis aut ter in hebdomada certo aliquo, puta vacationis, tempore sic exerceantur, ut inde prodire possint, qui harum linguarum scientiam et dignitatem privatim ac publice tueantur[i][12].

Linguae latinae usus[13] — 8. Domi[j] linguae latinae usum inter scholasticos diligenter conservandum curet[14]. Ab hac autem latine loquendi lege non eximantur, nisi vacationum dies et recreationis horae, nisi forte in aliquibus regionibus provinciali vi-[23]deretur his etiam temporibus facile posse hunc latine loquendi usum retineri. Faciendum quoque, ut nostri, qui nondum studia absolverunt, literas cum ad nostros scribunt, scribant latine. Bis praeterea aut ter in anno, cum aliqua celebritas, ut renovationis studiorum aut votorum agitur, philosophi etiam ac theologi carminum aliquid condant affigantque[j].

Academia ad magistros instituendos — 9. Ne[k] magistri classium inferiorum docendi rudes ad docendum accedant, collegii, ex quo humaniorum literarum et grammaticae magistri solent educi, rector deligat unum aliquem docendi peritissimum[15], ad quem sub finem studiorum ter in hebdomada per horam conveniant proxime futuri praeceptores ad novum instituendi magisterium; idque vicissim praelegendo, dictando, scribendo, emendando, aliaque munia boni praeceptoris obeundo[k].

Rectores nostri quomodo eruditi — 10. Si nostri rhetores et humanistae vel ad publicas non accedunt praelectiones, vel accedunt quidem, is tamen, qui scholae praest, et externos discipulos exercet, non potest nimio fortasse oneri externorum et nostrorum probe instituendorum sufficere, nostros alteri curam idoneo rector committat, a quo ex formula in regulis professoris rhetoricae[16] praescripta domi privatim diligenter exerceantur.

Quomodo exercendi[l] — 11. Videat[m] etiam, ut interdum aliquae a nostris rhetoribus orationes aut poemata latine[n] vel graece, tum in mensa habeantur tum [illegible] ad perficiendum [illegible] exercitationes non desint, quae in Constitutionibus nostris commendantur[m][17].

Scholae de rhetoricae partibus — 12. Quando[o] ex [illegible] sive communis [illegible] [illegible] [illegible]

Tragoediae et comoediae[20] — 13. Tragoediarum[o] et comoediarum, quas non nisi latinas ac rarissimas esse oportet, argumentum sacrum sit ac pium; neque quicquam actibus interponatur, quod non latinum sit et decorum, nec persona ulla muliebris vel habitus introducatur[o][21].

Praemia[22] — 14. Praemia[p] distribui publice poterunt semel quotannis; modo id fiat sumptu clarorum hominum, eoque moderato pro scholarum numero collegiique ratione[23]. Eorum autem, qui [25] sumptus suppeditant, in ipsa praemiorum distributione honorifica mentio erit facienda. Magna autem cura caveat, ne discipuli, dum se ad huiusmodi res comparant, morum faciant studiorumve iacturam[p].

Oratio in studiorum renovatione[24] — 15. Non[q] committat, ut oratio in studiorum instauratione publice ab alio, quam a magistro aliquo insigniore, nisi necessitas cogat, habeatur[q].

Quae scriptiones in codicem referendae — 16. Servandum[r] curet, quod est in regulis praefecti bibliothecae de referendis in codicem his rebus, quae publice exhibentur scribunturque in collegio seu extra collegium a nostris[25]; hoc est, dialogis, orationibus, versibus, et aliis huiusmodi, praefecto aut aliis harum rerum peritis dato negotio seligendi[r].

Librorum distributio — 17. Bibliothecarium[s] in librorum distributione a studiorum praefecti praescripto iubeat non discedere[s].

Consultationes magistrorum[26] — 18. Singulis[t] aut alternis saltem mensibus consultationes habeat omnium magistrorum infra logicam, praesente utroque praefecto; ceterorum etiam interdum, praesente praefecto generali; in quibus primum aliquid ex regulis magistrorum tum communibus omnium, praesertim iis, quae ad pietatem ac morum disciplinam spectant, tum propriis singulorum ex ordine recitetur. Moneat autem, cuique licere proponere, si quid in iis difficultatis occur-[26]rat, aut si quid forte non observetur[t].

Hebdomadaria cessatio[27] — 19. Scholae[u] inferiores hebdomadaria cessatione non careant semel in hebdomada vel per integrum diem, vel saltem pomeridianis horis, prout regionum usus tulerit[u][28].

Magistrorum fovenda alacritas[29] — 20. Studeat[v] etiam diligenter caritate religiosa magistrorum fovere alacritatem; curetque, ne muneribus domesticis gravius onerentur. Quod autem rectori praescribitur regula vigesima quinta sui officii[30], id peculiari studio cum iis exequatur[v].

Exhortationes ad discipulos[31] — 21. Deliberet[w], an praeter magistrorum heb-

---

[20] Vide Rat. st. 1591, reg. 55 rect.; supra, p. 248.
[21] Vide reg. 58 off. praep. prov.; *Institutum S. I.* III 79.
[22] Vide Rat. st. 1591, reg. 54 rect.; supra, p. 248.
[23] De praemiis distribuendis v. decr. 40 congr. gen. I (1558); MP III 6-7; et can. 16 eiusdem: *Institutum S. I.* III 526.
[24] Vide Rat. st. 1591, reg. 53 rect.; supra, p. 248.
[25] Vide reg. 11 praef. biblioth.; *Institutum S. I.* III 146.
[26] Vide Rat. st. 1591, reg. 48 rect.; supra, p. 247.
[27] Vide *ib.* reg. 83 praep. prov.; supra, p. 241.
[28] Vide *Const.* P. IV c. 13 § 5 et litt. F; MP I 293 295.
[29] Vide Rat. st. 1591, reg. 43 rect.; supra, p. 247.
[30] Regulam 25 off. rect. v. in *Institutum S. I.* III 110.
[31] Vide Rat. st. 1591, reg. 58 rect.; supra, p. 249.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

domadarias exhortationes, alia insuper a patre quopiam gravi habenda sit singulis vel alternis mensibus in loco aliquo ampliore; in quem inferiores tantum, vel etiam superiores classes cogantur; et an ex usu sit, ut ipsemet praefectus aliusve per classes interdum monita salutaria et propria puerorum tradat[w].

Praefecti atrii regulae — 22. Ubi[x] praefecto studiorum inferiorum a provinciali socius addetur, qui et atrii praefectus dici poterit, ad illum pertinebit regula secunda praefecti inferioris et regulae eiusdem, quae ad mores pertinent a numero trigesimo septimo usque ad finem; et, si videatur, regulae de novis examinandis a numero nono usque ad tertium decimum[x32].

Congregatio B. Virginis — 23. Det[y] operam, ut Divae Mariae Annunciatae congregatio ex Romano Collegio in [27] suum propagetur[33]; cui qui nomen non dederit, non esset in academiam, in qua recoli solent literariae exercitationes, admittendus; nisi forte ipse rector aliter expedire in Domino iudicaverit. Verum ea, quae ad congregationem vel academiam spectant, ne fiant eo tempore, quo in templo nostro sacrae conciones seu lectiones habentur[y].

Quaedam provinciali permissa — 24. Denique[z] de vacationibus, de gradibus, de nostris, quibus biennium ad recolendam theologiam concedendum erit, deque aliis provincialem consulat; et diligenter, quae ipse statuerit, exequatur[z].

---

[a] 1. Cum ... consequatur] Cum ad hoc ... proximis, potiores nullas sui officii partes esse rector existimet, quam efficere, ut salva religiosae vitae pietate, hunc finem ... proponit, consequatur *tA*] Cum ideo ... cum Dei gratia consequatur *tB-C*] Cum ... consequatur *tD* / [b] 2. Ad studia ... iudicabit] Par est, ut rector studiorum praefecto, quantum plus potest, suae potestatis impertiat in rebus litterariis moderandis. Cui etiam bibliothecarium in librorum distributione subiectum esse iubeat. Quod si ob gymnasii amplitudinem ac varietatem per unum studiorum praefectum non videatur omnium scholarum rationibus satis esse consultum, duos a praeposito provinciali constituendos curet; quorum unus inferioribus facultatibus ac disciplinis, alter superioribus per se praesit, inferioribus vero per alterum. Quin etiam sicubi consuetum sit, discipulorum exigat multitudo, adiiciatur tertius, qui scholarum atrio praesit. Cuius erit providere, ne quid turbarum intra extrave scholas accidat; si acciderit, componere quam primum; aliaque eiusmodi munere obire ad morum potius curam spectantia, quam litterarum; quae ut rectoris erit plura pauciorave, ut res tulerit, praescribere, ita eorum ratio rectori reddenda est; eidem tamen praefecto atrii poterit rector vel omnino vel aliqua ex parte, si sit opus, novos auditores examinandos committere, prout expedire in Domino iudicaverit; ita tamen, ut praescripta praefecti inferiorum facultatum se hac in re intelligat sequi oportere *tA*] Ad ... rector habebit ... cui in rebus litterariis moderandis professores omnes et scholares, tum qui domi nostrae, tum qui in collegiis et seminariis degunt, et praefecti ipsi collegiorum et seminariorum parere debebunt; ac proinde aequum est, ut illi rector, quanto plus potest, suae potestatis ad maiorem Dei gloriam impertiat. Quod si ... [*v. tA*] ... litterarum. Cum tamen novi discipuli admittendi sunt, eos examinabit iuxta rationem a praefecto studiorum inferiorum acceptam *tB*] Ad ... [*v. tA*] ... praefectum; eique quanto plus potest potestatis ad maiorem Dei gloriam impertiat *tC*] Ad ... [*v. tR99*] ... iudicabit *tD* / [c] 3. Ita ... observet] Ita ... omnes quidem ... possit; in primis vero frequenter interesse theologorum philosophorumque disputationibus privatis ac publicis; et quibus forte causis huius exercitationis fructus impediatur, observet *tA-C*] Ita ... [*v. tR99*] ... observet *tD* / [d] Nullo ... possint] Nec ferat ullo modo ... ullum ... abesse. Denique perficiat, ut omnes intelligant, eam rem magnae sibi curae esse *tA*] Nec ... rem ad Dei gloriam ... esse *tB*] Nec ... rem magnae sibi curae esse *tC*] Nullo ... [*v. tR99*] ... possint *tD* / [e] denique *tD* / [f] 5. Eos ... provinciali] *in tA-C deest*] Eos ... [*v. tR99*] ... virginum non occupet *tD* / [g] idque ... provinciali *deest in tD* / [h] 6. Ex ... praelegere] *in tA-C deest*] Ex ... [*v.tR99*] ... praelegere *tD* / [i] 7. Efficiat ... tueantur] Contendat, quoad eius fieri potest, ut ... hebdomada sic exerceantur ...

---

[32] Regulas praef. stud. cl. inf. videsis inferius, p. 403-13.

[33] De congregationibus B. V. Mariae cf. supra, p. 143 et 249.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tueantur *tA*] Faciat, ut ... tueantur *tB*] Efficiat ut ... [*v. tR99*] ... tueantur *tC-D* / [j] 8. Domi ... affigantque] Domi ... usum strenue conservandum ... eximantur, nisi vacationis dies, et si iis, qui praesunt, videbitur, recreationis horae ... ut scholares litteras, cum ad nostros scribunt, latine scribant. Bis adhuc ... celebritas agitur, philosophi ac theologi carminum aliquid affigant. Id qui nesciunt, soluta tamen oratione brevem cohortationem aut paradoxum, aliudve id genus conscribant affigantque *tA-B*] Domi ... [*v. tR99*] ... strenue ... et si rectori videbitur ... carminum aliquid, vel si malunt, soluta oratione ... affigantque *tC*] Domi ... [*v. tR99*] ... affigantque *tD* /

[k] 9. Ne ... obeundo] Ne magistri docendi rudes ... rector cum praefecto ad quem a quo die vacatur, a prandio usque ad generales vacationes classium superiorum ... conveniant futuri doctores ... Huic autem exercitationi rhetores omnes, philosophi, theologi et casistae saltem per biennium intersint. Cum enim ad eos probe instituendos uno anno satis temporis non sit, ea institutio per plures annos iisdem inculcanda est. Inde etiam fiet, ut quoties necessitas praesertim tumultuaria coget, copia suppetat eorum, qui magistrum agere possint, sine iis periculis, quibus magistri rudes patere solent *tA-B*] Ne ... [*v. tR99*] ... obeundo *tC-D* / [l] 10. Si ... exerceantur] Quoniam nostrorum rhetorum et humanistarum exercitationes domesticae multam praeceptoris operam necessario postulant, si forte id oneris magister is, qui scholae praeest, et externos discipulos exercet, non possit facile sustinere, nostros alteri cuipiam idoneo committat, a quo iuxta formulam in regulis professoris rhetoricae praescriptam, domi privatim diligenter exerceantur; iidem tamen publicas audiant praelectiones *tA-B*] Si ... [*v. tR99*] ... vel publicas non audiunt ... vel si audiunt, qui ... exerceantur *tC*] Si ... [*v. tR99*] ... exerceantur *tD* / [m] 11. Videat ... commendantur] Videat ... interdum, dum caenatur aut prandetur ... refectorio ... commendantur *tB-C*] Videat ... [*v. tR99*] ... commendantur *tD* / [n] 12. Curandum ... statuunt] Curandum ... aut ... poterit ... Cum caeteris quoque externis id tentandum, paulo tamen mitius, praesertim cum grandioribus; nec tamen eiiciendi, si nolint acquiescere. Si qui ... in matriculam referenda dare, agendum praescribunt Constitutiones *tA*] Curandum ... sive convictores ... grandioribus; qui si volent nihilominus aliam rationem sequi, cogendi non erunt; si qui ... Constitutiones *tB*] Curandum ... [*v. tR99*] ... agendum praescribunt Constitutiones *tC*] Curandum ... [*v. tR99*] ... statuunt *tD* / [o] 13. Tragediarum ... introducatur] Curandum, ut drammata aequo diutius non intermittantur *tA*] Curandum ... intermittantur; in quibus muliebrem personam vel habitum introducere non licebit *tB*] In tragaediis et comaediis, quae non nisi rarissimae sint, iuxta regulam 58 provincialis, muliebrem personam vel habitum introduci non sinat *tC*] Tragaediarum ... [*v. tR99*] ... introducatur *tD* / [p] 14. Praemia ... iacturam] Curandum ut quolibet anno semel minimum praemia publice distribuantur; modo sumptus, ad quos prudenter ac benevole essent inducendi vel episcopi vel magistratus, vel ditiores et illustriores aliqui, moderati sint pro scholarum numero collegiique ratione. Eorum ... facienda *tA-B*] Praemia distribui publice poterunt semel quolibet anno; modo sumptus, ad quos prudenter ac benevole praecipui aliqui viri essent inducendi, moderati sint ... facienda. Magna autem cura caveat, ne discipuli morum studiorumque iacturam faciant, dum se comparant ad theatrum *tC*] Praemia ... [*v. tR99*] ... iacturam *tD* / [q] 15. Non ... habeatur] Non ... [*v. tR99*] ... publice pronuncianda ... aliud cogat, habeatur *tA-C*] Non ... habeatur *tD* /

[r] 16. Servandum ... seligendi] Servandum ... in penultima regula ... iis ... nempe ... data a rectore cura seligendi *tA*] Servandum ... seligendi tD / [s] 17. Bibliothecarium ... discedere] ... eundemque bibliothecarium ... discedere *tB*] Bibliothecarium ... discedere *tC-D* / [t] 18. Singulis ... observetur] Singulis vero aut alternis mensibus conventus habeat omnium magistrorum inferiorum facultatum, etiam rhetoricae ac praefectorum ... singulorum; deinceps ex ordine recitetur. Denunciet autem ... si quid etiam peccari soleat. Deinde vero singulos roget, si quid praeterea dicendum veniat in mentem. Ipse postremo si quid videbitur, admonebit *tA*] Singulis aut ... consultationes ... admonebit *tB*] Singulis ... Moneat autem ... si quid forte non observetur *tC*] Singulis ... [*v. tR99*] ... utroque praefecto; in quibus ... observetur. Eaedem, si libet, consultationes caeterorum magistrorum, praesente generali praefecto, sed longe rarius, haberi poterunt *tD* / [u] 19. Scholae ... tulerit] Sua grammatici recreatione ... [*v. tR99*] ... tulerit *tA-C*] Scholae ... tulerit *tD* / [v] 20. Studeat ... exequatur] Existimet, maxime sibi cordi esse debere, ut salva religiosi instituti disciplina, praeceptorum conservet hilaritatem. Curet, ne ministeriis domesticis gravius onerentur. Quod autem rectori praecipitur regula 25, id peculiari studio cum iis exequatur. Vocet igitur crebro singulos humanitatis ac grammaticae magistros et benevole roget, ecquid eis desit, ecquid scholarum progressum impediat, et alia huiusmodi, ut etiam liberius possit signa edere suae in illos benevolentiae, et utilius, si quando opus sit, admonere; ipsi etiam fidentius per eam occasionem suas necessitates exponent *tA-B*] Existimet ... regula 25 sui officii ... exequatur *tC*] Studeat ... [*v. tR99*] ... exequatur *tD* / [w] 21. Deliberet ... tradat] Sedulo deliberet ... sit in ampliore aliqua classe; in quam ... aliusve alioquo per hebdomadam die in aliqua classe in orbem varianda monita salutaria et propria puerorum moribus tradat *tA-B*] Deliberet ... [*v. tR99*] ... tradat *tC-D* / [x] 22. Ubi ... decimum]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Ubi ... dabitur ... pars regularum ipsius praefecti inferioris ad illum pertinebit; scilicet reg. 2.a et regulae, quae ad mores pertinent a numero ... usque ad ... et, si videatur, regulae de novis examinandis a numero ... usque ad ... *tC*] Ubi ... addetur ... poterit, ad illum pertinebit reg. 2.a praefecti inferioris et regulae eiusdem, quae ... usque ad ... *tD* / ʸ 23. Det ... habentur] Det ... academiam admittendus ... iudicaverit *tB*] Det ... academiam, in qua recoli solent scholasticae exercitationes ... iudicaverit; sed ne ea, quae ad congregationem vel academiam spectant, fiant eo tempore, quo sacrae conciones seu lectiones habentur in templo nostro *tC*] Det ... [*v. tR99*] ... habentur *tD* / ᶻ 24. Denique ... exequatur] Denique ... biennium vel semestre ad repetenda studia dandum, et deque ... exequatur *tC*] Denique ... [*v. tR99*] ... exequatur *tD*.

REGULAE PRAEFECTI STUDIORUM [1]

Praefecti munus — 1. Praefecti[a] munus est, generale rectoris instrumentum esse ad studia recte ordinanda, scholasque nostras ita regendas ac moderandas pro facultate ab eo accepta, ut qui eas frequentant, quam maxime in vitae probitate ac bonis artibus doctrinaque proficiant ad Dei gloriam[a2].

Praefecti et cancellarii discrimen — 2. Sicubi[b] forte cancellarius est a praefecto distinctus[2], provincialis erit videre, quaenam ex his regulis utrique communes, vel alterutri propriae esse debeant, pro cuiusque academiae consuetudine et statutis[b].

Praefectus non dispenset — 3. Nihil[c] immutet ex iis, quae habentur in ordine studiorum, neque dispenset; sed, ubi opus est, referat ad superiorem[c].

Liber de ratione studiorum — 4. Librum[d] de ratione studiorum familiarem habeat, et ab auditoribus professoribusque omnibus regulas sedulo curet observandas; praecipue vero eas, quae de doctrina sancti Thomae theologis, et de delectu opinionum phi-[30]losophis praescribuntur[3]; in quo praesertim invigilet, cum conclusiones defendendae, maxime vero cum imprimendae erunt[d].

Professores materias absolvant — 5. Unicuique[e] ex professoribus tum theologis tum philosophis tum casistis, praesertim si quem paulo tardiorem compererit, in memoriam revocet, ut progrediatur ita, ut singulis annis materias sibi assignatas absolvat[4].

Disputationes quomodo moderandae[5] — 6. Omnibus[f] disputationibus, ad quas professores sive theologi sive philosophi conveniunt, praefectus praesit oportet; signumque det finiendi iis, qui disputant; ac tempus sic distribuat, ut omnibus suus sit disputandi locus. Non patietur, difficultatem ullam, quae in disputationem veniat, ultro citroque sic agitari, ut non minus, quam antea incomprehensa permaneat; sed postea quam de re quapiam fuerit concertatum, eam ab eo, qui praeest, diligenter explicandam curet. Neque enim argumenta solvet ipse, sed argumentantibus et respondentibus potius moderabitur; idque maiore cum dignitate praestabit, si non

---

[1] Vide regulas praefecti studiorum in Rat. stud. a. 1591; supra, p. 249-56.
[2] Cf. *Const.* P. IV c. 17 § 2; MP I 317.
[3] Cf. reg. 2-6 prof. theol. et 2-6 prof. phil.; infra, p. 386 et 397.
[4] Vide Rat. st. 1591, reg. 7-8 praef. st. sup.; supra, p. 249-50.
[5] De disputationibus v. *ib.* reg. 9-12; supra, p. 250.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

argumentando (quamvis id aliquando deceat), sed interrogando faciet, ut difficultas magis explanetur[f6].

De actibus theologicis[7] — 7. Suo[g] tempore in memoriam redigat superiori ut, auditis praeceptoribus, statuat, quibusnam sive totius theologiae sive partis alicuius theses defendendae sint; qui quidem [31] actus ab his, quibus non est tribuendum recolendae theologiae biennium, habendi sunt anno theologici studii quarto, aut (si aequo pauciores sint theologi quarti anni) tertio; idque etiam ubi nostri domi theologiam audiunt, externis invitatis, cum aliquo apparatu. Ad generales vero non necesse est, ut omnes admittantur, qui peculiares habuerunt; sed ii, qui ingenio et facultate praestent, eligi poterunt; ii vero qui habituri sunt biennium, biennio ipso actus suos celebrabunt, ut deinde dicetur[g8].

De actibus peculiaribus — 8. Ad[h] peculiares autem actus, quos singuli singulos habebunt, materias ex quatuor theologiae partibus praefectus cum magistris distribuet; sed ita, ut non nimis frequenter, sed per intervalla quaedam habeantur, ac duabus horis et dimidiata minimum circumscribantur; nec nisi mane vel a prandio tantum; et argumententur fere non pauciores quam tres, quorum unus sit, ut plurimum, doctor[h].

De generalibus — 9. Generales[i] universam fere theologiam comprehendant, et antemeridianum videlicet ac pomeridianum tempus occupent, vel certe ad quaternas seu quinas horas producantur, ubi non nisi mane vel a prandio disputari moris est[i].

Conclusiones imprimendae — 10. Generalium[j] horum actuum conclusiones possunt, si videatur, esse communes nostris [32] omnibus eodem anno defensuris; et publicis typis (si loci consuetudo ferat) excudi[j].

Certum conclusionum tempus — 11. Eorum[k], qui sunt hos actus habituri, unus in ultimam, si commode potest, reservetur hebdomadam, qua studia finienda sunt; alter in eam, qua scholae rursus aperiendae[k].

De actibus externorum — 12. Ad[l] actus generales habendos aliqui quotannis invitentur externi, qui theologiae curriculum in nostro gymnasio non exigua cum laude confecerint. Huiusmodi autem actus oportet esse ceteris sollemniores, et quanto maximo nostrorum, externorum doctorum, ac principum etiam virorum conventu celebrari[l].

Actibus qui praesideant — 13. Praesideant[m] omnibus actibus professores, vel alternis vel simul ambo; ita ut de suis uterque quaestionibus respondeat; praesidere etiam possunt alii doctores nostri[m].

Conclusionum numerus — 14. In[n] generalibus actibus conclusiones nec nimis longae sint, nec plures fere quam quinquaginta; pauciores, si publicus academiae mos aliter habeat. In peculiaribus vero actibus non plures quam viginti; quam duodecim vel quindecim in menstruis disputationibus; quam octo vel novem in hebdomadariis[n].

Respondens conclusionem confirmet — 15. Responsurus[o] conclusionem unam aut alteram breviter (antequam ad disputationem veniatur) paulo quidem ornatius, sed theologico tamen more confirmet[o9]. [33]

---

[6] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 10; c. 13 § 3; c. 17 § 2; MP I 241 243 287 289 317.
[7] De actibus theologicis v. Rat. st. 1591, reg. 13-22 praef. st. sup.; supra, p. 250-51.
[8] Vide *Institutio eorum, qui per biennium privato studio theologiam repetunt;* infra, p. 443-45.
[9] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 10; MP I 243 245.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Disputationes menstruae et hebdomadariae — 16. De[p] menstruis et hebdomadariis disputationibus servanda diligenter curet, quae in regulis professorum theologiae ac philosophiae praescribuntur[p][10].

Audiendi et observandi praeceptores — 17. Audiat[q] aliquando praeceptores, minimum semel in mense; interdum etiam commentarios legat a discipulis exceptos. Si quid animadversione dignum vel ipse observaverit, vel audierit ab aliis, ubi id certo compererit, praeceptorem perquam benigne et comiter admoneat; remque totam ad rectorem, si necesse sit, deferat[q][11].

Recognitio conclusionum — 18. Idem[r] servandum, cum in recognoscendis conclusionibus aliquid incideret, quod inter praefectum et praeceptorem non conveniret; neque enim eo insciente conclusionem ullam aut delere aut immutare debet; ipsa vero immutatio fiet ceteris omnibus insciis, praeter rectorem[r].

De actibus philosophicis — 19. Sub[s] finem triennii cursusque philosophici disputationes habeantur de universa philosophia; ad quas deligantur pauci et egregie instructi, qui eius loci dignitatem sustinere valeant, hoc est, qui multo plus quam mediocriter profecerint[s][12].

Examen nostrorum metaphysicorum — 20. Hi[t] seligendi sunt per examinatores tres aut etiam plures. Examinabunt autem semper praefectus et praeceptor proprius; quibus a rectore addetur tertius ex reliquis magistris [34] vel alius, qui recte id facere posse iudicetur. Cum his tribus aderunt praeterea saltem duo alii professores a rectore item eligendi, qui vicissim etiam mutari poterunt; vel si id non possit, alii valde idonei, qui cum tribus examinatoribus suffragium scripto ferant; ita ut sint minime quinque secreta suffragia; et ab omnibus rem omnino secretam servari oportet[t][13].

Alumnorum et convictorum — 21. Alumnos[u] seu convictores satis est examinari a suo praefecto et duobus philosophiae repetitoribus; aut, si ii defuerint, a doctioribus duobus theologiae auditoribus ex nostris, a praefecto generali assignandis. Verum qui ab his iudicati erunt idonei, non prius ad actum se se comparent, quam sui praeceptoris ac praefecti generalis iudicio sint probati[u][14].

Publicum fit — 22. Hoc[v] examen (a quo, et severe quidem agendo, nullus fere excipiendus e nostris; et, si fieri potest, nullus etiam ex alumnis et convictoribus) publicum erit, nisi quid obstet; videlicet si nostrorum est, coram omnibus nostris philosophiae auditoribus; sin alumnorum seu convictorum, coram omnibus sui collegii philosophis; sin externorum (qui tamen ut examen hoc subeant, cogendi non sunt) coram omnibus externis philosophis saltem suae classis[v][15].

Examinis tempus et forma — 23. Examinandi[w] initium statim post ferias Paschatis fiat; vel etiam ante, si multitudo cogat examinandorum, distributis diebus eo or-[35]dine, quem rector, audito praefecto et praeceptore, existimaverit commodissimum. Duret examen singulorum minimum una hora; eatque per omnes primarias ma-

---

[10] Vide reg. 14 theologiae et reg. 17-20 philosophiae professoris; infra, p. 388 et 399-400.
[11] Vide Rat. st. 1591, reg. 23-26 praef. st. sup.; supra, p. 251.
[12] Vide *ib.* reg. 33; supra, p. 252.
[13] Vide *ib.* reg. 34.
[14] Vide *ib.* reg. 35.
[15] Cf. *ib.* reg. 36-37.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

terias, quas praefectus tempestive ac secreto examinatoribus assignabit[w16].

De tempore et forma actuum philosophicorum — 24. Porro[x] philosophici actus totum scholarum tempus occupent minimum vel mane vel a prandio. Tres fere argumententur; quorum unus sit, ut plurimum, aliquis ex nostris magistris sive theologiae sive philosophiae; vel doctor aliquis religiosus aut externus. Conclusionum autem numerus ac ratio non discrepent ab eo, quod de theologicis generalibus statutum est regula nona[Ax17].

Quibus actibus qui intersint — 25. Theologi[y] non modo auditores, sed etiam professores curet praefectus, ut intersint actibus theologicis, atque adeo philosophicis; et his philosophi; et professores quidem argumentando, urgendo alacriorem ac sollemniorem reddant disputationem[18]. Adesse etiam omnes debebunt, cum magisterium erit vel doctoratus in aliquem conferendus. Quo in genere quid praefectum praestare oporteat, rectoris erit praescribere[y].

Qui ad argumentandum mittendi — 26. Cum[z] nostri vocantur ad disputandum ab externis, vel ad publicas academias vel ad religiosorum conventus, ii potissimum mittendi erunt, qui biennium habent ad theologiam recolendam[z]. [36]

Praescribenda studendi ratio — 27. Et[a] nostris et alumnis et externis per magistros non modo rationem studendi, repetendi, disputandi praescribat, sed etiam omne tempus ita distribuat, ut privati studii horas bene collocent[a19].

Recognoscenda, quae publice recitantur — 28. Nihil[b] publice domi forisve recitari patiatur vel ab iis, qui ad gradus promoventur, vel ab iis, qui actus tum generales tum particulares habent, vel a rhetoricis, quod non ipse tempestive recognoverit et approbaverit[b].

Librorum delectus et copia — 29. Curet[c], ne scholastici libris aut utilibus careant, aut abundent inutilibus. Quare mature rectori suggerat, ne librorum, quibus in dies utimur, aut proximum in annum usuri sunt tum nostri tum externi, copia desideretur[c20].

Qui libri quibus distribuendi[21] — 30. Theologiae[d] ac philosophiae auditoribus non quoslibet, sed certos quosdam, rectore conscio, ex magistrorum consilio concedat libros; scilicet, praeter *Summam* S. Thomae theologis, et Aristotelem philosophis, commentarium aliquem selectum, quem privato studio consulere possint[22]. Tridentinum Concilium omnes theologi habeant, et Bibliorum volumen; quorum lectio sit illis familiaris. An etiam aliquem ex patribus habere debeant, cum rectore consideret. Theologis praeterea ac philosophis omnibus librum aliquem ad humanitatis studia pertinentem distribuat, moneatque, ut certis quibusdam temporibus legere, ubi commodum sit, non omittant[d].

[A] *p* nona *t1616 add.* decima, undecima et duodecima.

---

[16] Cf. *ib.* reg. 38-39.
[17] Regulam nonam praefecti stud. vide supra, p. 375.
[18] Vide Rat. st. 1591, reg. 42 praef. st. sup.; supra, 252.
[19] Vide *ib.* reg. 65; supra, p. 255.
[20] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 7; MP I 239.
[21] Vide Rat. st. 1591, reg. 66-70 praef. st. sup.; supra, p. 255-56.
[22] Cf. *Const.* P. IV c. 6 litt. M; MP I 251.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[a] 1. Praefecti ... gloriam] Existimet ad id se esse delectum, ut omni ope atque opera rectorem adiuvet in scholis nostris ita regendis ac moderandis iuxta facultatem ab eo acceptam, ut qui eas frequentant, quam maxime in vitae probitate ac bonis artibus doctrinaque proficiant *tA*] Praefecti ... [v. *tR99*] ... gloriam *tB-C*] Praefectus studiorum est tamquam administer rectoris in studiis recte ordinandis scholisque nostris ita regendis ac moderandis pro facultate ... gloriam *tD* [b] 2. Sicubi ... statutis] *deest in tA-C* [c] 3. Nihil ... superiorum] *in tA deest*] Nihil ... ad superiorem remittat *tB-C*] Nihil ... [v. *tR99*] ... referat *tD* [d] 4. Librum ... erunt] Auditorum, professorum omnium regulas habeat et perinde ac suas sedulo curet observandas *tA-B*] Proinde librum de ratione studiorum familiarem habeat et ab auditoribus professoribusque omnibus regulas sedulo curet observandas *tC*] Proinde librum ... observandas. Praecipue vero ... [v. *tR99*] ... erunt *tD* [e] 5. Unicuique ... absolvat] Unicuique ... philosophis, praesertim ... ut suas disputationes non ad quadriennii aut triennii solum, sed ad annui etiam spatii normam ac modum redigat ac dispenset *tA-B*] Unicuique ... progrediatur ita, ut ... [v. *tR99*] ... absolvat *tC*] Unicuique ... [v. *tR99*] ... absolvat *tD* [f] 6. Omnibus ... explanetur] Omnibus ... intersit, atque omnia moderetur; argumentandi formam, loquendi vices, spatia singulis ad disputandum praestituta tueatur ... agitari ac confundi ... inexplicita maneat atque indefinita. Postquam igitur de re quapiam satis ... iubeat ... diligenter explicari .... moderetur; ... si ne argumentetur quidem, quamvis id aliquando possit, et interrogando potius, quo difficultas clarius explanetur *tA*] Omnibus ... praesit oportet; qui argumentantes dirigat et ex ea concertatione eliciat ac declaret ad audientium utilitatem doctrinam, quae tenenda sit, qui signum etiam det finiendi ils, qui disputant, ac tempus sic distribuat ut omnibus, quoad eius fieri potest, disputandi locus detur. Non patietur igitur ... explanetur *tB*] Omnibus ... [v. *tR99*] ... concertatum, curet ... explanetur *tC*] Omnibus ... [v. *tR99*] ... *tD* [g] 7. Suo ... dicetur] Seligat cum professorum consilio, re tamen prius communicata cum superiore, auditores ... [v. *reg. 13 tR91. supra*] ... apparatu *tA*] Suo ... [v. *tR99*] discernat, an sufficiens doctrina sit eorum, qui ad actus et gradus (quos ipsemet dabit) sunt admittendi, qui actus sive particulares, sive generales biennio, quod repetendae theologiae datur, habendi sunt, ubi vero nondum potuit introduci biennium, anno theologici studii 4, aut si aequo pauciores hi sint, 3 ... externis tamen invitatis cum apparatu ... eligi poterunt *tB*] Suo ... quinam sint admittendi ad actus sive particulares, sive generales ... dandum ... qui particulares ... deinde dicetur *tC*] Suo ... [v. *tR99*] ... dicetur *tD* [h] 8. Ad ... doctor] Particulares actus non 4 ab uno, sed singuli a singulis habendi unam ex 4 theologiae partibus, amplectentur. Fiant autem ab instauratione studiorum ad paschales ferias, duabus horis et dimidia circumscribantur, nec nisi mane vel a prandio tantum. Argumententur fere non minus quam tres, quorum primus saltem sit doctor :4] Particulares ... Fiant autem non nimis frequenter, sed per intervalla quaedam ab ... primus sit aliquis ex nostris, si fieri potest theologiae aut philosophiae professoribus, alter doctor quispiam externus, tertius egregius aliquis inter auditores sive theologiae sive philosophiae condiscipulus defendentis; qui modo argumentandum in omnibus actibus etiam philosophicis servari potent *tB*] Ad ... [v. *tR99*] ... distribuet, nec nimis frequenter ... doctor *tC*] Ad ... doctor :*D*

[i] Generales ... est] Generales universam theologiam comprehendant, et post Pascha celebrentur; utrumque tempus occupent, antemeridianum videlicet et pomeridianum; vel ad 4 aut 5 horas protrahantur, ubi non nisi mane vel a prandio disputari moris est :*A-B*] Generales ... comprehendant, utrumque ... vel certe ad 4 vel 5 ... est *tC*] Generales ... [v. *tR99*] ... est :*D* [j] 10. Generalium ... excudi] ... Generalium ... si placet ... (nisi hoc consuetudo ad nequaquam ferati) excudi ... :*A-B*] Generalium ... excudi ... *tC-D* [k] 11. Eorum ... aperiendae] Hos habituri ... [v. *reg. 15 tR91. supra*] ... aperiendae :*A*] Eorum qui sunt hos actus habituri ... [v. *tR99*] ... aperiendae :*B* Eorum ... [v. *tR99*] ... aperiendae *tC-D* [l] 12. Ad ... celebrandi] Ad ... externorumque doctorum ac potissimum virorum conventu celebran :*A*] Ad ... peregerint ... celebran *tB-C*] Ad ... celebran :*D* [m] 13. Praesideant ... nostri] Praesideant ... [v. *reg. 20 tR91. supra*] ... exigat :*A-B*] Praesideant ... [v. *tR99*] ... quaelibet de quaestionibus a se expositis respondente ... nostri *tC*] Praesideant ... nostri *tD* [n] 14. In ... hebdomadariis] In ... plures non sunt quam 80, pauciores etiam ... In particularibus ... Conclusionum quaelibet non excedat tria vel quatuor membra. Earum vero unam vel alteram breviter confirmet responsuris, antequam disputetur. De his autem mensiruis et hebdomadariis disputationibus servanda diligenter curet, quae praescribuntur in regulis professoris scholasticae theologiae :*A*] In ... theologiae et philosophiae :*B*] In generalibus actibus conclusiones plures fere ne sint quam 80, pauciores, si publicus academiae mos aliter habeat, quae etiam non sint nimis longae. In particularibus ... hebdomadariis. Et conclusionum ... philosophiae *tC*] In ... [v. *tR99*] ... hebdomadariis *tD* [o] 15. Responsuris ... confirmet] Conclusionum ... [v. supra, :*A-B reg. 14*] ... disputetur :*A-C*] Antequam ad disputationem veniatur, conclusionem unam aut alteram breviter ... responsuris, sed theologo tamen more confirmet ... *tD* [p] 15. De ... praescribuntur] ... De his autem mensiruis ... [v. *tR99*] ... praescribuntur in regulis professoris scholasticae theologiae *tA*] De his ...

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

theologiae et philosophiae *tB-C*] De ... praescribuntur *tD* / [q] 17. Audiat ... deserat] Audiat ... admoneat; si admonentem non audiat, res tota ad rectorem referatur, eiusque stetur arbitrio. Idem servandum, cum in recognoscendis conclusionibus aliquid incideret, quod inter praefectum et professorem non conveniret; neque enim is conclusionem ullam aut delere aut commutare debet inconsulto professore *tA*] Audiat ... ad rectorem referatur. Idem multo cautius agendum, si quid in disputationibus professor perperam dixerit; ubi, nisi res plus haberet periculi, satius esset connivere. Idem servandum ... professore *tB*] Audiat aliquando professores ... [*v. tR99*] ... admoneat; qui si admonentem non audiat, res tota ad rectorem referatur *tC*] Audiat ... deferat *tD* / [r] 18. Idem ... rectorem] *in tA-B deest*] Idem ... [*v. tR99*] ... neque enim conclusionem ullam aut delere aut immutare debet, inconsulto professore; ipsa vero immutatio fiet inscio quocumque alio praeter superiorem *tC*] Idem ... rectorem *tD* / [s] 19. Sub ... profecerint] Semestri ... [*v. reg. 33 tR91; supra*] ... philosophici actus habeantur de universa philosophia, ad quos eligantur egregie instructi ... profecerint *tA-B*] Semestri ... datur; ab iis vero, quibus semestre non dabitur, sub finem ... profecerint *tC*] Sub ... [*v. tR99*] ... profecerint *tD* /

[t] 20. Hi ... oportet] Hi ... [*v. reg. 34 tR91; supra*] ... iudicetur *tA-B*] Hi ... [*v. tR99*] ... Examinabunt semper ... tertius examinator, nunc unus professor, nunc alius; vel si professor esse non possit, alius ... oportet *tC*] Hi ... [*v. tR99*] ... oportet *tD* / [u] 21. Alumnos ... probati] Alumnos ... [*v. reg. 35 tR91*] ... sese comparent ... sunt *tA-B*] Alumnos ... auditoribus ex nostris a praefecto generali assignandis; verumtamen qui his ... ac eiusdem studiorum ... approbandi sunt *tC*] Alumnos ... [*v. tR99*] ... probati *tD* / [v] 22. Hoc ... classis] Hoc ... excipiendus est, nostris, alumnis, convictoribus sit, si facile potest, publicum, hoc est, si nostrorum ... classis *tA-B*] Hoc ... [*v. tR99*] ... classis *tC-D* / [w] 23. Examinandi ... assignabit] Examen hoc statim post Pascha tertii anni inchoetur; vel etiam ante Pascha, si multitudo cogat examinandorum, distributis diebus eo ordine, quem rector audito praefecti et praeceptoris proprii consilio, existimaverit commodiorem. Duret ... hora. Denique eat examen per eodem die vel pridie distribuet examinatoribus. Agatur, ut plurimum, interrogationibus brevibus, interdum etiam argumentationibus, quibus tamen tota rei difficultas contineatur, quo certius exploretur respondentis ingenium *tA*] Examen ... audito praefecto et praeceptore, existimaverit ... ingenium *tB*] Examen hoc, eorum quidem quibus semestre non dabitur, statim ... una hora; eatque per ... praefectus tempestive et secreto distribuet examinatoribus *tC*] Examinandi ... [*v. tR99*] ... assignabit *tD* / [x] 24. Porro ... duodecim] Actus ... [*v. reg. 40 tR91; supra*] ... statuta sunt *tA*] *in tB del.*] Porro ... [*v. tR99*] regula nona *tC-D* / [y] 25. Theologi ... praescribere] Theologos non modo auditores, sed etiam professores curet praefectus, ut intersint actibus theologicis; immo etiam philosophicis; et ... disputationem *tA*] Theologos ... disputationem. Adesse etiam omnes debebunt, si quando gradus aliquis conferendus esset. Quo ... [*v. tR99*] ... praescribere *tB-C*] Theologi ... praescribere *tD* / [z] 26. Cum ... recolendam] *in tA-C deest*] Cum ... [*v. tR99*] ... recolendam *tD* /

[a] 27. Et ... collocent] Permagni interest, ut auditoribus non modo nostris, sed alumnis etiam et convictoribus, externis quoque praefectus per magistros tempus ita distribuat, ut privati studii horas bene collocent *tA*] Permagni ... tum nostris, tum alumnis et convictoribus, tum externis per magistros non modo ... [*v. tR99*] ... collocent *tB*] Tum nostris ... collocent *tC*] Et nostris ... collocent *tD* / [b] 28. Nihil ... approbaverit] Quicquid publice pronunciandum aut agendum est a scholasticis, sive nostris sive externis, ut praefationes, quae conclusionibus publicis praemittuntur; gratiarum item actiones, orationes, poemata, drammata caeteraque eius generis, prius ipse diligenter recognoscat, caveatque, ne longiores sint, quam par est, praesertim praefationes *tA*] *in tB deest*] Nihil ... permittat ... gradus suscipiunt ... sive ex nostris sint sive esterni, vel ... approbaverit *tC*] Nihil ... [*v. tR99*] ... approbaverit *tD* / [c] 29. Curet ... desideretur] Efficiat, ut tempestive agatur cum publicis bibliothecariis, ne librorum, quibus privatim et publice aut in dies utimur aut sequentem in annum usuri sumus, tam nos quam externi auditores nostri, copia desideretur *tA*] Curet ... [*v. tR99*] ... tempestive ... sequentem ... desideretur *tB-C*] Curet ... desideretur *tD* / [d] 30. Theologiae ... omittant] Theologiae auditoribus ... quosdam ex professorum consilio distribuat libros, praeter Summam S. Thomae, quibus in privato studio utentur. Tridentinum Concilium theologi omnes habeant et Bibliorum volumen; ex quibus caput unum singulis saltem quarti anni diebus eos perlegere par est; aliquem item ex patribus habeant; qui, si fieri potest, consentaneus sit iis quaestionibus, quas tunc audiunt. Unicuique etiam philosophorum proprii professoris opera dividet commentarium aliquem. Theologis ... omittant *tA*] Theologiae ... [*v. tR99*] ... si rectori videbitur, ex professorum ... aliquem, quem in privato studio videre possint ... omittant *tB*] Theologiae ... omittant *tB*] Theologiae ... omittant *tC-D*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE COMMUNES
OMNIBUS PROFESSORIBUS SUPERIORUM FACULTATUM

Finis[1] — [1] Feratur[a] praeceptoris peculiaris intentio, tum in lectionibus, cum se occasio obtulerit, tum extra eas, ad auditores suos ad obsequium et amorem Dei ac virtutum, quibus ei placere oportet, movendos; et ut omnia sua studia ad hunc finem referant[2].

Orandum ante lectionem — 2. Quod ut ad memoriam eis reducatur, ante lectionis initium dicat aliquis brevem orationem ad id institutam; quam praeceptor et discipuli omnes aperto capite attente audient; vel saltem ipse praeceptor signo crucis se muniat aperto capite, et incipiat[3].

Discipuli ad pietatem iuvandi — 3. Discipulos praeterea iuvet crebris apud Deum precibus ac religiosis vitae suae exemplis. Exhortationes par erit non omittere, saltem pridie solemniorum dierum, et cum paulo longiores vacationes conceduntur. Hortetur potissimum ad orandum Deum, [38] ad excutiendam conscientiam vesperi, ad sacramenta paenitentiae et Eucharistiae frequenter ac rite obeunda; ad missam quotidie, concionem singulis diebus festis audiendam, ad vitandas noxias consuetudines, ad vitiorum detestationem, ad virtutes colendas christiano homine dignas[4].

Praefecto obtemperandum[5] — 4. Praefecto studiorum in rebus, quae ad studia et scholarum disciplinam spectant, obtemperet; conclusiones omnes, antequam proponantur, eidem tradat recognoscendas; neque librum ullum aut scriptorem extraordinarium explicandum suscipiat; neque novam ullam docendi aut disputandi consuetudinem introducat.

In refellendis modestia — 5. In iis quaestionibus, in quibus liberum est quamcunque partem sequi, ita defendatur una pars, ut alterius etiam partis, ac multo magis prioris professoris, si contrarium docuerat, existimationi modeste ac benevole consulatur. Quin etiam, si conciliari possunt auctores, id ne negligatur, optandum est. Denique in nominandis aut confutandis auctoribus modeste se gerat[6].

Novitas opinionum fugienda — 6. In iis etiam, in quibus nullum fidei pietatisque periculum subest, nemo in rebus alicuius momenti novas introducat quaestiones; nec opinionem ullam, quae idonei nullius auctoris sit, iis, qui praesunt, inconsultis; nec [39] aliquid contra doctorum axiomata, communemque scholarum sensum doceat; sequantur potius universi probatos maxime doctores, et quae, prout temporum usus tulerit, recepta potissimum fuerint in catholicis academiis[7].

---

[a] Vide Leon. Kerz [illegible] VI, 224 et Ratio [illegible] supra, p. 283.
[1] Cf. Ignat. [illegible] 812.
[2] Cf. [illegible] 814 et Cl. VI, 1.
[3] Cf. [illegible] 812 VI, 250.
[4] Cf. Leo Kerz [illegible] VI, 225.
[5] Decr. [illegible] Congr. gen. [illegible] in memoriam [illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

In alienis confutandis, suisque probandis brevitas — 7. Opiniones inutiles, obsoletas, absurdas, manifesto falsas non adducat; nec in aliis referendis ac refutandis nimis immoretur. Conclusiones non tam probare studeat argumentorum numero quam pondere. Ad[b] alienas materias non digrediatur[b]; aut e suis alias fusius[c], quam res postulat, alias alieno loco pertractet. Ne coacervet quae obiici possent; sed ex iis potissima breviter referat, nisi ex iactis fundamentis facile pateat eorum confutatio[7].

In auctoritatibus parcitas et fidelitas — 8. In afferendis[d] doctorum auctoritatibus non sit nimius; si tamen habeat insigniorum auctorum testimonia ad sententiam suam confirmandam, verba ipsa, quoad fieri potest, pauca tamen et fideliter recitet; multo magis Sacrarum Scripturarum, conciliorum, sanctorum patrum. E dignitate autem magistri est nullum fere auctorem proferre, quam ipse non legerit.

De dictando[8] — 9. Si quis citra dictationem ita docere potest, ut quaecunque scribenda sunt, commode valeant ab auditoribus excipi, is ne dictet, [40] optandum; certe ita omnino dictent, ut non verbatim interposita mora, sed uno fere spiritu pronuncient; et, si oportuerit, repetant totidem verbis; nec totam quaestionem dictent, mox explicent; sed identidem dictent atque explicent vicissim.

Discipuli quando ad auctores reiiciendi — 10. Ea[e] quae in auctoribus in promptu positis habentur, si afferenda sint, explicet potius, quam dictet; quin etiam auditores ad eos auctores, qui copiose et accurate materiam aliquam pertractarunt, reiiciat.

Repetitiones in schola[9] — 11. Post lectionem in schola, vel prope scholam maneat saltem per quadrantem, ut possint ad eum interrogandum auditores accedere, ut[A] lectionum rationem interdum exigat, utque[B] eae repetantur[10].

Repetitiones domi[11] — 12. Domi quoque quotidie, praeter sabbatha, vacationes et dies festos, hora una designanda, qua repetatur a nostris et disputetur; ut ea ratione et ingenia magis exerceantur, et difficilia, quae occurrent, magis elucidentur. Praemoneatur itaque unus aut alter ad repetendum memoriter[f] non plus quam per quadrantem[f]; postea argumentetur unus item aut alter, totidem respondentibus; si quid vero temporis supersit, dubia proponantur; ut autem supersit, magister argumentandi formam[g] severe tueatur; et cum novi nihil affertur, praecidat argumentum[12]. [41]

Repetitiones generales[13] — 13. Sub[h] finem anni ita instituendae[C] erunt praeteritarum lectionum repetitiones, ut, nisi quid obstet, mensis integer vacuus ab illis etiam, non solum a lectionibus, relinquatur.

Disputationes hebdomadariae[14] — 14. In sabbatho, aliove, quem academiae consuetudo exigit, die habeant in scholis disputationes per duas horas; longiores etiam[i], ubi

---

[A] ut] et *t1616* / [B] utque] curetque ut *t1616* / [C] instituendae] instruendae *t1616*.

---

[7] Cf. Rat. st. 1591, reg. 12-15 prof. theol.; supra, p. 271.
[8] De dictando cf. *ib.* reg. prof. theol. 18-22; supra, p. 271.
[9] Cf. *ib.* reg. 26-27; supra, p. 271.
[10] Cf. *Const.* P. IV c. 13 § 3; MP I 287.
[11] Cf. Rat. st. 1591, reg. 28-33 prof. theol.; supra, p. 272.
[12] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 8 et litt. H; c. 13 § 3 et litt D; MP I 239 241 et 287 191.
[13] Vide Rat. st. 1591, reg. 34 prof. theol.; supra, p. 272.
[14] Vie *ib.* reg. 40-41 prof. theol.; supra, p. 273.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sint magni externorum concursus. Quod si quam in hebdomadam duo festi dies, vel cum festo uno hebdomadaria vacatio incidat, non disputetur, sed legatur sabbatho; id vero si tribus continuaretur hebdomadis, una interponatur disputatio[15].

Disputationes menstruae[16] — 15. Ubi receptus academiae mos nihil obstat[j], singulis, praeter tres[k] menses aestivos ultimos, aut (si pauci sint auditores) alternis mensibus communes[l] certo aliquo die disputationes, tum ante tum post meridiem habeantur[l]; quot fuerint magistri[m], totidem auditores defendant, singuli singulorum magistrorum[n] quaestiones.

Argumenta qui resumant[17] — 16. Intersint disputationibus, quoad eius fieri potest, alii quoque doctores nostri professoresque, licet diversarum facultatum; qui, quo magis concertatio fervescat[D], argumentorum, quae agitantur, vim urgeant; modo ne prosequendum suscipiant argumentum, cui utiliter ac strenue adhuc argumentans insistit[o]. Id ipsum praestare liceat externis etiam [42] doctoribus; atque[p] adeo ad argumentandum ex instituto[p], nisi ea consuetudo alicubi minus probetur, invitari possunt.

Non disputent, nisi doctiores[18] — 17. Ex auditoribus publice non disputent, nisi doctiores; ceteri privatim exerceantur, quoad ita instructi sint, ut eo loco non putentur indigni.

Disputationis cura[19] — 18. Existimet, disputationis diem non minus esse laboriosum fructuosumque, quam lectionis; omnemque disputationis utilitatem ac fervorem a se pendere; cui ita praesit, ut ipse videatur esse, qui in utroque concertatore concertet, collaudet, si quid afferatur boni, et attendere omnes iubeat, cum gravior aliqua proposita fuerit difficultas, suggerat subinde breve aliquid, quo vel fulciat respondentem, vel argumentantem dirigat, neque diu taceat, neque semper loquatur, ut ipse etiam discipuli promant, quod sciunt, ipse vero, quod promptum[E] fuerit, emendet aut expoliat, disputantem progredi iubeat, dum difficultas vim obtinet, immo augeat ipse difficultatem, nec dissimulet, si is qui argumentatur, prorepsent ad aliud argumentum, non patiatur vel argumentum pene solutum longius urgeri, vel responsionem non bene constantem diu sustineri, sed post aliquam concertationem rem totam breviter definiat et explanet, si quid denique aliud usquam in usu est, quo disputationes reddi soleant frequentiores ac ferventiores, ad seculo remedium.

Cum bedello agendum — 19. Cum auditore seu bidello a rectore constituto agat, vocandi, eumque de toto classis statu et de externorum etiam auditorum diligentia ac profectu percontetur, deque omnibus ei dem suo munere fideliter et accurate fungendum.

Praemia quae tum — 20. Si denique [illegible]

[illegible] decumpium [illegible]

[illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

neminem, pauperum studiis aeque ac divitum prospiciat, profectumque uniuscuiusque e suis scholasticis speciatim procuret[20].

[a] Ante omnia feratur *tB* / [b] Nemo ad alienas materias digrediatur *tB* / [c] prolixius *tB* / [d] adducendis *tB* / [e] Ea etiam *tB* / [f] memoriter per quadrantem *tB* / [g] rigorem formae *tB* / [h] 13. Sub ... relinquatur] Sub finem anni, sive uno mense vacetur, sive plus uno, vel instituantur praeteritarum lectionum repetitiones, vel ea, quae ex materiis assignatis omissa erant, breviter explicentur, pro diverso provinciarum usu; ita tamen, ut ubique mensis integer vacuus omnino sit a lectionibus, et si libet, etiam a repetitionibus *tB*] Sub ... [*v. tR99*] ... relinquatur *tD* / [i] plus etiam *tB* / [j] obest *tB* / [k] duos *tB* / [l] communes ... habentur] communes fiant disputationes; durentque mane et a prandio totum scholarum tempus *tB* / [m] professores *tB* / [n] professorum *tB* / [o] insistit auditor *tB* / [p] atque ... instituto] quin etiam ad argumentandum ex professo *tB*.

REGULAE
PROFESSORIS SACRAE SCRIPTURAE[1]

Praecipua sensus literalis cura — [1] Intelligat suas praecipue partes esse, divinas literas[a] iuxta germanum literalemque sensum, qui rectam in Deum fidem bonorumque morum instituta confirmet, pie, docte, graviter explicare[2].

Et vulgatae editionis — 2. Inter[b] cetera, ad quae eius intentio feratur, illud praecipuum sit, ut versionem ab Ecclesia approbatam defendat[3].

Phrases Sacrae Scripturae observandae, et inter se conferendae — 3. Eum sensum ut assequatur, locutiones ac figuras Sacrarum[c] Scripturarum proprias observet; nec modo loci, quem in manibus habet, antecedentia et consequentia, sed alia quoque loca, in quibus eadem phrasis idem aut non idem valeat, solerter inter se conferat.

Hebraeus, graecusve textus — 4. Ex hebraeis graecisque exemplaribus, quod usui fuerit, in eam rem proferat; breviter tamen; nec, nisi cum vel ipsorum latinaeque editionis vulgatae aliqua diversitas conciliationis indiget, vel aliarum linguarum idiotismi ad maiorem conferunt sive perspicuitatem sive significationem[d].

Aliis versionibus quomodo utendum — 5. Aliarum versionum, sive latinarum recen-[46]tiorum, sive Chaldaicae, Syriacae, Theodotionis, Aquilae, Symmachi, nec errores, nisi et insignes et in speciem probabiles suscipiat refellendos; nec ea vicissim praetereat, quae latinae editioni vulgatae fideique nostrae mysteriis valde faveant; praesertim si fuerint apud Septuaginta interpretes; de quibus honorifice semper loquendum est.

Pontificum et conciliorum expositiones tuendae — 6. Si[e] quem literalem cuiuspiam loci sensum esse significant pontificum seu conciliorum, praesertim generalium canones, eum omnino literalem esse defendat; nec alios praeterea literales addat, nisi

[20] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 6; MP I 235.

[1] Vide regulas prof. S. Scripturae in Rat. st. 1591; supra, p. 267-69; cf. etiam reg. 5-6 praep. prov. (1599); supra, p. 357.

[2] Cum textus atque ordo harum regularum fere immutati ex Rat. st. 1591 transumpti sint, non est necesse, ut quae his in illis correspondeant, adnotemus.

[3] Vide *Const.* P. IV c. 6 § 5; MP I 233.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eximiis adductus coniecturis. Si quem etiam ad aliquod fidei dogma confirmandum ex instituto proferunt, eum quoque sensum, aut literalem aut mysticum, certum tamen esse doceat[e].

Patrum vestigiis insistendum — 7. Sanctorum patrum vestigiis reverenter[f] insistat; inter[g] quos si de uno aliquo sensu literali vel allegorico conveniat, praesertim dum disertis verbis loquuntur, et ex proposito de Scripturis aut de dogmatibus disputant, ab eo non recedat; si non conveniat[g], ex eorum variis expositionibus eam praeferat, in quam a multis iam annis Ecclesia magno consensu videtur propensior.

Fidei dogmata Sacris Literis confirmanda — 8. Quin etiam, si quod est fidei dogma, quod fere quamplurimi patres aut theologi e Scripturis probare contendunt, id ipse probari inde posse non neget.

Rabbinis auctoritas non conciliando — 9. Si quid sit in hebraeorum rabbinis, quod [illegible] vel pro latina editione vulgata, vel pro catholicis dogmatibus utiliter[h] possit affere, id ita afferat, ut illis propterea non conciliet auctoritatem, ne ad eos aliqui afficiantur, praesertim si fuerint ex iis, qui post Christi Domini tempora[i] scripserunt.

In rebus aut erroribus rabbinorum non laborandum — 10. In ceteris rabbinorum rebus conquirendis aut etiam erroribus exagitandis, nisi valde celebres sint, non laboret, idemque servet in legendis quibusdam christianis interpretibus, qui plus nimio rabbinos secuti sunt.

Non admodum puncta tuenda — 11. Immo neque punctis, quod rabbinorum inventum est, confidat admodum; sed diligenter expendat, quomodo noster vel Septuaginta vel antiqui interpretes alii legerint, cum puncta non essent.

Brevitas studium — 12. In quolibet Scripturae loco, nisi magnum sit et morae et operae pretium, non haereat nimium, ne lenti fiant progressus, quod maxime consequetur, si faciliora perscrutari vel etiam omittat.

Quaestiones scholastico more non tractandae — 13. Quaestiones Sacrarum[k] Scripturarum propriae scholastico more non tractet.

Chronologia et historia non intermiscenda — 14. In[m] vana temporum ratione pervestiganda, in penetrandis locis sanctae loca, aut in huiusmodi aliis parum utilibus rebus, nisi locus ipse id exigat necessario, non multum temporis ponat. Auctores, qui de his copiose disserunt, satis est indicare[n].

Vera allegorica et morialia — 15. Allegorias et morialia, si pervulgata non sint, et [illegible] quodammodo nata videantur, atque ingeniosum ac perspicax [illegible] praeferat, ne praetermittat. Quae quidem non fuerint, significet tantum, [illegible]

Variae lectiones — 16. [illegible] vel nobis cum haereticis communes, vel [illegible] Scripturae patrum locum scriptum, exponat illum, [illegible] contra haereticos agat, quantum [illegible] ut in [illegible] Sacris Literis [illegible]

Versiones [illegible] — 17. [illegible] nisi [illegible]

Quaestiones [illegible] — 18. [illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Repetitiones et lectiones domesticae — 19. Praeter repetitiones domi semel in hebdomada, lectiones etiam in refectorio interdum, ut rector praescripserit, habeantur[q].

Praelectiones publicae — 20. Loco[r] ordinariae lectionis designetur interdum ex discipulis aliquis[r], qui ornate et copiose locum aliquem e Sacris Literis celebriorem explicet; contra quem, ubi absolverit, ex condiscipulis unus aut alter argumentetur, non aliunde tamen, quam ex variis sive Sacrae Scripturae locis, sive linguarum idiotismis, sive Patrum interpretationibus.

---

[a] scripturas *tA et C* / [b] Et inter *tA et C* / [c] sacrarum *om. tA et C* / [d] energiam *tA et C* / [e] Si ... [*v. tR99*] ... defendat. Si quem etiam ... ex professo adducunt, eum quoque sensum certum esse doceat atque exploratum *tA*] Si ... doceat *tC-D* / [f] veneranter *tA* / [g] inter ... non conveniat] inter quos si de uno aliquo sensu non conveniat *tA* / [h] fructuose *tA* / [i] post Christum Dominum *tA* / [j] quibusdam recentioribus christianis *tA* / [k] sacrarum *om. tA* / [l] pertractet *tA* / [m] 14. In ... indicare] Nec (nisi locus ipse id exigat necessario) in varia temporum supputatione aut in ... [*v. tR99*] ... rebus non multum temporis ponat ... indicare *tA*] in ... [*v. tR99*] ... indicare *tD* / [n] depromi possint] possit ea sumere qui velit *tA et C* / [o] sacras litteras] Scripturam *tA et C* / [p] Nec librum uno inchoato anno extrahat *tA et C-D* / [q] habendas *tC-D* / [r] Loco ... aliquis] Aliquoties in anno per horam loco ordinariae lectionis designet aliquem *tA*.

REGULAE PROFESSORIS LINGUAE HEBRAEAE[1]

Interpretandi fidelitas — 1. Nihil antiquius habeat, quam ut prima ipsa Sanctae Scripturae verba per quam integra fide interpretetur[2].

Vulgatae defensio — 2. Inter[a] cetera, ad quae eius intentio feratur, illud sit, ut versionem ab Ecclesia approbatam defendat[a2].

Grammatica sacro textui iungenda — 3. Initio[b] anni prima grammaticae rudimenta explicet; deinde, dum reliquas persequitur institutiones, aliquem Sacrae Scripturae librum ex facilioribus explanet[b].

Praecipua cura verborum — 4. Dum sacros libros[c] interpretatur, non tam in rebus ac sententiis expendendis laboret, quam in vi ac potestate verborum, ac propriis eius linguae idiotismis, et in grammaticae praeceptis iuxta germanum auctorum usum observandis.

Linguae peregrinitas industria mollienda — 5. Ita denique se gerat in docendo, ut peregrinitas et asperitas ea, qua nonnullis linguae huius studium laborare videtur, sua industria leniatur.

---

[a] Inter ... defendat] Et inter ... [*v. tR99*] ... defendat; ac proinde auctorum, qui id feliciter praestitere, tueatur existimationem *tA*] Et inter ... defendat *tC-D* / [b] Initio ... explanet] Initio anni primi P. Bellarmini grammaticae rudimenta explicet; postmodum dum ... [*v. tR99*] ... explanet *tA*] Initio ... explanet *tC-D* / [c] sacros libros] Scripturas *tA* et *C*.

---

[1] Vide regulas professoris linguae hebraeae in Rat. st. 1591; supra, p. 278-79.

[2] Vide supra reg. 1 prof. S. Scripturae.

[3] Vide *ib.* reg. 2.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE
PROFESSORIS SCHOLASTICAE THEOLOGIAE [1]

Finis — 1. Sui muneris esse intelligat, solidam disputandi subtilitatem ita cum orthodoxa fide ac pietate coniungere, ut huic in primis illa deserviat[2].

S. Thomas sequendus[3] — 2. Sequantur[a] nostri omnino in scholastica theologia doctrinam Sancti Thomae, eumque ut doctorem proprium habeant; ponantque in eo omnem operam, ut auditores erga illum quam optime afficiantur. Non sic tamen S. Thomae astricti esse debere intelligantur, ut nulla prorsus in re ab ea recedere liceat; cum illi ipsi, qui se thomistas maxime profitentur, aliquando ab eo recedant; nec arctius nostros Sancto Thomae alligari par sit, quam thomistas ipsos.

Quae sequenda in conceptione — 3. Ergo de conceptione B. Mariae, ac de solemnitate votorum sequantur sententiam, quae magis hoc tempore communis est, magisque recepta apud theologos[4], et in quaestionibus mere philosophicis, aut etiam in iis, quae ad S. Scripturas et canones pertinent, licebit sequi etiam alios, qui eas facultates magis ex professo tractaverunt.

In dubiis aliquando partem sequi licet[5] — 4. Si quando vel ambigua fuerit S. Thomae sententia, vel in iis quaestionibus, quas S. Thomas forte non attigit, doctores catholici inter se non consenserint, licebit quamcumque partem sequi, ut dictum est in regulis communibus regula quinta[6].

Fides et pietas sana — 5. In docendo corroborandae primum fidei alendaeque pietati cura habeatur. Quare in iis quaestionibus, quas S. Thomas ex professo non tractat, nemo quoquam doceat, quod cum Ecclesiae sensu, receptisque traditionibus non bene conveniat, quodque aliquo modo solidae pietatis firmitatem minuat. Quo pertinet, ut nec novitatis iam, quamvis congruentes tantum rationes, quibus fides ne proditi videri, retineant, nec temere novas excogitent, nisi et constantibus sociis de principiis[7].

Thomas quae non docentis offendat non docendae — 6. Quae opiniones, [illegible] gravitur offendant scholam aut [illegible] provinciam aut academiam catholicos, eas si non docent aut defendat. Ut enim nec fidei doctrinas nec morum [illegible] ita [illegible] praeceps caritas exigit, ut omnes se illis accommodent, cum [illegible] possint[8].

Quae omnino servanda — 7. Quicumque totius theologiae cursus absolvendos. S. ergo [illegible] scholasticae [illegible] theologiae professores

---

[illegible]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quaestionum divisio[10] — § 1. Primus 43 quaestiones ex prima parte explicet primo anno; secundo anno materiam de angelis, atque unam et viginti quaestiones ex prima secundae; tertio anno a quaestione 55 vel 71 ad finem primae secundae; quarto anno ex secunda secundae materiam de fide, spe et caritate.

§ 2. Alter professor primo anno explanet ex secunda secundae quaestiones de iustitia et iure, et praecipua quaedam de religione; secundo ex tertia parte quaestiones de Incarnatione, et, si potest, graviora saltem quaedam explicet de sacramentis in genere; tertio de baptismo et Eucharistia, et, si quid potest, de ordine, confirmatione, extrema unctione; quarto de paenitentia et matrimonio.

§ 3. Ubi vero tres erunt theologiae professores, primus primo anno exponat 26 quaestiones ex prima parte; secundo reliquas eiusdem partis quaestiones, quascunque poterit; tertio ex prima secundae quicquid poterit ante quaestionem 81; quarto anno reliquum primae secundae.

§ 4. Alter primo anno ex secunda secundae controversias de Scriptura, de traditionibus, de Ecclesia, de concilio, de romano pontifice; secundo quaestiones de fide, spe et caritate; tertio quaestiones de iustitia et iure, [56] de restitutione et usura, de contractibus, quantum possit; quarto si quae de contractibus superfuerant, et quae de religione ac statibus disputat S. Thomas.

§ 5. Tertius primo anno quaestiones de Incarnatione; secundo de sacramentis in genere, de baptismo et Eucharistia; tertio de paenitentia ac matrimonio; quarto de censuris ecclesiasticis et de reliquis sacramentis[b].

Cuiusque anni quaestiones absolvendae[11] — 8. Ex quaestionibus autem, quae sibi explanandae fuerint, singulas intra annum, cui adscriptae sunt, absolvant; si quas non poterit, praetermittat omnino, nec alium in annum reiiciat, sed auditores ad certum aliquem auctorem remittat[c].

A quibus quaestionibus abstinendum[12] — 9. Ut[d] autem facilius in theologia scholastica huiusmodi progressus faciant, par est, ut a quibusdam rerum generibus abstineant, quoad eius fieri poterit. Sunt autem in primis haec quatuor:

A Sacrae Scripturae propriis — § 1. Unum genus quaestiones aut commentationes divinarum Scripturarum proprias complectitur. Has concedant interpreti Scripturarum.

A controversiis — § 2. Alterum genus in controversiis adversus haereticos positum est; in quibus pertractandis, quoties in S. Thomae partibus occurrerint, servent scholasticam potius, quam historicam rationem, et satis esse putent conclusionem quamlibet duobus aut tribus firmis munire fundamentis, diluere etiam totidem [57] fere praecipuas haereticorum calumnias. In singulis tamen indicent auctorem aliquem, ex quo cetera promere possit, qui velit.

A philosophicis — § 3. In tertio genere sunt philosophicae res; quas haud

---

[10] De divisione quaestionum v. Rat. st. 1591, prof. theol. reg. 2-3 (*Professorum annorumque termini*); supra, p. 269-70.

[11] Vide *ib.* reg. 5; p. 270.

[12] Cf. *ib.* reg. 4.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

quaquam ex instituto tractent, nec tam disputent, quam vel ab aliis vel a se explicatas promant[A].

A casibus conscientiae — § 4. Ad quartum genus pertinent conscientiae casus. In quo generalibus quibusdam rerum moralium principiis, de quibus disputari theologico more solet, contenti, subtiliorem illam ac minutiorem praetereant casuum explicationem[d].

Eadem non iteranda[13] — 10. Si[e] quando S. Thomas eandem difficultatem in plures distrahit articulos, praesertim diversarum quaestionum, ne idem duobus repetatur locis, poterit[A] vel in unam disputationem, vel etiam, si res ipsa longiorem non exigat explicationem, in compendium articulos illos redigere, ut distincte dicetur in catalogo quaestionum hisce regulis adiuncto, modo nihil praetereat[A], quod in articulis singulis observatione dignum sit[e].

Articuli S. Thomae quomodo explicandi — 11. Faciles percurrat[A] articulos. Itaque praelecto titulo, mox vel indicet breviter conclusionem S. Thomae, vel dicat[A], S. Thomas respondet negando vel affirmando[f]. In difficilioribus vero progrediatur[A] hoc fere modo atque ordine: Explicetur primum articuli titulus, si quid habet obscuritatis; tum exponatur distinctio, [58] si qua est, ex cuius membris conclusiones nascuntur; mox conclusio primaria S. Thomae, atque aliae deinceps ponantur; singulisque conclusionibus, nisi perspicuae sint, adiiciatur aliqua eiusdem ratio; quae etiam ita explicetur[g], ut intelligant auditores, in distinctionibus ac rationibus S. Thomae maiorem inesse vim, quam prima fronte aliquando videatur[14].

Longiores tractatus non instituendi — 12. Explicato[h] quolibet articulo, si res exigat, quaestionem instituat; non tamen longiorem ullum tractatum, nisi in iis materiis, quae vel in S. Thoma non habentur, vel habentur quidem, sed utilius explicantur compendio[h][15].

Aut defendendus S. Thomas, aut quaestio omittenda — 13. Non[i] satis est doctorum sententias referre, suam[B] reticere; sed defendat opinionem S. Thomae, ut dictum est, vel quaestionem ipsam omittat[i].

Disputationes menstruae — 14. In[j] disputationibus menstruis, quibus totidem defendent, quot fuerint praeceptores, terni fere ante meridiem argumententur, totidem post meridiem; quilibet adversus omnes defendentes; et quidem, si nihil impediat, qui mane responderit primo loco, a prandio secundo respondeat[j][16].

[A] indicent ... percurrant ... dicant ... progrediatur *t1616*/ [B] et suam *t1616*.

---

[13] Cf. *ib.* reg. 6-7.
[14] Cf. *ib.* reg. 8-9.
[15] Cf. *ib.* reg. 11.
[16] De disputationibus menstruis v. *ib.* reg. 42-47; p. 273.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

CATALOGUS

ALIQUOT QUAESTIONUM EX PRIMA PARTE SANCTI THOMAE

Quaest. 1 art. 1 — Nihil hic de potentia neutra. Utrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem, differatur in I-II q. 3 art. 8, vel q. 5 art. 8.

Art. 2 — Quae pertinent ad naturam scientiae et ad subalternationem scientiarum, non disputentur hic, sed supponantur ex Logica.

Art. 3 — Non tractetur hic de rationibus formalibus obiectorum scibilium; neque an scientia sit unus simplex habitus, et qualitas in genere; haec enim philosophorum sunt; sed his suppositis sufficit quaerere, an theologia ex aliqua ratione peculiari sit unus habitus, et una simplex qualitas.

Art. 4 — Non disputentur, sed supponantur, quae dici solent de speculativo et practico, ut sunt differentiae scientiarum.

Art. 5 — Non tractetur, quid sit certitudo assensus, quid firmitas, quid veritas, quid evidentia, [60] et quotuplex; sunt enim logicorum.

Art. 9 — An decuerit Scripturam abundare metaphoris et parabolis, et an Sacrae Literae apertae et clarae sint, relinquantur lectori Scripturae et controversiarum, sicut etiam tractatus de sensibus Scripturae.

Quaest. 2 — Non explicetur, sed ex Logica supponatur, quid et quotuplex sit propositio per se nota et immediata; nec rationes S. Thomae, quibus demonstrat Deum esse, confutentur, sed potius corroborentur.

Qu. 3 art. 1 — An aliquod corpus moveat immotum, et an vivens nobilius sit non vivente, et an Aristoteles recte probaverit Deum esse incorporeum, relinquatur philosophis.

Art. 2 — Nihil hic de principio individuationis.

Art. 3 — Non tractetur[c] de distinctione suppositi et naturae; pertinet enim ad III partem q. 3 art. 3. Quomodo autem distinguantur in creaturis esse et essentia, relinquatur metaphysico.

Art. 4 — In quaestione: An Deus sit in praedicamento, rescindantur, quae sunt propria philosophorum. Quaestio vero, an angeli et caeli sint in praedicamento, tota philosopho relinquatur.

Art. 7 — An simplicitati divinae repugnet personarum et relationum pluralitas, non tractetur hic, sed infra q. 28 art. 2.

Qu. 4 art. 1 — An reliqua perfectio, quae formaliter sit in Deo, libere ei conveniat, differatur in q. 19 [61] art. 2. An autem relatio divina secundum se sit aliqua perfectio, remittatur ad materiam de Trinitate.

Quaestio 5 — Praetermittatur, et Metaphysica supponatur, quid sit bonum.

Qu. 7 art. 1 — Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquatur philosopho.

Art. 2 3 4 — An creari possit aliquid infinitum in quantitate, vel in qualitatibus naturalibus, philosophi est disputare; sicut et de infinito in genere substantiae; cum tam hoc, quam illud infinitum esse creabile, iisdem fere argumentis probari soleat, aut oppugnari. An autem possibile sit infinitum in qualitatibus supernaturalibus, a theologo disseratur, sed in II-II q. 24 art. 7 tantummodo.

Quaest. 8 — De ubiquitate humanitatis Christi non tractetur hic, sed in III P. q. 2.

Quaest. 9 — An angeli et coeli sint entia necessaria et immutabilia, non est quaestio theologi, sed metaphysici.

Quaest. 11 — De uno, ut est passio entis, nihil dicat theologus, cum sit metaphysica res.

Art. 3 — An repugnet in subiecto quanto inhaerere accidens spirituale, vel in subiecto immateriali accidens corporale, differatur in materiam de Eucharistia.

Art. 6 — Tractare de inaequalitate praemiorum, sicut et meritorum, pertinet ad I-II q. 4 art. 2. [62]

Art. 8 — De cognitione beatifica animae Christi non disputetur hic, sed in III P.

Art. 12 — An puro viatori possit communicari evidens notitia abstractiva articulorum fidei, non hic disputandum est, sed supra q. 1 art. 1.

---

[c] agatur *t1616*.

---

[17] Vide *Catalogus quaestionum, quae a theologo professore tractandae non sunt; vel si tractantur, non tractandae, nisi certo quodam loco, nec in alio repetenda;* supra, p. 275-76.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Qu. 13 art. 3 et 4 — De distinctione attributorum et essentiae nihil hic repetatur, si de ea supra disputatum est, q. 3.

Art. 5 — Non disputetur de analogia entis, cum spectet ad metaphysicum.

Art. 7 — Nihil hic dicatur de relationibus in genere, cum metaphysicae speculationis sit.

Art. 8 9 10 11 12 — Modi, quibus sumitur nomen Dei, et ea quae dici solent de nomine Tetragrammato, relinquantur interpreti Scripturae.

Qu. 16 et 17 — Disputatio de vero et falso metaphysici negotii est.

Qu. 19 art. 9 et 12 — An Deus sit causa peccati, et an teneamur voluntatem nostram divinae conformare, pertinent ad I-II.

Non moretur theologus in explicanda Peripateticorum, aliorumque philosophorum sententia de providentia Dei.

Qu. 23 art. 1 — Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non disputetur hic, sed in I-II q. 2.

Art. 3 — Quid agendum sit ei, cui sua damnatio revelaretur, non tractetur hic, sed in materia de spe. [63]

Art. 5 — De praedestinatione Christi, et quomodo Christus sit causa nostrae praedestinationis, relinquatur III parti.

Quaest. 24 — Disputatio de libro vitae, qua parte scholastica est, explicetur; cetera pertinent ad interpretem Scripturae.

Quaest. 25 — An actio sit in agente ut in subiecto, quaestio physicorum est, non theologorum.

Art. 1 — An Deus per se solum possit efficere rem, quae est peccatum, pertinet ad I-II; sicut ad II-II: An possit per se vel per alium dicere falsum.

Art. 6 — Nihil hic de beatitudine in genere, vel de nostra.

Qu. 27 art. 1 — De verbo mentis nihil aliud tractetur, quam an producatur ab intellectu nostro, ut terminus actionis, et quomodo ab ea distinguatur.

Art. 3 — An notitia concurrat active ad actum voluntatis, ad I-II pertinet.

Quaest. 29 — Quid suppositum addat supra naturam singularem, pertinet ad III partem.

Quaest. 32 — An evidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum fidei; de qua agitur in II-II q. 1 art. 4.

Art. 4 — De varia censura et qualitate propositionum non disputetur hic, sed in materia de fide.

Quaest. 39 — Non disputetur hic, quomodo persona divina distinguatur ab essentia, si q. 28 tractatum[D] [64] fuit de distinctione relationum et essentiae.

Quaest. 43 — De visibilibus signis, in quibus apparuit Spiritus Sanctus, commodius disputare potest interpres Scripturae.

Idem de apparitionibus visibilibus, quae in veteri seu novo Testamento tribuuntur Deo, an fuerint factae immediate per Deum, an per angelos.

Quaest. 53 — An motus angelorum possit fieri in instanti, supponit multa philosophica, quae hic non tractentur. Id quod etiam servetur in iis, quae disputantur q. 54 art. 1 et 3.

Ex Prima Secundae

Qu. 1 Art. 1 — Hic nihil, aut brevissime disserendum est de deliberata voluntate, de consensu perfecto et imperfecto, et quid sit hominem esse dominum suarum actionum; haec enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicatur de causalitate finis; est enim quaestio physica.

Art. 2 — An Deus agat propter finem, pertinet ad I partem in materia de voluntate Dei. Item, utrum natura agat propter finem, quaestio philosophica est.

Art. 3 — Cavendum est, ne hic et inferius eadem quaestio disputetur; nempe: Utrum actus hominis recipiant speciem a fine. Leviter igitur hic attingatur, et plene disseratur inferius. [65]

Art. 4 — Quomodo bonum sit sui diffusivum, non disputetur hoc loco.

Quaest. 2 — Vel omittatur, vel compendio exponatur, cum tota in *Ethicis* Aristotelis contineatur.

Qu. 3 art. 1 — An Deus videatur a beatis visione Dei increata, hic explicetur, non in I parte.

Art. 2 — An habitus sit melior suo actu, non videtur hic explicandum, cum sit quaestio philoso-

---

[D] actum *t1616*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

phica, et inferius habeat suum locum.

Art. 3 — De perfectione sensuum in corpore glorioso, eiusque dotibus, hic et q. 4 art. 6 aliquid dicatur, si vacat, cum ad materiam de novissimis non perveniatur. Item, an Deus videri possit per aliquem sensum, seu sensitivam notitiam, non hic, sed in I parte disputetur.

Art. 4 — In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicetur hoc loco, sed inferius, ubi de poena peccati agitur.

Art. 5 — Nihil dicatur de intellectu practico et speculativo, nec de praxi et speculatione.

Art. 7 — De obiecto intellectus, et utrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, relinquatur philosophis.

Qu. 4 art. 1 — Quicquid hic disseri solet de differentia delectationis, amoris et fruitionis[E], differatur in q. de frui et uti. Item, an cum visione Dei possit aliquo modo stare tristitia, reiiciatur in III partem, ubi quaeritur, an Christus secundum rationem superiorem passus sit. [66]

Art. 2 — An delectatio quaeratur propter operationem, an contra tractetur in ethicis; hic vero nihil, vel brevissime.

Art. 5 — An animae sanctorum a corporibus separatae statim Deum videant, hic tractetur, non in I parte.

Art. 3 — Relinquatur fere I parti totus.

Art. 5 — Nihil dicatur de merito aut de necessitate luminis gloriae.

Art. 8 — An vero appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse, quam sic esse, pertinet ad quaestionem de poena peccati.

Qu. 6 art. 1 — Non disseratur hoc loco de libero arbitrio contra haereticos, sed in materia de gratia.

Art. 2 — Unde proveniat, quod homo sui compos sit proprie liber et dominus suorum actuum, tractetur infra in quaestione de electione.

Art. 3 — Nihil dicatur de pura omissione.

Art. 4 — Disputetur hic, an voluntas possit cogi; non autem, an possit necessitari, quia de hoc inferius tractandum est.

Art. 6 — Quomodo metus irritet matrimonium, votum, iuramentum et contractus, reservetur II-II et III parti.

Art. 8 — Difficultates de ignorantia reserventur in quaest. 76.

Quaest. 7 — Plenior consideratio circumstantiarum non est huius loci, cum de illis saepe inferius disserendum sit. [67]

Art. 4 — Nihil hic disseratur de praescientia seu praedefinitione actuum liberorum, neque de gratuita motione, qua Deus movet voluntatem humanam.

Quaest. 11 — Non videtur hic quicquam disserendum de obiecto spei; neque an possit beatus frui divina essentia, non fruendo personis, vel una persona, et non aliis; hoc enim pertinet ad I partem.

Qu. 12 art. 3 — Non tractetur, utrum intellectus possit simul multa intelligere.

Quaest. 15 — De consensu formali vel interpretativo, et an pertineat ad rationem superiorem, inferius tractandum est.

Quaest. 17 — Quomodo ratio imperet membris externis; nempe despotice, an politice, disputare philosophi moralis est; breviter igitur hoc loco expediatur.

Art. 9 — Utrum in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum et demeritum, disputetur in materia de merito.

Art. 11 — Praetereantur ea, quae pertinent ad confessionem circumstantiarum.

Qu. 20 art. 5 — Haec difficultas repetitur in materia de peccatis; quare in eum locum reservetur. Difficultates huius articuli differantur in materiam de merito.

Qu. 20 art. 4 — Quaestiones quae sunt inter 21 et 71 omitti possunt. Explicentur tamen pauca de habi-[68]tibus et de virtutibus in genere.

Qu. 71 art. 4 — Quomodo peccatum virtutes, praesertim infusas expellat, non hic explicetur, sed in II-II, in materia de caritate.

Art. 5 — Nihil hic de distinctione mortalis et venialis.

Art. 8 — Haec difficultas satis explicata manet ex qu. 18 art. 5.

[E] agatur *t1616*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Qu. 73 art. 8 — Non descendatur ad casus particulares de scandalo vel restitutione; neque hic tractetur, utrum is, qui alium ad peccatum inducit, gravius peccet, quam qui occidit; pertinet enim ad materiam de scandalo.

Quaest. 79 — Nihil dicatur de immediato Dei concursu cum secundis causis.

Qu. 81 art. 3 — Immaculata conceptio B. Mariae non est huius loci, sed III partis; ubi etiam, dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite, et quomodo ligetur aut tollatur.

Quaest. 85 — Quomodo natura lapsa differat a puris naturalibus, tractetur in materia de gratia.

Art. 8 — Quomodo Deus peccata patrum puniat in filiis, relinquatur interpreti Scripturae.

Qu. 89 art. 2 — Expositio Sancti Pauli relinquatur lectori Scripturae.

Art. 5 — De primis motibus sensualitatis in infidelibus satis esse videntur, quae superius de primis motibus dicta sunt. Utrum autem omnia opera infidelium sint peccata mortalia, differatur in II-II q. 10 art. 4. [69]

Quaest. 92 — Non disputetur hic, utrum peccent, qui poenae metu legem servant; nec utrum Deus peccata permittat, an velit.

Quaestiones 101 102 104 105 et expositio S. Pauli in qu. 89 art. 2 praetereantur, cum Scripturarum sint.

Art. 5 — Materia huius articuli differatur in quaestionem 114 art. 7.

Art. 7 — Non disputetur hic de macula peccati, nec de reatu poenae, nec de corruptione boni naturalis, nec de aliis huiusmodi, quae in materia de peccatis explicata sunt.

Quaest. 110 — An gratia ponat aliquid in anima, vel hic tractetur, vel in q. 113 de iustificatione art. 2.

Qu. 112 art. 1 — Nihil hic dicatur de causalitate sacramentorum circa gratiam.

Art. 2 — Utrum gratia primi hominis et angelorum in eorum creatione data fuerit supposita ipsorum dispositione, non hic tractetur, sed in I parte.

Art. 3 — Non videtur hic agendum de contritione continuata Caietani, vel de intensione Scoti; pertinent enim ad materiam de poenitentia.

Qu. 113 art. 4 — De necessitate fidei in Christum ante vel post Evangelium promulgatum, non disputetur, nisi in II-II.

Art. 7 — Utrum augmentum gratiae detur in principio, an in fine actionis meritoriae; et utrum, si operatio meritoria successiva sit, ipsa etiam gratia successive augeatur, melius reservan-[70]tur in quaestionem de augmento caritatis in II-II.

Art. 2 — De numero et ordine et necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad iustificationem, hic disputetur, non in materia de poenitentia.

Qu. 114 art. 6 — Nihil hic de merito Christi dicatur, cum pertineat ad III partem.

Art. 3 — Utrum per quaelibet opera augeatur gratia et caritas, reservetur in materiam de caritate in II-II.

Ex Secunda Secundae

Quaest. 4 art. 3 — Non tractetur hic, sed infra in materia de caritate, an caritas sit forma omnium virtutum in genere.

Art. 6 — Disputetur hic, an fides sit unus habitus; non tamen, an sit simplex qualitas.

Qu. 5 art. 1 — Nihil de fide angelorum in genere; de hac enim in materia de angelis; sed hic tantum, an fuerit fides in primo angelo; si erat ei evidens Deum esse, qui loquebatur et revelabat ei mysteria.

Quaest. 6 — Non nisi brevissime, quia difficultas in materia de gratia tractatur.

Qu. 10 art. 2 — Quaestio de baptizandis pueris infidelium reservetur in materiam de Baptismo.

Quaest. 12 — Hic non fiant longi tractatus de potestate ecclesiastica et civili.

Qu. 23 art. 2 — Materia huius articuli non hic discutien-[71]da, sed in quaestionibus de gratia; ubi etiam de distinctione caritatis et gratiae; sed an caritas sit virtus specialis, hic in art. 4.

Quaest. 26 — Nihil hic de contritione, sed tantum, an Deus sit summe diligendus intensive, seu solum aestimative; quod in materia de poenitentia non repetatur.

Quaest. 61 — In materia de merito non hic disputetur, utrum retributio meritorum apud Deum sit secundum iustitiam commutativam, an distributivam.

Ex Tertia Parte

Quaest. 1 art. 1 — Nec de potentia obedientiali videtur hic agendum, nisi obiter, cum pertineat ad I partem in quaest. de omnipotentia Dei; nec de Incarnationis possibilitate; de qua tamen si quid hic agendum

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

videretur, non repetatur in qu. 2. Nec de distinctione supposití et naturae, sed remittatur ad qu. 3 art. 3. Tandem, an sit de ratione boni se actu communicare, pertinet potius ad I partem, in qu. de bonitate Dei, vel in quaestione de libero arbitrio Dei.

Art. 2 — Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, et quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differatur in materiam de poenitentia.

Quaest. 2 — An in Deo sint tres subsistentiae, et an essentia secundum se subsistat, an per relationes, non hic disputetur, sed supponatur ex I parte in materia de Trinitate; utrum autem possit [72] unum essentialiter dependere a multis dependentia causali, supponatur ex philosophia.

Qu. 4 art. 4 — Non disputetur de esse obiectivo contra Scotum, sed supponatur ex I parte in qu. de scientia Dei.

Quaest. 7 — An virtus heroica differat specie a virtute communiter dicta, supponatur ex philosophia morali vel ex I-II.

Quaest. 8 art. 1 — An humanitas Christi active concurrat ad infusionem gratiae, et ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum sacramentorum causalitate, ideo ne saepe repetatur idem, possunt ista coniungi et simul tractari in materia de sacramentis in genere. Ex iis tamen si quis voluerit nonnihil in hac 8 qu. attingere ad explicandum instrumentarium humanitatis concursum, hoc quicquid attigerit, nullo modo repetat in materia de sacramentis.

Art. 2 et 3 — Non videtur disputandum, qui sint, aut non sint membra Ecclesiae, cum id pertineat ad materiam de Ecclesia.

Qu. 9 art. 1 — An intelligere divinum possit communicari animae Christi, pertinet ad I-II qu. 3 art. 1.

Qu. 10 art. 2 — Ea, quae ad cuiusque beati statum pertinent, quando et quomodo videantur, non tractetur hic, sed in prima parte; sicut et reliqua, quae pertinent ad visionem Dei in communi.

Qu. 11 art. 1 — An viator possit habere notitiam eviden-[73]tem abstractivam Trinitatis, non huc pertinet, sed ad I partem.

Art. 5 — Quicquid de habitu hic disputari solet in communi, supponatur ex philosophia, vel ex I-II.

Qu. 18 art. 4 — Quae actiones dicantur humanae, quae non humanae, quaestio est I-II.

Qu. 22 — De Christi sacrificio incruento in caena, et de ratione sacrificii et hostiae in communi, commodius disputatur in materia de Eucharistia et missa; item de sacerdotio Melchisedech, et ut fuit figura Christi, melius est, ut disputet interpres Scripturae.

Quaest. 24 — Non repetantur hic, quae pertinent ad praedestinationem hominum et angelorum.

Quaest. 25 — Omittenda videntur, quae hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus, et variis daemonum illusionibus.

Ceterae quaestiones de Incarnatione possunt omitti, praeter sex fere; quarum prima sit de officio Mediatoris; ubi etiam aliquid de invocatione sanctorum dicendum est. Secunda de conceptione B. Mariae. Tertia de miraculis Christi, propter quosdam haereticos nostri temporis, qui vim miraculorum Christi, quantum possunt, elevare conantur. Disputare autem de miraculis in genere, et quae possibilia sint Deo, pertinet ad qu. de omnipotentia Dei in I parte; nulli vero creaturae esse possibilia, fere dispu-[74]tatur in materia de angelis. Quarta, an sint in Christo duae filiationes; sed non disputetur in genere: Num una numero relatione possit quippiam referri ad diversos terminos. Quinta, an ratio superior sit passa in Christo. Sexta de descensu Christi ad inferos contra Calvinum.

De Sacramentis in Genere

Quaest. 60 — Quaestio, an sacramentum sit in aliquo praedicamento, non videtur admodum digna theologo.

Quaest. 61 — Utrum semper, etiam in lege naturae, fuerit necessaria fides, non huc pertinet, sed ad II-II.

Quaest. 62 — Utrum Deus possit uti creatura tanquam instrumento ad creandum, potius est Primae partis in materia de creatione.

De Baptismo

De sollemnitatibus et caeremoniis baptismi breviter.

Nihil dicatur de cognatione spirituali in baptismo contrahi solita, sed ad matrimonium transmittatur.

De poena parvulorum sine baptismo decedentium non tractetur hic, sed in materia de [75] peccato originali in I-II.

Sacramenta confirmationis, ordinis, extremae unctionis tractentur, prout vacaverit, plene vel

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

breviter; aut etiam praetereantur, cum et faciliora sint, et habeatur in promptu, unde peti possint. Ubicunque tamen propter haereticos ea tractatio videbitur necessaria, nequaquam omittatur.

De Eucharistia

An quantitas distinguatur a substantia, philosophis relinquatur; sicut et illud, de quo Scotus hic disputat, an accidens possit producere substantiam.

De figuris Eucharistiae multiplicibus, earumque comparationibus vel nihil vel breviter.

De Poenitentia

An repugnet sine ulla infusione qualitatum supernaturalium, vel sine ullo poenitentis actu iustificari peccatorem; et an poenitere, sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad I-II de iustificatione. Illic etiam agendum est, non hic de ordine inter dispositionem et infusionem gratiae.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat praeter obligationem [76] ad poenam, supponatur ex I-II in materia de peccato.

Utrum poena damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis et eorum effectibus.

Quaestiones de restitutione, de eleemosynas, de ieiunio, de oratione, de correptione fraterna remittantur ad II-II.

Multa etiam, quae ad casus conscientiae spectant, relinqui possunt, ut superius annotatum est[18].

De Matrimonio

Omittendum videtur, quod a quibusdam hic tractatur, an virginitas sit virtus, et qualis virtus.

An maleficium maleficio possit dissolvi, pertineret sane ad II-II; sed quoniam ad eum locum raro pervenitur, et maleficium inter matrimonii impedimenta numeratur, commodius hic videtur collocandum.

De substantia voti tam simplicis, quam solemnis tractandum potius videtur in II-II quam hic. [77]

---

[a] Sequantur ... ipsos] Eam ob rem quaecumque a Societate praescripta sunt de sequenda S. Thomae doctrina, integre servare studeat; ponatque ... afficiantur *tA-B*] Sequantur ... [*v. tR99*] ... ipsos *tC-D* / [b] Quadriennio ... sacramentis] Duo scholasticae theologiae professores ita suas singuli materias singulis annis absolvant, ut totam fere theologiam expediant quadriennio. Unus ergo a prima parte progredietur usque ad materiam de fide, spe et charitate inclusive; alter vero explicabit materiam de iustitia et iure, Incarnationis mysterium et omnia sacramenta *tA-B*] Si duo fuerint scholasticae theologiae professores, unus ... [*v. tR99*] ... sacramentis *tC*] Quadriennio ... [*v. tR99*] ... sacramentis *tD* / [c] reiiciat *tC* / [d] 9 § 1-4. Ut ... explicationem] Ut ... generibus, quae a theologis etiam non raro pertractantur, abstineant ... explicationem *tA-B* / [e] Si ... sit] Si ... in compendio redigere articulos illos, dummodo nihil ... sit *tA-C* / [f] negative vel affirmative *tA-B* / [g] explicetur ac muniatur ut *tA-B* / [h] 12. Explicato ... compendio] Explicato quolibet S. Thomae articulo, tunc si res exigat, quaestionem instituat. Opiniones obsoletas, absurdas, inutiles, manifesto falsas non adducat *tA-B* / [i] Non ... omittat] Non ... omittat. Conclusiones suas probare studeat argumentorum non tam numero, quam pondere. Sacrarum Scripturarum, conciliorum, sanctorum patrum verba ipsa, quoad eius fieri potest, pauca tamen et fideliter recitet. Obiectiones non coacervet, sed potissimas seligat, breviterque refellet, nisi ex iactis fundamentis facile pateat earum confutatio *tA-B* / [j] 14. In ... respondeat] *in tA-C deest.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE
PROFESSORIS CASUUM CONSCIENTIAE [1]

Finis — 1. Eo suam omnem operam atque industriam conferre studeat, ut peritos[a] parochos seu sacramentorum administratores instituat[2].

Quaestionum distributio — 2. Unus[b] professorum biennio explicet sacramenta omnia et censuras, et praeterea hominum status atque officia; alter biennio item decalogum; in cuius septimo praecepto aget de contractibus, semper leviter attingendo, quae minoris momenti, aut non ita propria esse videantur, ut[A] verbi gratia de depositione, degradatione, magia et alia huiusmodi[b3].

A theologicis quatenus abstinendum — 3. Etiamsi a theologicis rebus, quae vix ullam habent cum casibus necessariam connexionem, penitus abstinere necesse sit, aequum tamen est[c], interdum theologica quaedam, a quibus casuum doctrina pendet, brevissima definitione perstringere: ut quid character et quotuplex sit, quid peccatum mortale aut veniale, quid consensus et horum similia[4] [78]

Quaestionum ratio et modus — 4. Citra[d] scholasticum apparatum, unaquaeque difficultas evolvatur per dubitationes[e] et conclusiones; in quibus confirmandis seligantur ad summum duae tresve rationes[f]; nec plus aequo auctoritates[g] coacerventur[5]. Unicuique autem generali praecepto seu regulae subiiciantur[h] exempli gratia tres circiter peculiares[i] casus[d6].

Probabilis opinio opposita significanda — 5. Ita[j] suas confirmet opiniones, ut, si qua alia fuerit probabilis et bonis auctoribus munita, eam etiam probabilem esse significet[j6].

Hebdomadaria disputatio — 6. Quolibet[k] sabbatho, praetermissa lectione, per duas horas vel aliquanto minus pro arbitrio provincialis et discipulorum numero, de propositis conclusionibus disputetur in schola coram magistro; in ea vero disputatione interrogationibus potissimum agatur, ut vel exigatur explanatio alicuius difficultatis, vel novus casus, mutata circumstantia aliqua, proponatur, vel alicui conclusioni opponatur canon seu doctor ex primariis, seu nonnulla brevis argumentatio, quo res plus habeat dignitatis; temperate tamen et longe infra philosophicam consuetudinem[k7].

Domesticae collationis forma — 7. Si ipse[l] domesticae casuum collationi a rec-

---

[A] ut *om. t1616.*

---

[1] Vide regulas professoris casuum conscientiae in Rat. st. a. 1591; supra, p. 277-78. De casibus conscientiae v. etiam reg. 12-15 praep. prov.; supra, p. 359.

[2] Vide Rat. st. 1591, reg. 1 prof. cas. consc.; supra, p. 277.

[3] Cf. *ib.* reg. 2-3.

[4] Cf. *ib.* reg. 4.

[5] Cf. *ib.* reg. 5.

[6] Cf. *ib.* reg. 6

[7] Cf. *ib.* reg. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tore ex provincialis praescripto praeficiatur, hunc ordinem teneat[8]: Primum materiam aliquam, de qua disserendum sit, proponat; et interdum etiam aliquid pertinens ad usum, [79] ut de modo interrogandi poenitentem, remedia ac poenitentias imponendi, et similibus[B]; deinde eius materiae praecipua capita ac fundamenta ipsemet aperiat breviter, ut generalem quandam notitiam ac tamquam lucem in omnes illius tractationis partes praebeat; tum de proposita materia tres quatuorve casus seligat, quos in collationum loco iubeat affigi, notato die, quo excutiendi sint[l].

Privatum studium — 8. De[m] his casibus propositis consulant aliqui privato studio singuli singulos auctores a praeside distributos[m].

Exponendae et disputandae sententiae — 9. Postquam[n] convenerint, primum utile esset, a singulis, quid suus doctor habeat, quam brevissime referri; tum qui praeest, interroget fere tres (quos satius est tempestive praemoneri, et vicissim variari), quid sentiant de primo casu; postea ex his, quae dicta sunt ab illis, colligat ipse doctrinam tutiorem et probabiliorem. Eodem deinde ordine casum secundum et reliquos deinceps eadem ratione excutiat. Illis casibus sic explicatis a praeside quam brevissime et eo modo, qui servandus est in disputationibus casuum, proponantur iisdem de rebus dubitationes, respondente uno ex praemonitis; et ipso tandem, quid sentiendum sit, ad extremum edocente[n].

Extraordinaria collationum materia — 10. Si[o] quid vero alicui occurrat extra ordinariam harum collationum materiam, [80] deferatur, si nihil obstat, ad praesidem, ut in proxime futura collatione agitetur[o].

---

[8] pertos ac strenuos : *A et C* [B] 2 Unus ... huiusmodi] Statuat cum praefecto studiorum, quas materias et quo ordine tractare debeat, praesertim, si duo fuerint professores, inter quos talis fere deberet esse partitio, ut unus exponat contractus, censuras et impedimenta matrimonii, quae omnia absolvat biennio; alter biennio item exponat septem sacramenta, decalogum, praecepta Ecclesiae et hominum status atque officia, semper leviter attingendo, quae minoris momenti esse videantur : *A* Unus ... [v. *RV*] ... v. gr. de suspensione, excommunione, degradatione, magia etc. *C* convenit tamen : *A* [l] 4 Citra ... casus] In referendis opinionibus habeatur delectus, ut non obsoletae aut manifesto falsae, sed paucae ac probabiles recitentur. Quin etiam [v. *RV*] conveniantur : *A* [m] dubia : *A et C* [n] optimae rationes : *A* [o] allegationes *A et C* [p] subnectat : *A et C* particulares : *A et C* [5] Ita significet] Utcunque ... [v. *supra* : *RV* reg. 4] ... casus; atque ita [v. *RV* reg. 5] significet : *A et C* [6] Quolibet ... consuetudinem] Quolibet ... [v. *RV*] *supra*] ... conclusionem, vel alias conclusioni consuetudinem : *A* Quolibet [v. *RV*] proponatur, vel alicui ... consuetudinem *C* [7] Si sint] Si professor casuum collationi a rectore praeficiatur [v. *RV*] ... proponat, eas deinde praecipua capita pertractandi sint : *A* Si [v. *RV*] pertractandi sint *C* [8] De ... disputatis] His casibus propositis, studeant caeteri vel indistincte apud quoscunque voluerint doctores, vel [illegible] ... [illegible] apud unum aliquem a praeside praescriptum : *A* His studeant aliqui singuli apud singulos auctores a praeside distributos *C* [9] Postquam ... convenerint] Postquam convenerint omnes, primum interroget de primo casu fere tres, quos satius est praemoneri et vicissim eorum alium. Postea ex his, quae dicta sunt ab illis, colligat ipse doctrinam, quam et tutiorem et probabiliorem arbitrabitur. Eodem deinde ordine casum secundum et reliquos deinceps excutiat. Illis casibus sic explicatis a praeside, proponant, qui velint, suas iisdem de rebus dubitationes, respondente uno ex illis in hoc praemonitis; et ipse tandem quid sentiendum sit, declaret : *A* Postquam [v. *RV*] essent ut singuli referrent. Tum interroget quid sentiendum sit, docetur *C* [10] Si ... agitetur] Si ... [v. *RV* reg. 4] [11] Si ... consultetur *C*

[B] Novum sit. : *Nos* [l] ...

---

[l] De ratione studii collationum casuum ... *Ratio* ... [m] reg. 4 [3] notare prop. *supra* n. 245

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE PROFESSORIS PHILOSOPHIAE [1]

Finis — 1. Quoniam artes vel scientiae naturales ingenia disponunt ad theologiam, et ad perfectam cognitionem et usum illius inserviunt, et per se ipsas ad eundem finem iuvant, eas, qua diligentia par est, praeceptor, in omnibus sincere honorem et gloriam Dei quaerendo, ita tractet, ut auditores suos, ac potissimum nostros, ad theologiam praeparet, maximeque ad cognitionem excitet sui Creatoris[2].

Sequendus Aristoteles, sed quatenus[3] — 2. In[a] rebus alicuius momenti ab Aristotele non recedat[a], nisi quid incidat a doctrina, quam academiae ubique probant, alienum; multo[b] magis, si orthodoxae fidei repugnet; adversus quam, si quae sunt illius aliusve philosophi argumenta, strenue refellere studeat[b] iuxta Lateranense Concilium[4].

Auctores male de christiana fide meriti — 3. Aristotelis interpretes, male de christiana religione meritos, non sine magno delectu[c] aut legat aut in scholam proferat[c]; caveatque, ne erga illos afficiantur discipuli[d][5]. [82]

Averroes — 4. Eam ob rem nec Averrois (idem de eiusmodi aliis iudicium) digressiones in separatum aliquem tractatum conferat; et, si quid boni ex ipso proferendum sit, sine laude proferat; et, si fieri potest, id eum aliunde sumpsisse demonstret[5].

Nulli sectae adhaerendum — 5. Nulli sectae, ut averroistarum, alexandraeorum, et similium vel se vel suos addicat; nec Averrois aut Alexandri aut ceterorum errata dissimulet; sed inde acrius deprimat eorum auctoritatem[6].

S. Thomas — 6. Contra vero de Sancto Thoma nunquam non loquatur honorifice, libentibus illum animis, quoties oporteat, sequendo; aut reverenter et gravate, si quando minus placeat, deserendo[6].

Philosophiae cursus non minor triennio[7] — 7. Universam philosophiam[e] non minus, quam triennio[e] praelegat; idque binis quotidie horis, antemeridiana una, altera pomeridiana, nisi aliter in aliqua universitate constitutum sit[8].

Quando absolvendus — 8. Ac[f] proinde nusquam[f] cursus absolvatur, antequam venerint aut valde proximae sint vacationes, quae sub anni finem dari solent[8].

Quae primo anno tradenda vel omittenda[9] — 9[g] § 1. Explicet primo anno Logi-

---

[1] Vide regulas professoris philosophiae in Rat. st. a. 1591; supra, p. 279-84. Quae autem de philosophia in Rat. st. a. 1599 statuta sunt, v. reg. 16-19 § 1-13 praep. prov., et reg. 19-24 praef. st. fac. sup.; supra, p. 376-77.

[2] Vide *Const.* P. IV c. 12 § 3; MP I 283; et cf. Rat. st. 1591, reg. 1 prof. phil.; supra, p. 279.

[3] Cf. *Const.* P. IV c. 14 § 3; MP I 299; et Rat. st. 1591, reg. 59 prof. phil.; supra, p. 283.

[4] De decreto Concilii Lateranensis v. supra, p. 101 adn. 24.

[5] Vide Rat. st. 1591, reg. 60-63 prof. phil.; supra, p. 283; deinde decr. 47 (ms. 72) congr. gen. III; necnon § 2 decr. 41 (ms. 55) congr. gen. V; *Institutum S. I.* II 228-29 et 274.

[6] Vide *ib.* § 3 decr. 41 congr. gen. V.

[7] Cf. *Const.* P. IV c. 15 § 2; MP I 301 303.

[8] Vide Rat. st. 1591, reg. 2 prof. phil.; supra, p. 279.

[9] De distributione materiae triennio docendae v. *ib.* reg. 2-3 prof. phil.; supra, p. 279-80.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cam, eius[h] summa primo circiter bimestri tradita[h], non tam dictando, quam ex Toleto seu Fonseca[10], quae magis necessaria videbuntur, explicando.

§ 2. In prolegomenis Logicae disputet tantum, an sit scientia et de quo subiecto, et pauca [83] quaedam de secundis intentionibus; plenam de universalibus disputationem differat in Metaphysicam; contentus hic mediocrem quandam eorum notitiam tradere.

§ 3. De Praedicamentis etiam faciliora quaedam proponat[i], quae fere attinguntur ab Aristotele; cetera in postremum reiiciat annum; de[j] analogia tamen et relatione, quoniam frequentissime in disputationes cadunt, quantum satis est, agat in Logica[j].

§ 4. Librum secundum Perihermenias et ambos Priorum libros, praeter octo vel novem prima capita primi[k], compendio percurrat; exponat tamen proprias illis[A] quaestiones, brevissime vero eam, quae est de contingentibus; in[l] qua nihil[l] de libero arbitrio.

§ 5. Atque, ut[m] secundus annus integer rebus physicis tribuatur, in fine primi anni plenior instituatur disputatio[n] de scientia; in eamque coniiciantur prolegomena Physicae maxima ex parte, ut scientiarum divisiones, abstractiones, speculativum, practicum, subalternatio[o], diversus quoque procedendi modus in physicis et mathematicis, de quo Aristoteles lib. 2 Physicorum; demum quicquid de definitione dicitur lib. 2 de Anima.

§ 6. Ex Topicis vero et Elenchis loci[p] et fallaciae, commodiorem in ordinem redactae, melius explicantur initio Logicae in summa[p]. [84]

Quae secundo — 10 § 1. Secundo anno explicet libros octo Physicorum, libros de Coelo[q] et primum de Generatione. In octo libris Physicorum compendio tradatur textus libri sexti et septimi; etiam primi ex ea parte, quae est de antiquorum opinionibus. In octavo libro nihil disseratur de numero intelligentiarum, nec de libertate, nec de infinitate primi motoris; sed haec in Metaphysicis disputentur; et quidem solum ex sententia Aristotelis.

§ 2. Textus secundi, tertii, quarti de Coelo breviter perstringantur, magna etiam ex parte praetereantur. In his libris non tractentur, nisi paucae de Elementis quaestiones; de Coelo autem dumtaxat de eius substantia, et de influentiis; ceterae mathematicae professori relinquantur, vel conferantur in compendium.

§ 3. Meteorologica vero percurrantur aestivis mensibus ultima pomeridiana scholae hora; idque sive ab ordinario, si possit, philosophiae professore, sive ab extraordinario, nisi aliter fieri commodius videretur.

Quae tertio — 11 § 1. Tertio anno explanabit librum secundum de Generatione, libros de Anima et Metaphysicorum. In primo libro de Anima veterum placita philosophorum summatim percurrat. In secundo, expositis sensoriis, non digrediatur in anatomiam, et cetera, quae mediocrem sunt. [85]

§ 2. In Metaphysica quaestiones de Deo et intelligentiis, quae omnino aut magnopere pendent ex veritatibus divina fide traditis[r], praetereantur[s]. Prooemium ac

---

[10] De Summulis a Fr. Toledo S.I. et a P. da Fonseca S.I. conscriptis cf. MP IV 225 adn. 35, et supra p. [illegible]

septimi et duodecimi libri textus magna ex parte diligenter explicetur. In ceteris libris seligantur ex unoquoque quidam praecipui textus, tanquam fundamenta quaestionum, quae ad metaphysicum pertinent.

Textus Aristotelis maximi faciendus — 12. Summopere[t] conetur aristotelicum textum bene interpretari, in eoque nihilo minus operae, quam in quaestionibus collocet. Auditoribus etiam persuadeat, mutilam valde ac mancam futuram philosophiam eorum, quibus id studii in pretio non sit[11].

Qui maxime textus, et quo modo interpraetandi — 13. Quoties[u] incidit in textus aliquos admodum celebres, et iactari saepe solitos in disputationibus, eos accurate perpendat, illustrioribus aliquot interpretationibus inter se collatis, ut quae quibus anteferenda sit, ex antecedentibus et consequentibus possit intelligi[v], vel ex vi graeci sermonis, vel ex aliorum locorum observatione, vel ex insigniorum interpretum auctoritate, vel denique ex momentis rationum. Tum demum veniatur ad dubitatiunculas[w] quasdam non[x] nimium exquirendas quidem[x], sed, si cuius momenti sint, non omittendas[12].

Quaestionum delectus et ordo — 14. Magnum etiam quaestionum delectum [86] habeat[y]; et eae quidem, quae[y] non ex[z] ipsa Aristotelis disputatione nascuntur[z], sed ex occasione cuiuspiam axiomatis, quod is[a] obiter inter disputandum usurpat, si aliis in libris proprium locum habent, eo reiiciantur; sin minus, continuo post textum ipsum, in quo se obtulerint, explicentur[13].

Quaestiones textui interserendae — 15. Quaestiones vero, quae per se ad materiam, de qua disputat Aristoteles, pertinent, ne[b] tractentur ante explicatos textus omnes[b] ad propositam rei summam pertinentes[c]; si quidem plures textus hi non sint, quam ut una aut altera lectione possint exponi. Sin[d] autem excurrant longius[d], ut qui sunt de principiis, de causis, de motu, in his nec fusiores[e] tractatus habeantur, nec totus Aristotelis contextus quaestionibus anteponatur, sed cum illis ita coniungatur, ut post aliquam textuum seriem, quaestiones aliquae, quae ex illis existant, interserantur[14].

Repetitio in scholis[15] — 16. Absolutis[f] lectionibus, aliqui inter se audita recolant per semihoram, circiter deni uno aliquo ex condiscipulis e Societate, si fieri potest, singulis decuriis praeposito[f].

Disputationes menstruae[16] — 17. Disputationes[g] menstruae fiant, in quibus argumententur non pauciores, quam tres mane, totidem a prandio; primus quidem per horam, ceteri vero[h] per ternos circiter quadrantes. Et mane quidem primo loco disputet [87] theologus aliquis (si theologorum competit copia) contra metaphysicum, contra physicum metaphysicus, physicus contra logicum; sed a prandio metaphysicus cum metaphysico, physicus cum physico, logicus cum logico. Mane

---

[11] Vide Rat. st. 1591, reg. 5 prof. phil.; supra, p. 280-81.
[12] Vide *ib.* reg. 10; p. 281.
[13] Vide *ib.* reg. 12.
[14] Vide *ib.* reg. 13-14.
[15] Cf. *Const.* P. IV c. 13 § 3; MP I 287.
[16] Cf. *ib.* c. 6 § 10; MP I 241 243 245.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

item metaphysicus, a prandio physicus unam aut alteram conclusionem confirmabit breviter et philosphice[gi17].

Summae tempore quatenus disputandum — 18. Quo[j] tempore summam Logicae praeceptor tradit, nec ipse, nec eius auditores ad has disputationes conveniant[B]. Immo prima aut altera circiter hebdomada logici nihil disputent, una fere rerum explanatione contenti; ex quo tempore poterunt in sua classe defendere theses aliquas die sabbathi[j18].

Disputationes sollemnes — 19. Ubi non est, nisi unus philosophiae magister[k], ter aut quater in anno instituat sollemniores aliquas disputationes festo aliove feriato die; idque eo splendore atque apparatu, invitatis etiam religiosis aliisque doctoribus ad argumentandum, ut ex ea re studiis nostris non infructuosus aliquis fervor accedat[19].

Formae ratio in disputando — 20. Sic ab ipso Logicae initio iuvenes instituantur, nihil ut eos magis pudeat in disputando, quam a formae ratione[l] deflexisse; nihil ab illis severius exigat praeceptor, quam disputandi leges ac statas vices. Itaque qui respondet, repetat primum totam argumentationem, nihil ad singulas propositiones re-[88]spondendo; tum iterum propositiones, addatque: *nego* vel *concedo maiorem, minorem, consequentiam*[m]; interdum etiam distinguat; raro autem vel declarationes vel rationes, praesertim invitis, obtrudat[20].

---

[a] In ... recedat] Ab Aristotele non recedat *tA* / [b] multo ... studeat] ubi vero aliquid docet orthodoxae fidei repugnans, eius aliusve cuiusvis philosophi argumenta, strenue refellat *tA* / c delectu ... proferat] delectu in scholam proferat *tA* / [d] erga illum nimium afficiantur auditores *tA* / [e] philosophiam ... triennio] philosophiam triennio *tA* / [f] Ac proinde nusquam] Neque uspiam *tA et C-D* / [g] § 1. Explicet ... summa] Explicet primo anno Logicam; sed primo circiter bimestri Summulam P. Fonsecae; secundo anno libros octo Physicorum, libros de Caelo et Mundo; et vel totum vel magna ex parte primam de Generatione. Ex libris autem de Caelo multa mathematicae professori concedantur; vel si is desit, in compendium conferantur. Metheorologica vero percurrantur aestivis mensibus; quibus una tantum habetur quotidie lectio ultima pomeridiana scholae hora; idque sive ab ordinario, si possit, philosophiae professore; sive ab alio extraordinario, nisi aliter fieri commodius alicubi videretur *tA* / [h] eius ... tradita] summulis primo circiter bimestri traditis; quas praescripserit provincialis *tC* / [i] declaret *tC* / [j] de analogia ... in Logica *om. tC* / [k] prioris *tC* / [l] in qua nihil] nec in ea quicquam *tC* / [m] Atque ut] Et ut *tC* / [n] tractatio *tC* / [o] *p* subalternatio *add. tC* illud etiam, an scientiae subalternentur metaphysicae / [p] loci ... summa] locos et fallacias commodiorem redigat in ordinem; textum vero praetereat, praeter primum forte et secundum librum Topicorum *tC* / [q] de caelo et mundo *tC* / [r] divina fide traditis] revelatis *tC* / [s] *p* praetereantur *add. tC* si quis tamen velit, poterit de supposito et natura, et de concursu etiam Dei cum secundis causis aliquid attingere, non tamen disputando, quam rem declarando brevissimeque probando. In metaphysicis prooemium *tC* / [t] Strenue *tA et C* / [u] Cum *tA et C* / [v] possit intelligi] innotescat *tA et C* / [w] dubiola quaedam *tA et C* / [x] non ... quidem] non affectanda quidem *tA et C* / [y] habeat ... quae] habeat, communiores sequendo securiores et magis approbatas; solerterque caveat, ne aut invadat in alienas aut ex suis alias prolixius quam res postulet, alias alieno loco pertractet. Ergo quaestiones quae *tA* / [z] non ... nascuntur] non ex ipsius aristotelicae disputationis visceribus nascuntur *tA et C* /

[B] conveniunt *t1616*.

---

[17] Vide reg. 14 prof. theol.; supra, p. 388.
[18] Vide Rat. st. 1591, reg. 47 prof. phil.; supra, p. 282.
[19] Vide *ib.* reg. 48-54; p. 282-83.
[20] Vide *ib.* reg. 55; p. 283.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[a] Aristoteles *tA et C* / [b] ne ... omnes] ne pertractentur ante finem omnium textuum *tA et C* / [c] spectantium *tA et C* / [d] Sin ... longius] sin huiusmodi textus plus aequo pateant in longum *tA et C* / [e] prolixi *tA et C* / [f] 16. Absolutis ... praeposito] 12. Dividat fere septenos aut denos, qui inter se absolutis lectionibus et mane et vesperi repetant per semihoram, uno aliquo fratrum nostrorum, si fieri potest, singulis decuriis attributo *tA*] 14. Repetitionum cura postrema non sit. Dividat ... attributo *tC* / [g] 17. Disputationes ... philosophice] Praeterea ubi receptus academiae mos nihil obest, habeantur singulis mensibus disputationes (excipe duos aestivos ultimos), ad quas omnes philosophiae professores conveniant. Durent mane ac vesperi toto scholarum tempore. Quot fuerint professores, totidem auditores ex eodem scamno defendant unius quilibet professoris quaestiones. Praesideant e scamnis professores uniusquisque suo, moderante universam disputationem praefecto studiorum. Argumententur non pauciores quam tres mane, totidem a prandio; primus quidem per horam, aliorum vero duorum singuli per ternos circiter quadrantes; et mane quidem primo loco disputet theologus aliquis, si theologorum suppetit copia, contra metaphysicum, contra physicum metaphysicus, physicus contra logicum; sed a prandio metaphysicus cum metaphysico, physicus cum physico, logicus cum logico. Mane item metaphysicus, a prandio physicus unam aut alteram conclusionem confirmabit; breviter tamen et graviter *tA* / [h] ceteri vero] aliorum vero duorum singuli *tC* / [i] graviter *tC* / [j] 8. Quo ... sabbathi] 20. Toto Summulae tempore nec professor nec auditores in menstruis disputationibus cum aliis conveniant; tametsi post duas aut tres hebdomadas possent in sua classe defendere theses aliquas in sabbato, suggerente, si opus esset, argumenta praeceptore, donec paulatim comparentur ad pugnam *tA* / [k] professor *tA et C* / [l] rigore *tA et C* / [m] seu minorem, seu consequentiam *tA*.

REGULAE
PROFESSORIS PHILOSOPHIAE MORALIS [1]

Officium — 1. Intelligat[a], sui instituti nequaquam esse ad theologicas quaestiones digredi, sed progrediendo in textu breviter, docte et graviter praecipua capita scientiae moralis, quae in decem libris *Ethicorum* Aristotelis habentur[2], explicare[a].

Tempus huius lectionis — 2. Ubi[b] ab ipsomet philosophici cursus professore ethica praelegi non solent, exponat, qui ethica tradit, metaphysicis graviores huius scientiae quaestiones; idque per tres quadrantes quotidie, aut semihoram[b].

Repetitio — 3. Ethicae[c] repetitiones saltem decimoquinto quoque die habeantur, quo tempore rector statuerit; etiam si ob eam causam una esset metaphysica repetitio praetermittenda[c3].

---

[a] 1. Intelligat ... explicare] Intelligat ... habentur (in morali enim philosophia doctrina Aristotelis sequenda est), explicare per horam quotidie; idque semestri illo tempore, quod datur philosophiae repetendae eiusque actibus celebrandis; nisi ubi moris est, ut a philosophici cursus professore et in ipsomet cursu ethica praelegantur *tA*] Intelligat ... explicare per horam ... celebrandas; vel ubi moris est, a ... praelegantur *tC* / [b] 2. Ubi ... semihoram] *in tA et C deest* / [c] 3. Ethicae ... praetermittenda] Et quidem si semestri illo spatio temporis doceat, quotidie absoluta lectione iubeat per quadrantem saltem repeti in scholis iuxta morem aliorum philosophorum. Binas etiam per hebdomadam domi repetitiones habeat uno aut altero adversus ea, quae repetita fuerint, argumentante. Bis etiam singulis mensibus per sesquihoram iisdem de rebus disputetur in schola *tA*] Et ... habeat. Bis ... schola *tC* / [d] 4. Cum ... argumentatur] *in tA et C deest*.

---

[1] Regulas professoris philosophiae moralis in Rat. stud. a. 1591 vide supra, p. 284.
[2] Cf. *Const.* P. IV c. 14 § 3; MP I 299.
[3] Cf. reg. 16 prof. phil.; supra, p. 399.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Conclusiones — 4. Cum[d] metaphysicae auditores vel domi privatas, vel in schola menstruas habent disputationes[4], propositionem aliquam ethicam conclusionibus semper adiungant; adversus quam per quadrantem metaphysicus disputet, qui argumentatur[d].

REGULAE
PROFESSORIS MATHEMATICAE [1]

Qui authores, quo tempore, quibus explicandi — 1. Pysicae[a] auditoribus explicet in schola tribus circiter horae quadrantibus Euclidis elementa; in quibus, postquam per duos menses aliquantisper versati fuerint, aliquid Geographiae vel Sphaerae, vel eorum, quae libenter audiri solent, adiungat; idque cum Euclide vel eodem die, vel alternis diebus[a 2].

Problema — 2. Singulis[b] aut alternis saltem mensibus ab aliquo auditorum magno philosophorum theologorumque conventu illustre problema mathematicum enodandum curet; posteaque, si videbitur, argumentandum[b].

Repetitio — 3. Semel[c] in mense, idque fere die sabbathi, praelectionis loco praecipua quaeque per eum mensem explicata publice repetantur[c].

---

[a] 1. Physicae ... diebus] Physicis omnibus ... schola a prandio tribus ... fuerint, ita dividat praelectionis tempus, ut aliquid simul Euclidis et Geographiae vel Sphaerae aliisve, quae libenter audiri solent, tribuatur *tA* / [b] 2. Singulis ... argumentandum] Singulis ... auditorum cuipiam ... illustre aliquod problema mathematicum enarrandum tradat *tA*] Singulis ... enarrandum postea, si videbitur, disputandum *tC* / [c] 3. Semel ... repetantur] Cuiusque mensis sabbato uno ... repetantur *tA et C*.

---

[4] De variis disputationum generibus in philosophia v. *ib.* reg. 17-20.
[1] Regulas professoris mathematicae in Rat. stud. a. 1591 vide supra, p. 284-85.
[2] Cf. *Const.* P. IV c. 12 litt. C; MP I 283.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE

PRAEFECTI STUDIORUM INFERIORUM [1]

Finis — 1. Intelligat[a] se ad id esse delectum, ut omni ope atque opera rectorem adiuvet in scholis nostris ita regendis ac moderandis, ut, qui eas frequentant, non minus quam in bonis artibus, in vitae probitate proficiant[a2].

Subordinatio generali praefecto — 2. In[b] rebus. quae ad morum disciplinam in scholis nostris pertinent, rectorem tantum, in iis vero, quae ad studia, generalem studiorum praefectum consulat; ab eorum[c] praescripto non recedat; nullam consuetudinem aut receptam tollat aut novam introducat[b3].

Declamationes a quo probandae — 3. Eidem[d] praefecto quicquid ab[A] auditoribus rhetoricae et inferiorum facultatum publice domi forisque declamabitur, tradi curet recognoscendum. Emblemata vero et carmina, quae celeberrimis aliquot diebus propalam collocantur, a duobus per rectorem designandis legantur omnia, atque optima seligantur[d]. [94]

Magistri observandi et iuvandi — 4. Regulas magistrorum inferiorum et auditorum habeat, et perinde ac suas sedulo curet observandas[4]. Magistros ipsos iuvet ac dirigat, maximeque caveat, ne quid[e] apud alios, praesertim vero discipulos de eorum existimatione atque auctoritate detrahatur.

Una docendi ratio — 5. Magnopere caveat[f], ut novi praeceptores decessorum suorum docendi morem et alias consuetudines, a nostra tamen ratione non alienas, sedulo retineant, quo minus externi frequentem magistrorum mutationem incusent.

Scholae visendae — 6. Quintodecimo[g] quoque die minimum singulos docentes audiat; observet, an doctrinae christianae debitum tempus atque operam tribuant; an, quantum satis est, in suo penso tum persolvendo, tum recolendo progrediantur; an denique cum discipulis decore ac laudabiliter se in rebus omnibus gerant[g5].

Feriati dies et horarum mutatio — 7. Tum[h] festos dies et vacationes, sive provinciis omnibus communes, sive suae proprias, praesertim hebdomadarias; tum horas, quibus quoque anni tempore inchoandae scholae sint ac finiendae, mature cognoscat magistrisque significet; quando item discipuli ad publicas supplicationes, aliaque id genus dimittendi, aut aliquid extra ordinem agere iubendi seu vetandi[h6].

[A] ab *om. t1616.*

---

[1] Regulas praefecti studiorum class. inf. vide in Rat. st. a. 1591; supra, p. 256-67.

[2] Cf. *Const.* P. IV c. 7 § 1; et c. 16 § 3-4; MP I 263 311; praeterea reg. 1 praef. st. inf.; supra, p. 256, et reg. 1 praef. st. sup.; supra, p. 374.

[3] Cf. reg. 65 praef. st. inf.; supra, p. 267.

[4] Cf. reg. 1; *ib.* p. 256.

[5] Cf. reg. 16-17; *ib.* p. 258-59.

[6] Cf. reg. 64-65; *ib.* p. 266-67.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quinque scholarum gradus — 8 § 1. Caveat, ne gradus, quibus quinque scholae inferiores, videlicet rhetorica, hu-[95]manitas et tres grammaticae constant, ulla ratione permisceantur; ut, si quando classis aliqua ob multitudinem discipulorum ex provincialis praescripto geminetur, eundem utraque gradum retineat; et si quando plures in una classe ordines statuantur, iis gradibus respondeant, qui in regulis professorum describuntur[7].

Divisio grammaticae in tres libros — § 2. Quae distinctio quo melius faciliusque servetur, omnia Emmanuelis[8] praecepta tres in libros dividenda sunt; quorum singuli singularum scholarum sint proprii.

Primus liber pro infima classe continebit primum Emmanuelis librum, et brevem introductionem syntaxeos e secundo depromptam.

Secundus liber pro media classe continebit secundum librum Emmanuelis de octo partium constructione usque ad figuratam, additis facilioribus appendicibus.

Tertius liber pro suprema classe continebit e secundo libro appendices secundi generis, et a figurata constructione usque ad extremum, ac librum tertium, qui est de syllabarum dimensione.

Similis autem huic in tres partes, quae tribus classibus respondeant, divisio ab iis etiam provinciis facienda esset, quae aliam methodum, quam romanam sequuntur[9].

Infimae classis geminus ordo — § 3. Cuiusque classis librum magister primo fere semestri absolvet, altero a capite repetet. [96] Quoniam vero infimae classis liber maior est, quam explanari uno anno ac recoli totus possit, ideo bifariam dividitur. Et expediret quidem pueros non admittere, nisi in prima parte bene instructos, ut omnibus secunda pars, sicut in[B] ceteris classibus, uno anno explicaretur et repeteretur. Verum ubi id fieri non poterit, haec infima classis dividenda erit in duos ordines, quorum uni prima pars libri, alteri secunda primo fere semestri praelegatur; secundo vero semestri utraque ab initio repetatur. Quae sicubi geminetur, cum in ea duplex sit ordo, unus poterit magister inferiorem ordinem docere, alter superiorem.

Repetitionis utilitas — § 4. Huius repetitionis duplex erit utilitas; prima, quod altius inhaerebunt, quae saepius fuerint iterata; altera, ut, si qui sint praestanti ingenio, celerius quam ceteri cursum conficiant, cum singulis semestribus possint ascendere.

Collegium quinque classium — § 5. Ubi igitur quinque scholae sunt, serventur in singulis singuli gradus eo modo, quo descripti sunt in regulis magistrorum; nec in ulla earum plus quam unus ordo, excepta infima, permittatur.

Quatuor — § 6. Ubi sunt quatuor scholae, vel, sublata rhetorica, ceterae quatuor nihil differant ab iis, quas modo diximus; vel, quod magis placet, suprema sit rhetorica, servetque prorsus gradum in regulis professoris rhetoricae descrip-[97]tum; altera sit humanitatis, itemque servet gradum in regulis professoris ex-

---

[B] in *om. t1616*

---

[7] Cf. reg. 9; *ib.* p. 257.
[8] De grammatica latina E. Álvares S.I. v. reg. 23 praep. prov.; supra, p. 363.
[9] De methodo romana cf. *ib.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

pressum; tertia in duos secetur ordines, quorum superior supremae classi grammaticae respondeat, inferior mediae. Quarta denique respondebit infimae classi; duosque in ordines, ut in eius regulis dicitur, tribui poterit. Si superior tantum ordo admittatur, tertia unum tantum gradum teneat, sitque suprema grammaticae; quarta vero duos, sitque media et infima.

Trium — § 7. Ubi sunt tres scholae, duae inferiores retineant gradum modo praescriptum duabus ultimis in collegio quatuor classium; suprema vero vel sit pura humanitas, vel in duos dividatur ordines, quorum superior rhetoricae, inferior humanitati respondeat. Atqui ordo superior non introducetur, nisi consulto rectore, cum bonus numerus discipulorum erit, qui eius ordinis sint capaces; atque ita, ut magister studio et curae, inferiori ordini debitae, nullo modo desit.

Duarum — § 8. Ubi sunt duae scholae, inferior duos habeat ordines; quorum alter supremo ordini infimae classis, alter mediae classi; superior item duos, quorum alter supremae classi grammaticae, alter humanitati respondeat.

Repetitio pensi in scholis duorum ordinum — § 9. In his etiam scholis, ubi est ordo geminus, eadem erit pro utroque ordine, quae dicta est § 3, annui pensi repetitio. Et quidem [98] ubi fieri posset, ut utrique sua cuique pars primo semestri explicaretur, secundo interaretur; discipuli per biennium in eadem classe aeque progrederentur atque in duabus, quae singulis constarent ordinibus; verum, ubi id difficilius videatur, plus etiam erit temporis tribuendum.

Quae ibidem communia, quae propria — § 10. Hoc ut obtineri possit in his scholis, in quibus ordo erit geminus, omnia praeter grammaticae praelectionem erunt omnibus communia. Ac primum quidem ciceroniana praelectio communis erit, ita ut faciliora ab inferiore, difficiliora a superiore ordine reposcantur. Deinde thema etiam unicum dari poterit, ita ut totum ordo superior excipiat, inferior primam solum, vel ultimam partem, quae sit praeceptis illi explicatis accommodata. Denique exercitationes et concertationes plerumque omnibus communes esse possunt. Sola ergo grammaticae praelectio distincta cum sit, aut alterno quoque die[C] singulis ordinibus, aut tempore bifariam diviso, sua utrique quotidie explicabitur recoleturve.

Novi discipuli — 9[j]. Nullum, quoad eius fieri potest, in discipulorum numerum referat, qui non adducatur a parentibus, aliisve, quibus curae sit; aut quem ipse non noverit; aut de quo facile non possit ab aliis sibi iam notis edoceri. Neminem vero eo quod ignobilis sit aut pauper, excludat[j]. [99]

Eorum examen — 10[k]. Eos, qui de novo adveniunt[i], in hunc modum examinet: roget, quaenam studia coluerint, et[D] quatenus; deinde seorsim aliquid scribere, certo argumento proposito, iubeat; nonnulla item praecepta facultatum, quibus studuerint, exigat; breves aliquas sententias, sive latine convertendas, sive, si sit opus, e scriptore quopiam interpretandas proponat[k].

Admissio — 11[l]. Quos probe instructos et bonorum morum aut indolis esse cognoverit, admittat[m]; iisque[n] regulas auditorum nostrorum ostendat, ut quales se esse oporteat, norint. Eorum nomen, cognomen, patriam, aetatem, parentes, aut eos, in quorum cura sunt[o], ecquis discipulorum noverit eorum domos, in libro scribat; diem-

---

[C] alternis diebus *t1626* / [D] et *om. t1616*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

que et annum, quo quisque admissus est, adnotet. Demum unumquemque in ea classe et cum eo praeceptore collocet, qui ipsi conveniat, ut superiore dignus potius, quam suo[p] indignus videri possit[l].

Qui non admittendi — 12. In[q] ultimam classem fere neque admittat iuvenes aetate provectos, neque puerulos nimium teneros, nisi admodum idoneos, etiam si probae tantum educationis gratia mitterentur[q10].

Promotio — 13. Generalis[r] sollemnisque promotio semel in anno post anniversarias vacationes facienda est[11]. Si qui tamen longe excellant, atque in superiore schola magis, quam in sua profecturi vi-[100]deantur (quod inspiciendis catalogis rogandisque magistris[s] cognoscet), nequaquam detineantur, sed quocunque anni tempore post examen ascendant; quamquam a prima classe ad humanitatem[E] propter artem metricam, quae secundo semestri explicatur, et ab humanitate ad rhetoricam propter Cypriani summam[F12] vix patet ascensus[r].

Ad examen scribendum — 14[t]. Ad examen semel aut, si opus sit, iterum ab omnibus classibus soluta oratione, a suprema vero grammaticae et humanitate semel etiam carmine, et, si videatur, semel graece aliquo dierum intervallo in schola scribendum est.

Examinis leges recitandae — 15[u]. Efficiat, ut biduo vel triduo ante examen magistri scribendum examinis causa denuncient; scribendique ad examen leges, in fine harum regularum positae, singulis in classibus recitentur[13].

Praefectus praesit — 16. Scribentibus[v] praesit ipse[w] praefectus, aut alius quem ipse sibi substituerit; qui, quo die scribendum est, signo dato argumentum breve potius quam longum tradat[v14].

Compositiones tribuendae examinatoribus — 17. Compositiones[x] in fasciculum ordine alphabeti coniectas apud se habeat; et, si nihil impediat, dividat examinatoribus, ut, si videatur, legere et errata in margine notare possint[x15].

Examinatores — 18. Examinatores[y] tres esse oportet[16]. Unus erit, ut plurimum, ipse praefectus; alios duos rerum humaniorum bene peritos, qui si fieri potest, [101] magistri non sint, rector cum praefecto constituet. In decernendo autem[z] plura horum trium suffragia spectabuntur. Ubi vero ingens est numerus, duo aut plura examinatorum ternaria constitui nihil vetat[y].

Examinandorum numerus — 19. Terni[a] ad examen, aut etiam plures ex classibus, praesertim inferioribus, evocentur; totidemque deinceps[b] a magistro, servato alphabeti ordine, aut alio commodiore, submittantur[a17].

[E] humanitatem tum ob alias causas, tum *t1616* / [F] summam] compendium *t1616*.

---

[10] Cf. reg. 18 praef. st. inf.; supra, p. 259.
[11] Cf. reg. 38; *ib.* p. 262.
[12] C. Soares S.I., *De arte rhetorica*; cf. supra, p. 138 adn. 1 et passim.
[13] Cf. reg. 42 praef. st. inf.; supra, p. 263.
[14] Cf. reg. 43; *ib.* p. 264.
[15] Cf. *ib.* reg. 45.
[16] Cf. reg. 39; *ib.* p. 263.
[17] Cf. reg. 48; *ib.* p. 265.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Catalogi cognoscendi — 20. Examinatores[c] in primis perlegant magistri catalogum, et in eo recognoscant adscriptas cuique notas, dum ad examen accedit; conferendo, si opus sit, cum superioribus eiusdem anni catalogis, ut quid quisque profecerit aut profecturus sit, facilius appareat[c18].

Examinis ratio — 21. Examinis[d] ratio haec erit[19]: primum, suae quisque compositionis partem, si videatur[e], recitet; deinde errata corrigere, et eorum rationem reddere iubeatur, praecepto contra quod peccatum sit, indicato. Postea grammaticis vernaculum aliquid statim latine vertendum proponatur; omnesque de praeceptis et rebus, quae in quaque schola tradita sunt, interrogentur. Denique brevis, si sit opus, loci cuiuspiam ex libris in schola explicatis interpretatio exigatur[d].

Quando ferenda sententia — 22. Post[f] cuiusque ternarii examen, recentibus adhuc examinatorum iudiciis, sen-[102]tentiae de interrogatis ferantur, habita compositionis, notae a magistro additae, et interrogationis ratio[f20].

De dubiis — 23[g]. Ad constituendum de dubiis praefectus quotidianas eorum scriptiones per intervalla exigat; cum iisdem iudicibus conferat, ut eos, si videatur, rursus scribere iubeant et examinent. Porro in dubiis ratio aetatis, temporis in eadem classe positi, ingenii ac diligentiae habenda erit[g21].

Silentio sententiae supprimendae — 24. Peracto[h] demum examine, quid de unoquoque statuendum sit, silentio supprimatur, nisi quod, antequam[i] publice recitetur, suus cuique magistro catalogus ostendendus erit[h22].

Inepti — 25. Si[Gj] quis sit plane ineptus ad gradum faciendum[G], nullus deprecatori[H] sit locus. Si quis aegre quidem aptus, sed tamen propter aetatem, tempus in eadem classe positum, aut aliam rationem promovendus videatur, id ea conditione, nisi quid obstiterit, fiat, ut, si minus suam magistro probarit industriam, ad inferiorem scholam remittatur[23]; nec in catalogo eius ratio habeatur. Si qui denique ita sint inutiles[I], ut nec eos promoveri deceat, nec ullus in propria classe fructus speretur, agatur cum rectore, ut, eorum parentibus aut curatoribus perhumaniter admonitis, locum non occupent[j].

Promulgatio — 26. Publice[k] promovendorum[l] catalogus vel ad singulas seorsim classes, vel in aula simul [103] ad omnes recitetur. Si qui longe inter caeteros eminent, primi honoris causa nominentur; in caeteris alphabeti vel doctrinae ordo servabitur[k23].

Librorum catalogus — 27. Ante instaurationem studiorum de catalogo librorum, qui eo anno explicandi sunt in scholis nostris, conficiendo, mature referat ad rectorem, ut res cum praefecto generali[m] et cum magistris communicetur; eodemque mo-

---

[G] Si quis nulla ratione ad gradus faciendum videtur aptus *t1616* / [H] deprecationi *t1616* / [I] inutiles] rudes *t1616* .

---

[18] Cf. reg. 41; *ib.* p. 263.
[19] Cf. reg. 49; *ib.* p. 265.
[20] Cf. reg. 52; *ib.*
[21] Cf. *ib.* reg. 53.
[22] Cf. *ib.* reg. 54.
[23] Cf. *ib.* reg. 55.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

do statuatur, si qui forte in anno libri sive scriptores commutandi[n] sint[24].

Librorum copia — 28. Efficiat[o], ut tempestive cum publicis bibliopolis[p] agatur, ne librorum, quibus aut in dies utimur, aut sequentem in annum usuri sumus tum nos, tum externi[q], copia desideretur[24].

Locorum assignatio — 29[r]. Cuiuslibet anni initio sua singulis auditoribus scamna et consessores vel per se, vel per magistros, alumnis etiam et convictoribus per eorum moderatores assignet (nisi forte alicubi ex doctrinae ordine sedendi ordo statuatur); nobilibus quidem commodiora, nostris veros et aliis item religiosis, si adsint, ab externis separata subsellias; neque committat, ut magna aliqua commutatio, se inscio, fiat[r][25].

Privati studii tempus — 30. Permagni interest, ut auditoribus non modo nostris, sed alumnis etiam vel convictoribus, et, si nihil obstiterit, externis quoque praefectus per magistros vel per alios illorum collegiorum praefectos tempus ita distribuat, [104] ut privati studii horas bene collocent[26].

Immunitas nulla — 31. Nullam det cuipiam, praesertim diuturnam, nisi gravi de causa, a versibus et graecis discendis immunitatem[27].

Declamationes menstruae — 32. Curet[t], ut declamationes menstruae, quae publice in aula a rhetoribus habentur, superiorum etiam classium frequentia, non modo rhetorum et humanistarum[u] cohonestentur. Ideoque magistri admoneantur[u], ut suos quisque auditores invitent. Ex nostris vero nemini abesse liceat, nisi a rectore potestatem impetrari[t][28].

Scholarum disputationes — 33. Consideret[v], quando, qua ratione et quo convenire debeant scholae ad disputandum inter se; nec solum disputandi rationem ante praescribat, sed etiam, dum certatur, praesens ipse sedulo curet, ut fructuose, modeste, pacate gerantur omnia. Eodemque modo rhetorum et humanistarum declamationibus seu praelectionibus, quas in gymnasio habere solent, intersit[v][28].

Academiae — 34. Ad literarias exercitationes altius imprimendas det operam, ut, si rectori videbitur, in classibus non modo rhetoricae et humanitatis, sed etiam grammaticae academiae instituantur; in quibus statis diebus, certisque legibus, quae[w] in fine libri habentur[w], vicissim praelegatur, disputetur, aliaeque boni auditoris partes agantur[29].

Praemia publica — 35. De praemiis distribuendis[30] ac declama-[105]tione, dialogove tum fortasse habendo[x], tempestive superiori in memoriam revocet. In qua distributione[y] leges[z], quae in fine harum regularum collocantur, servandae erunt[z], et in singulis classibus ante scriptionem promulgandae.

Privata — 36. Det[a] quoque operam, ut, praeter publica praemia, privatis etiam, quae rector collegii[b] suppeditabit, praemiolis, vel signo aliquo victoriae magi-

---

[24] Cf. reg. 12; *ib.* p. 258.
[25] Cf. *ib.* reg. 60, p. 266; et reg. 83 prof. 3 cl. gram., supra, p. 295.
[26] Vide reg. 24 praef. stud. inf.; supra, p. 259.
[27] Cf. reg. 28; *ib.* p. 260.
[28] Cf. *ib.* reg. 30.
[29] Cf. *ib.* reg. 28.
[30] Cf. reg. 35; *ib.* p. 261.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

stri in sua quisque schola discipulos excitent, cum vel adversarium vincendo, vel totum aliquem librum repetendo, memoriterve reddendo, vel illustre aliquid eiusmodi agendo[c] in dies commeruisse videbuntur[a].

Censor seu praetor — 37. Suum[d] in unaquaque classe, pro regionum consuetudine, publicum censorem, vel, si censoris nomen minus placeat, decurionem maximum, aut praetorem constituat; qui, ut in honore sit apud condiscipulos, privilegio aliquo cohonestandus erit; iusque habebit, magistro approbante, leviores poenas a[K] condiscipulis deprecandi. Is observet, si quis aut ante signum datum ex condiscipulis vagetur in atrio, aut scholam alienam ingrediatur, aut a propria, seu a suo loco discedat; deferat etiam ad praefectum, quinam quotidie desiderentur; si quis non discipulus scholam intrarit; demum si quid, absente seu praesente magistro, peccetur in schola[d31].

Corrector — 38. Propter[c] eos, qui tum in diligentia, tum in iis, quae ad bonos mores pertinent, peccave-[106]rint, et cum quibus sola verba bona et exhortationes non sufficiunt, corrector, qui de Societate non sit, constituatur. Ubi haberi non poterit, excogitetur modus, quo castigentur, vel per aliquem ex ipsis scholasticis, vel alia convenienti ratione[32]. Propter domestica vero delicta non plectantur in schola, nisi raro et magna de causa[e33].

Correctionem recusantes — 39. Qui[f] autem plagas recusant, aut cogantur, si tuto possint; aut, si quando id indecore fiat, cum grandioribus videlicet, iis gymnasium nostrum interdicatur, conscio[L] tamen rectore; sicut et iis, qui frequenter absunt a schola[f34].

A schola removendi — 40. Cum[f] nec verba, nec correctoris officium satis esset, et in aliquo emendatio non speraretur, aliisque esse offendiculo videretur, praestat a scholis eum removere, quam, ubi parum ipse proficit et aliis nocet, retinere[34]. Hoc autem iudicium rectori, ut omnia ad gloriam et servitium Dei, ut par est, procedant, relinquetur[f].

Coercendi — 41. Si[f] casus aliquis acciderit, ubi in remedium offendiculi praestiti satis non esset a scholis expellere, ad rectorem referat, ut is videat, quid praeterea conveniat providere. Quamvis, quoad eius fieri poterit, in spiritu lenitatis, pace et caritate cum omnibus conservata, sit agendum[f35]. [107]

Reditus ad scholas nemini pateat — 42. Reditus[g] ad scholas nostras nemini pateat eorum, qui vel semel eiecti sunt, vel ultro sine legitima causa discesserunt, quin prius rector admoneatur; cuius erit, quid expediat, iudicare[g36].

[K] a *om. t1599* / [L] conscio tamen rectore] rectore tamen antea consulto *t1616*.

---

[31] Cf. reg. 61; *ib.* p. 266.
[32] Cf. *Const.* P. IV c. 7 § 2 et litt. D; c. 16 § 5; MP I 267 311 313.
[33] Cf. reg. 62 praef. st. inf.; supra, p. 266.
[34] Cf. *Const.* P IV c. 16 § 5; MP I 313.
[35] Cf. *ib.* litt. D.
[36] Cf. reg. 20 praef. st. inf.; supra, p. 259.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Atrii quies — 43. Nihil[hM] in atrio, nec[N] in scholis, etiam superioribus patiatur armorum, nihil ociosorum, nihil concursationum atque clamorum; nec iuramenta, nec iniurias verbo aut facto illatas, nec inhonestum aut dissolutum quid in eis permittat[37]. Si quid acciderit, componat statim; et cum rectore agat, si quid est, quod atrii quietem ullo modo perturbet[h].

Atrium et scholae lustrandae — 44. Non[i] modo toto scholarum tempore in atrio, sive in conclavi, unde atrii prospectus pateat, sit assiduus, verum etiam scholas ante datum signum ad ingrediendum[j] interdum lustret; semperque ad atrii ianuam cunctis exeuntibus praesto sit[i].

Templum et missae — 45[k]. Curet, ut scholarum ingressus in templum egressusve strepitu careat; et nunquam, nisi praesente aliquo magistrorum, aut etiam pluribus, missam audiant; cui non modo omnes quotidie religiose intersint, sed etiam recte atque ordine distributi[k38].

Confessio — 46. Diebus[k] et horis ad excipiendas discipulorum confessiones constitutis, videat, ut confessarii tempestive adsint[38]; templum ipse per id tempus ingrediatur identidem; curetque, ut[l] [108] modeste ac pie se pueri gerant[k].

Schola non evocandi — 47. Ne[k] ipse quidem praefectus, nisi parce, praesertim praelectionum tempore, e scholis discipulos evocet[39]; si quid in ea re peccetur ab aliis, rectorem edoceat.

Discipulorum opera non utendum — 48. Nullo autem tempore discipulorum opera aut ad scribendum, aut ad ullam rem aliam utatur, aut alios uti sinat[k40].

Regulae palam collocandae — 49. Regulae[k] omnium externorum discipulorum communes in loco, ubi publice legi possint, et in[m] quavis praeterea classe propalam sunt[m] affigendae, et cuiusque fere mensis[n] initio in rhetorica, caeterisque inferioribus recitandae[k41].

Vices praefecti generalis — 50. Ubi[o] non erit praefectus studiorum superiorum, curam subeat ipse, rectore probante[p], recognoscendi ea, quae publice declamantur, et libros nostris scholasticis, eodem[q] conscio rectore, distribuendi[o].

[M] Nihil] neque *t1616* / [N] nec] neque *t1616*.

---

[37] Cf. *Const.* P. IV c. 16 § 4; MP I 311; et reg. 63 praef. st. inf.; supra, p. 266.
[38] Cf. *ib.* reg. 59.
[39] Cf. reg. 78 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 294.
[40] Cf. Rat. st. 1586/B c. 14 § 22; supra, p. 228.
[41] Cf. *ib.* § 23.

---

[a] 1. Intelligat ... proficiant] Intelligat ... ut omni studio rectorem ... iuxta potestatem ab eo acceptam, ita ... non minus in vitae probitate, quam in bonis artibus doctrinisque proficiant *tA-B*] Intelligat ... ut habita ratione profectus in litteris et moribus externorum, quos in nostris collegiis instituendos suscepimus, nihil inhonestum aut dissolutum in iis permittatur *tC* / [b] 2. In ... introducat] Supremum moderatorem in rebus ad studia pertinentibus consulat, si qua interdum in iis difficultas oritatur, vel si quid sit extra ordinem, quod vel ad omnes classes, vel ad diuturnum tempus pertineat, instituendum *tA*] Generalem studiorum praefectum in rebus ad studia pertinentibus consulat, neque ab eius praescripto recedat *tB*] In ... [v. *tR99*] ... introducat *tC-D* / [c] eius *tC* / [d] 3. Eidem ... seligantur] Nihil ab auditoribus rhetoricae et inferiorum facultatum publice agatur in aula, templis, in seminariis seu collegiis convictorum coram externis, non dialogi, non tragediae, non

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

poemata aut orationes, aliave eiusmodi, quin eidem praefecto tradi curet recognoscenda. Emblemata vero et carmina, quae ... [v. *tR99*] ... seligantur *tA*] Nihil ... publice domi forisque agatur, quin ... Emblemata vero ... seligantur *tB*] Eidem ... [*v. tR99*] ... seligantur *tC-D* / [c] quid imprudenter *tA* / [f] Solerter invigilet *tA-C* / [g] 6. **Quintodecimo ... gerant]** Quintodecimo ... progrediantur; an fines in docendo cuique classi praescriptos excedant; an denique ... omnibus *tA-B*] Quintodecimo ... se gerant in omnibus *tC* / [h] 7. Tum ... vetandi] Tum ... [*v. tR99*] ... proprias ab his, qui praesunt diligenter cognoscat, easque magistris, praesertim hebdomadarias, mature denunciet *tA] in tB deest*] Tum ... vetandi *tC-D* / [i] *reg. 8* § *1-10 solum in tD* / [j] 9. Nullum ... excludat] *in tA deest*] Ut pericula fraudis evitentur, nullum ... praefectus ipse non ante ... edoceri; neminem excludendo, quia ignobilis sit aut pauper *tB*] Nullum ... excludat *tC-D* / [k] 10. Eos ... proponat] *in tA deest*] Eos ergo, qui per aetatem et alia quae diximus, apti videbuntur, examinet iuxta rationem a praefecto studiorum inferiorum acceptam, hoc fere modo: Principio interrogentur, quaenam studia coluerint et quatenus; deinde seorsim aliquid scribere certo argumento proposito iubeantur; nonnulla item praecepta facultatum earum quibus studuerint, exigantur, breves aliquae sententiae sive latine convertendae, sive elegantius efferendae aut variandae; aliquid etiam si sit opus, e scriptore quopiam interpretandum proponatur *tB*] Eos ... [*v. tR99*] ... proponat *tC-D* / [l] 11. Quos ... possit] *in tA deest*] Librum habeat, ubi omnium scholasticorum, qui scholas assidue frequentant, nomina scribantur; quique eorum promissionem de obedientia rectori praestanda et constitutionibus observandis (quas ipsemet proponet). Has ergo constitutiones et regulas admittendis ostendat ut quales eos esse oporteat, si nostrae se disciplinae tradere velint, intelligant; statimque notet in libro diem et annum, quo quis admissus est, et praeter nomen et cognomen, patriam, et aetatem, parentes aut eos in quorum tutela est, ubi habitat, et quis veterum discipulorum eius noverit domum. Harum enim rerum notitia magnos et praecipuos usus habet; atque ita demum in iis classibus cumque iis praeceptoribus, qui ipsis conveniant, collocentur, ut superiore classe dignus potius, quam illa indignus videri possit *tB*] Quos ... [*v. tR99*] ... possit *tC-D* / [m] admittat *om. tC* / [n] iis *tC* / [o] *p* sunt *add. tC* ubi habitent / [p] illo *tC-D* /

[q] 12. In ... mitterentur] *in tA deest*] In ultimam vero classem fere neque admittat iuvenes aetate provectos; si quidem eiusmodi sint, ut disciplinam ipsi non laturi et alios turbaturi esse videantur; neque puerulos nimium teneros, nisi admodum idonei fuerint, etiam si probae tantum educationis gratia mitterentur in scholam *tB*] In ... [*tR99*] ... mitterentur *tC-D* / [r] 13. Generales ... ascensus] *in tA deest*] Generales ... praevio examine ... classe propter artem metricam, quae secundo semestri explicatur, et ab humanitate propter Cypriani Rhetoricam vix patet ascensus *tB-C* / [s] et magistris interrogandis *tB* / [t] *reg. 14 in tA-B deest* / [u] 15. Efficiat ... recitentur] Efficiat ... ante magister scribendum ... denunciet, simulque leges, quae hic describuntur ... recitentur *tA* / [v] 16. Scribentibus ... tradat] Scribentibus ... argumentum accurate a se confectum tradat; quod breve potius, quam longum esse oporteret, quo pueris plus temporis suppetat ad scribendum elaborate recognoscendumque quod scripserint *tA*] Scribentibus ... [*v. tR99*] ... tradat *tB-D* / [w] ipse *om. tA-D* / [x] 17. Compositiones ... possint] Postquam ... [*v. tR91 reg. 45; supra*] ... fasciculum ordine alphabeti coniectas praefectus apud se habeat, et, si nihil impediat, mature dividat examinatoribus ... aequum est, partito ... cuiusque compositiones, ubi id fieri possit, per otium domi perlegi et errata in margine notari *tA*] Postquam ... fuerit, compositiones ... singulorum errata ... notari *tB*] Compositiones ... [*v. tR99*] ... possint *tC-D* / [y] 18. Examinatores ... vetat] Examinatores ... [*v. tR91 reg. 39; supra*] ... audito praefecto ... haberi), qui in ... qui praesit ... possit *tA*] Examinatores ... [*v. tR99*] ... constituet; iidemque erunt iudeces ad plura suffragia. Ubi ... numerus discipulorum, aut expedit cito perfici examen duo aut plura iudicum ternaria constitui nihil vetat *tB*] Examinatores ... constituet; iidemque erunt iudices ad plura suffragia; Ubi ... plura ternaria ... vetat *tC* / [z] *p* autem *add. tD* de singulis /

[a] 19. Terni ... submittantur] E re est ternos aut etiam plures ex classibus, praesertim inferioribus, ubi commodius videatur, interrogari. Verum dum hi interrogantur, totidem pro foribus aut intra idem conclave, procul tamen, ita ut exaudire nequeant, modeste praestolentur; ac deinceps, ubi interrogati ad gymnasium redeunt, totidem alii submittantur a magistro; idque servato alphabeti ordine *tA*] E ... interrogari, totidemque semper submitti a magistro, servato alphabeti ordine aut alio commodiore *tB*] Terni ... [*v. tR99*] ... submittantur *tC-D* / [b] semper *tC* / [c] 20. Examinatores ... appareat] Principio, qui ad examen sederint, perlegant catalogum a magistro traditum; et in eo recognoscant adscriptas cuiusque notas, dum ad examen accedat. Conferent etiam, si opus sit, cum superioribus eius anni potissimum catalogis, a magistris traditis, ut ex ea collatione, quid quisque profecerit aut profecturus sit, facilius appareat *tA*] Examinatores ante omnia perlegant catalogum a magistro traditum et in eo ... [*v. tR99*] ... appareat *tB* / [d] 21. Examinis ... exigatur] Examinis ratio haec fere sit ... [*v. tR99*] ... proponatur. Aliquid etiam de syllabis, de generibus aut praeteritis, de rudimentis, de syntaxi, de figuris, tropis, locis argumentorum, de graecis litteris exigatur pro scholarum varietate. Brevis etiam identidem, cum videbitur opportunum, loci cuiuspiam interpretatio ex libris in scho-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

la explicatis reposcatur *tA*] Primum ... [*v. tR99*] ... proponatur. Discipuli autem omnes ... interrogentur. Brevis etiam identidem, cum videbitur opportunum, loci ... reposcatur *tB* / [e] si videatur *om. tA-C* /

[f] 22. Post ... ratione] Post cuiusque vero ternarii examen, protinus adhuc examinantium iudiciis ... ratione *tA*] Post ... recentibus adhuc .... ratione *tB*] Post ... [*v. tR99*] ... ratione *tC-D* [g] 23. Ad ... erit] Deinde non deesse dubios edicatur in schola, nullius expresso nomine ad ... [*v. tR91. reg. 53: supra*] ... primum, si sit opus, eorum quotidianas scriptiones ... legibus, idque semel tantum soluta oratione. Demum soli dubii absoluto scholarum omnium examine, eodem ordine ac modo ab iisdem iudicibus examinentur. Habenda ... ex quibus ii tandem promoveantur solum, quibus superior classis magis quam sua profutura existimetur *tA*] Ad ... [*v. tR99*] ... primum, si sit opus ... intervalla temporum ex improviso; quos iterum soluta tantum oratione scribere iubeat; iterumque ab iisdem iudicibus examinari. Semper tamen in dubiis ... ratio habeatur *tB*] Ad ... [*tR99*] ... erit *tC-D* [h] 24. Peracto ... erit] Peracto ... [*v. tR91 reg. 54: supra*] ... suoque tempore publice recitetur *tA*] Peracto ... [*v. tR99*] ... ne quod de unoquoque statuendum sit, silentio supprimatur, nisi quod suus cuique magistro a praefecto ostendetur catalogus ad singulas classes, vel in aula ad omnes recitetur *tB*] Peracto ... [*v. tR99*] ... erit *tC-D* pridie quam *tC* [i] 25. Si ... occupent] ... Dummodo si qui ... [*v. tR91 reg. 55: supra*] ... retrudantur *tA*] *quae in tB del.*] Si ... [*v. tR99*] ... remittatur. Si quis denique ita sit inutilis ... ut eorum ... occupent *tC*] Si ... [*v. tR99*] ... occupent *tD* [k] 26. Publice ... servabitur] In catalogo recitando, si qui forte inter ceteros emineant, primi honoris causa nominentur; in ceteris alphabeti ordo servetur *tA*] In ... alphabeti vel doctrinae ordo servetur *tB*] Publice ... [*v. tR99*] ... servabitur *tC-D* [l] Publice catalogus *tC* [m] superiorum facultatum *tA-B* [n] variandi *tA-C* [o] Efficiat etiam *tB* [p] bibliothecarii *tB-C* [q] tam nos, quam externi auditores nostri *tB* [r] 29. Cuiuslibet ... fiat] Cuiuslibet ... [*v. tR99*] ... consessores assignet; eos scilicet, qui singulorum modestiae ac moribus profuturi credantur; nobilibus quidem nobiliora, nostris vero ab externis separata subsellia, neque committat, ut in considendi ordine magna aliqua commutatio se inscio externorum fiat, et quamquam convictoribus aut alumnis collegiorum, quae a nostris administrantur, ab eorundem praepositis considendi ordo fere statuendus est, executio tamen ad praefectum pertinebit *tA-B* [s] vero ... subsellia] vero ab externis separata *tC* [t] Curet per rhetoricae bidellum *tA* [u] per eundem magistros admoneat *tA* [v] 33. Consideret ... intersit] Consideret, utrum disceptationes unius scholae cum alia (quae saltem ter aut quater in anno, ubi id frequentius non sit usitatum, habentur) fieri praestet in alterutra scholarum disceptantium, altera schola decurionum interim curae vel alicuius ex nostris relicta, an vero in aliquo alio loco concurrentibus utriusque scholae discipulis. Quando vero hoc modo committuntur classes, non modo defendendas theses antea recognoscat, sed etiam dum certatur, praesens ipse sedulo curet, ut fructuose, modeste, pulcre gerantur omnia, contentionem magistris disputantibus dirimat, et quid doctrinae elici oporteat ex disputatis, declaret. Qua etiam de causa intersit ipse rhetorum et humanistarum declamationibus seu praelectionibus, quas in gymnasio habere solent *tA*] Consideret ... [*v. tR99*] ... inter se. Quando vero hoc modo committuntur classes, non modo defendendas theses ante recognoscat, sed ... omnia. Intersit etiam rhetorum et humanistarum declamationibus seu praelectionibus, quas in gymnasio habere solent *tB*] Consideret ... [*v. tR99*] ... nec solum defendendas inibi theses antea recognoscat, sed ... intersit *tC*] Consideret ... nec solum dubia, quae proponenda in disputatione erunt, ante recognoscat, sed ... intersit *tD* [w] quae in fine hiemis habentur *om. tA-B* [x] ac de dialogo in ipsa distributione habendo *tA-B* [y] distributione *om. tA* [z] leges, quae sequuntur, servari poterunt *tA*

[a] Se Det ... videbuntur] Det quoque ... [*v. tR99*] ... etiam praemiolis magistri ... schola vel tropheis petitae quibusdam afficiant, quae puero vel ... aliquid gerendo ... videbuntur *tA*] Det ... [*v. tR99*] ... videbuntur *tB-D* [b] collegii *om. tB* [c] gerendo *tB* [d] 37. Suum ... schola] Suum in unaquaque classe publicum censorem constituat, qui ut honore sit apud condiscipulos, privilegio exornandus erit. Sicubi censoris nomen minus honorificum habeatur, praetoris vel decurionis maximi nomine cohonestandus erit, idemque ius habeat, levores paenas condiscipulis, magistro approbante, condonandi. Is observet ... schola. Praeter haec sint et alii praefecto secreti censores, unde certius cuncta cognoscat *tA*] *ut tB deest*] Suum in unaquaque classe publicum censorem, vel si ... [*v. tR99*] ... exornandus erit ... condiscipulis condonandi ... non sinamus ... schola *tC* Suum ... [*v. tR99*] ... schola *tD* [e] 38. Propter ... causa] Propter ... [*v. tR99*] ... constituit. Qui parcius in timore contineat, et eos, quibus id opus erit, quique castigationis huiusmodi erunt minores castiget. Quod si ... habeat ... causa *tA*] *ut tB deest*] Propter ... causa *tC-D* [f] 39-41. Qui ... agendum] Cum autem pugna recusaret, praesertim si pudo grandiores sint, nam minoribus moderata vis, nisi inexcusabilis fuit, potest inferri, aut cum per verba ... [*v. tR99*] ... videretur, aut cum a senioribus frequenter abesset, praesidi ... retrudatur. Quod si ... expellere, vocari rectori, quod praeterea ... agendum *tA*] *ut tB deest*] 39-41. Recusantibus autem pugna aut moderata vis inferatur, aut si quando ... [*v. tR99*] ... rectori referat ...

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

agendum *tC*] 39-41. Qui ... agendum *tD* / [s] 42. Reditus ... iudicare] *in tA deest*] Reditus ... [*v. tR99*] ... discesserunt. Quocirca non alienum est ab omnibus sciscitare, an alias ad scholas nostras ventitarint. Quod si quis huiusmodi aut etiam e Societate dimissus gymnasium nostrum frequentare contendat, rectorem admoneat; cuius erit, quid expediat, iudicare *tB*] Reditus ... iudicare *tC-D* / [b] 43. Nihil ... perturbet] *in tA del.*] Habita ratione non solum profectus in litteris, sed etiam in moribus scholasticorum externorum, quos in nostris collegiis instituendos suscepimus, cavebit in primis, ne inhonestum aut dissolutum quid in externis ad scholas accedentibus permittatur; ne quid turbarum intra extrave scholas accidat. Proinde nihil in atrio patiatur ... [*v. tR99*] ... clamorum. Si quid ... statim. Denique cum rectore ... perturbet. Cum quo solo communicare debet, quae ad morum disciplinam in scholis nostris pertinere intelliget. In rebus vero sedandis aut exequendis eam adhibet moderationem atque prudentiam, ut nihil de magistrorum existimatione atque auctoritate detrahatur *tB*] Nihil in atrio patiatur ... [*v. tR99*] ... perturbet *tD* / [l] 44. Non ... sit] Non modo toto scholasticarum exercitationum tempore ... [*v. tR99*] ... scholas, aestate praesertim ante datum signum ad scholas pomeridianas, ubi multum temporis intercedit, semel aut iterum lustret, ac tum mane toto anno ad templi valvas discipulis ad missae sacrificium euntibus et inde redeuntibus, tum vesperi ad atrii ianuam cunctis exeuntibus praesto sit *tA*] *in tB deest*] Non ... sit *tC-D* / [j] ad ingrediendum *om. tC* / [k] 45-49. Curet ... recitandae] *in tA-B desunt* / [l] ut observet an *tC* / [m] in quavis sunt *tC* / [n] cuiusque mensis *tC* / [o] 50. Ubi ... distribuendi] *in tA-B deest* / [p] rectore probante *om. tC* / [q] eodem *om. tC*.

SCRIBENDI AD EXAMEN LEGES [1]

Scriptioni intersint — 1. Intelligant omnes, ipso scriptionis die si qui, nisi gravibus distenti causis, desiderentur, eorum in examine nullam habitum iri rationem.

Scribendi tempus — 2. Mature veniendum ad scholam, ut scribendi argumentum, et ea, quae tum praefectus per se vel per alium traditurus est, fideliter excipiant, absolvantque omnia intra finem scholarum. Nam post indictum silentium, nemini cum aliis, ne cum praefecto quidem ipso, sive cum eo, quem ipse sibi substituerit, loqui licitum fore.

Apparatus — 3. Accedere oportet instructos libris, ceterisque rebus ad scribendum necessariis, ne[a] ab ullo quidquam petere inter scribendum necesse sit[a].

Forma — 4. Apposite ad uniuscuiusque classis gradum, dilucideque scribendum, et ex thematis verbis modisque praescriptis. Ambigue scripta in deteriorem partem acceptum iri; verba etiam omissa vel temere immutata, difficultatis evi-[110]tandae causa, pro erratis fore.

Cavendum a consessoribus — 5. Cavendum a consessoribus; nam si duae forte compositiones similes ac geminae reperiantur, utramque habitum iri pro suspecta, cum uter ab utro furatus sit, exploratum esse non possit.

Egressus e schola — 6. Ad fraudes evitandas, si cui forte potestatem exeundi, postquam scribi coeptum[b] sit, dare necessitas cogat, is et argumentum scriptionis et quicquid scripserit, apud praefectum relinquat, sive apud eum, qui tum scholae praeest.

Scriptionis traditio — 7. Compositione absoluta, suo quisque loco, quae scripsit, diligenter recolat, castiget, expoliat, quantum velit; nam simul atque compositio

---

[1] Scribendi ad examen leges videsis in Rat. st. a. 1591; reg. 42 1-13 praef. stud. inf.; supra, p. 263-64. In *tA*, prout in Rat. st. 1591 hae regulae insertae sunt regulis praef. stud. inf., in *tB* desiderantur; in *tC-D* autem iam ab eis separatae apparent.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tradita praefecto sit, si quid deinde correctum oporteat, haud quaquam redditum in

Adscribendum nomen — 8. Rite complicanda, ut praefectus iusserit, sua uni-cuique compositio, atque in tergo nomen tantum scriptoris cum cognomine latine adscribendum, quo facilius compositiones omnium in alphabeti, si libeat[c], ordinem redigi possint.

Scriptionis absolutio — 9. Cum suam quisque compositionem redditurus[d] accedit ad praefectum, secum suos habeat libros, ut ea tradita, statim silentio exeat e schola; ceteri vero, aliis discedentibus, loca non mutent, sed compositionem, quo coeperint loco, perficient[A] [111]

Tempus — 10. Si quis tempore ad scribendum attributo non absolverit, eam ipsam partem, quam scripserit, tradet. Idcirco probe intelligi ab omnibus oportebit, quantum temporis ad scribendum concedatur, quantum ad describendum et recognoscendum.

Accessus ad examen — 11. Denique cum ad examen accedunt, libros, qui explicati sint eo anno, de quibus interrogandi sunt, afferant; dumque unus interrogatur, ceteri qui adsunt, diligenter attendant. Verum neque annuant aliis, neque corrigant, nisi rogati.

---

[a] ne quicquam ab ullo alio utendum petere necesse sit inter scribendum *tA* / b certum *tA* / [c] si libeat *om. tA* / [d] traditurus *tA*.

[A] perficiant *t1616*.

LEGES PRAEMIORUM [1]

Praemiorum numerus — 1. Rhetoricae octo praemia proponentur: duo solutae orationis latinae, duo carminis; duo solutae orationis graecae, totidem graeci carminis. Sex item[a], sed eodem plane ordine in humanitate et in prima classe grammaticae, relicto scilicet graeco carmine, cuius infra rhetoricam fere non est usus. Quatuor deinceps in omnibus aliis inferioribus, relicto etiam latino carmine. Unus praeterea aut alter in singulis classibus, qui optime omnium christianam[b] doctrinam recitaverit[b], praemio donetur. Poterunt tamen, ubi ingens aut parvus est[c] numerus discipulorum, plura vel pauciora dari[d], dummodo potior semper solutae orationis latinae ratio habeatur[e].

Scriptionum dies — 2. Scribendi certamen in distinctos dies dividatur, ita ut alius dies orationi latinae, alius scribendis versibus, alii item duo dies graecae orationi ac versibus tribuantur.

rcp*415stitutae horae* — 3. Omnes, in suam quisque scholam diebus et horis[f] ad scribendum constitutis, conveniant. [114]

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Egressus et colloquium interdicitur — 4. Accepto[g] scribendi argumento, ante absolutam scriptionem ac traditam, nemo e sua schola egrediatur; neque cum alio intra sive extra gymnasium colloquatur. Si egredi, facta tamen potestate, necesse sit, argumentum et quicquid scripserit, apud eum, qui tum scholae praeest, relinquatur[g].

Tempus ut prorogandum — 5. Si quis longius spatium ad rem accuratius perficiendam expetit, is, modo ne pedem e schola efferat, neque ultra occasum solis tempus proroget, quamdiu voluerit, maneat.

Scriptiones obsignandae — 6. Suam[h] quisque scriptionem accurate descriptam, aliquo addito, quo maluerit, signo, sine nomine tamen, cum discedere volet, gymnasii praefecto, vel alteri, quem ipse sibi substituerit, reddat; aliam item chartam, in qua cum nomine et cognomine sit idem signum expressum, diligenter obseratum[iA], ne nomen inspici possit, eidem tradat[h].

Tuto asservandae — 7. Gymnasii cuiusque[jB] praefectus omnia sedulo et fideliter asservet; neque chartas nomina continentes, priusquam factum sit iudicium, resignet.

Iudices — 8. Iudices[k] tres et docti et graves, quorum aliquis externus esse poterit, si[l] loci postulet consuetudo[l], qui nesciant, cuius quaeque sit scriptio, deligantur. Hi, perlectis omnibus scriptis et re diligenter inspecta, plurium suffragio omnes ordine victores, et eorum quoque, [115] qui ad victores proxime accesserunt, unum aut alterum in unoquoque genere declarent[k].

Iudicii forma — 9. In iudicio, cuius melior erit orationis forma, is ceteris omnibus, licet plurima[mC] scripserint, anteferatur. Si qui genere ipso et stylo pares in scribendo erunt, plura paucioribus anteponantur. Si in hoc etiam sint[n] pares, qui orthographia praestiterit, victor sit. Si orthographia et ceteris rebus pares fuerint, ei, qui elegantius expresserit literarum notas, praemium adiudicetur. Si pares omnino sint, vel dividatur praemium, vel geminetur, vel sorte ducatur. Si quis in omnibus generibus scribendi ceteros vicerit, is etiam omnium generum praemia consequatur.

Nomina resignanda — 10. Iudicio perfecto, praefectus[o] cum rectore et praefecto generali chartas, in quibus nomina certantium cum signis adscripta erunt, resignet; nomina victorum e signis diligenter, ne erret, investiget; cognita nemini, praeterquam magistris[p] enunciet.

Praemiorum apparatus — 11. Constituto deinde die, quanto maximo fieri poterit apparatu et hominum frequentia, nomina victorum publice pronuncientur[q], et in medium procedentibus praemia cuique sua honorifice dividantur. Si quis non aderit, nisi potestatem iustis de causis, quae rectori probentur, acceperit a praefecto, praemium, vel optimo iure sibi debitum, amittat. [116]

Distributio — 12. Unumquemque victorem praeco evocabit hoc fere modo: Quod felix faustumque sit rei literariae, omnibusque nostri gymnasii alumnis primum, secundum, tertium etc. praemium solutae orationis latinae, graecae, carminis latini, graeci etc. meritus et consecutus est N. Tum victori tradat praemium, nec fere sine aliquo ad rem maxime apposito carmine brevissimo; quod statim, si commode fieri pos-

---

[A] obseratam *t1616* / [B] cuiusque *om. t1616* / [C] etiam si plura *t1616*.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sit, a cantoribus repetatur. Ad extremum addat idem praeco, si qui proxime accesserint, quibus[r] aliquid etiam praemii loco dari[s] licebit[r].

Fraudum poena — 13. Contra has leges si quis peccaverit, aut fraudem ullam commiserit, eius scriptionis nulla ratio habeatur.

---

[a] tantum*tA* / [b] christianae doctrinae rudimenta teneat *tA* / [c] ingens est *tA* / [d] plura dari *tA* / [e] habeatur *add. tA* In tota autem praemiorum ratione hae leges erunt / [f] tempore ac diebus *tA* / [g] 4. Accepto ... relinquatur] Accepto ... [v. tR99] ... egreditor ... colloquitor. Qui secus facit, quod is postea scripserit, eius nulla ratio habetor. Si cui forte potestatem exeundi dare necessitas cogat, is et argumentum et quidquid scripserit, apud eum, qui scholae praesit, relinquat *tA* / [h] 6. Suam ... tradat] Suam ... [v. tR99] ... descriptam et, quo signo maluerit, obsignatam, sine nomine ... obsignatum ... praebeat *tA* / [i] obsignatum *tC* / [j] cuiusque *om. tA* / [k] 8. Iudices ... declarent] Iudices tres, et docti et religiosi, qui quoad eius fieri possit, nesciant ... [*v. tR99*] ... declarent *tA* / [l] pro loci consuetudine *tC-D* / [m] plurima] multo plura *tA*] plura *tC* / [n] sint *om. tA et C* / [o] solus gymnasii praefectus cum rectore chartas *tA* / [p] praeterquam magistris *om. tA et C* / [q] praedicentur *tA* / [r] quibus ... licebit] Quibus etiam aliquod praemiolum dari fas erit. Ante praemiorum distributionem, aequum est, si fieri potest, saltem brevem aliquem moralemque dialogum exhiberi *tA] quibus ... dandum erit tC* / [s] 13. Contra ... habeatur] *non est in tA*.

Regulae Communes
Professoribus Classium Inferiorum [1]

Finis — 1. Adolescentes[a], qui in Societatis disciplinam traditi sunt, sic magister instituat, ut una cum literis mores etiam christianis dignos in primis hauriant. Feratur autem eius peculiaris intentio tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas, ad teneras adolescentium mentes obsequio et amori Dei, ac virtutum, quibus ei placere oportet, praeparandas; sed praecipue ea, quae sequuntur, observet[a 2].

Oratio ante lectionem — 2. Orationem brevem ante scholae initium dicat aliquis ad id institutam; quam praeceptor et discipuli omnes aperto capite et flexis genibus attente audient. Ante lectionis vero initium ipse praeceptor signo crucis se muniat aperto capite, et incipiat[3].

Missa et concio — 3. Missae et concioni curet[b] ut intersint omnes; missae quidem quotidie, concioni vero diebus festis; ad quam praeterea bis saltem [118] singulis hebdomadis eos in Quadragesima mittat, aut etiam pro regionis consuetudine[c] ducat[2].

Doctrina christiana — 4. Doctrina christiana in classibus praesertim grammaticae, vel etiam in aliis, si opus sit, feria sexta aut sabbatho ediscatur ac memoriter[d] recite-

---

[1] Regulae communes professorum inferiorum classium in Rat. stud. a. 1591 seorsim non habentur. Sed aliquanto post selectae sunt ex variis Rat. st. 1591 partibus. In quatuor formis textuum, quae Rat. st. 1599 praecedunt, solum in tC-D apparent ut corpus distinctum.

[2] Cf. *Const.* P. IV c. 7 § 1 et 2, c. 16 § 1 et 4; MP I 263 et 265 307 et 311; praeterea etiam reg. 70-77 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 293-94.

[3] Cf. *Const.* P. IV c. 16 § 4 et litt. C; MP I 311.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tur, nisi forte alicubi, et a novis discipulis etiam saepius recitanda videretur[4].

Adhortatio — 5. Piam cohortationem vel doctrinae explicationem feria item sexta aut sabbatho habeat per semihoram. Hortetur autem potissimum ad orandum Deum quotidie, praecipue[e] vero ad coronam B. Virginis, aut officium quotidie recitandum[e], ad excutiendam conscientiam vesperi, ad sacramenta poenitentiae et Eucharistiae frequenter ac rite obeunda, ad vitandas noxias consuetudines, ad vitiorum detestationem, ad virtutes denique[f] colendas christiano homine dignas[5].

Colloquia spiritualia — 6. Privatis etiam colloquiis eadem ad pietatem pertinentia inculcabit; ita[g] tamen, ut nullum ad religionem nostram videatur allicere; sed si quid huiusmodi cognoverit, ad confessarium reiiciat[6].

Litaniae et devotio B. Virginis — 7. Litanias[h] Beatissimae Virginis sabbatho sub vesperum in sua classe recitari iubeat, vel, si moris sit, in templum ad easdem cum ceteris audiendas ducat. Pietatem vero in eandem Virginem et angelum etiam custodem [119] discipulis diligenter suadeat[7].

Lectio spiritualis — 8. Lectionem spiritualem, praesertim de sanctorum vitis, vehementer commendet; contra vero non solum ipse ab impuris scriptoribus, et omnino in quibus sit aliquid, quod bonis moribus nocere queat, iuventuti praelegendis abstineat, sed ab iisdem etiam[i] extra scholam legendis discipulos, quam maxime[j] potest, deterreat[8].

Confessio — 9. Confessiones singulis mensibus ut a nemine omittantur, efficiat. Iubebit autem eos tradere suum in schedula descriptum nomen, cognomen et classem confessariis, ut schedulas postea recognoscens[k], quinam defuerint, intelligat.[l9]

Orandum pro discipulis — 10. Oret Deum saepe pro suis discipulis, eosque religiosae vitae suae exemplis aedificet[10].

Praefecto obtemperandum — 11. Praefecto horum studiorum[m] obtemperabit in iis, quae ad haec studia et scholae disciplinam pertinent; quo inconsulto, neque ullum in scholam admittet aut dimittet, nec librum ullum suscipiet explicandum, nec ullam cuivis a communibus scholae exercitationibus immunitatem dabit[11].

Gradus cuiusque scholae — 12. Scholae[n] omnes in suo se gradu contineant; et de rhetorica quidem et humanitate dicetur seorsim, grammaticae vero tres scholae esse debent[12], quibus eiusdem quidam quasi cursus absolvatur. Omnia proinde Emmanuelis [120] praecepta tres in partes dividenda sunt[13]; quarum singulae singularum scholarum sint propriae; ita tamen, ut in unaquaque classe ea semper, quae in schola proxime inferiore tradita sunt, recurrantur, prout in cuiusque magistri regulis indicabitur[n].

---

[4] Cf. *ib.* § 2 p. 309.
[5] Cf. *ib.* c. 7 § 2 p. 265; et reg. 71 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 294.
[6] Cf. *ib.* reg. 77.
[7] Cf. *ib.* reg. 76.
[8] Cf. *Const.* P. IV c. 5 litt. E; MP I 223; et Rat. st. 86/B c. XII *De libris*; supra, p. 221-23; necnon reg. 34 praep. prov.; supra, p. 364.
[9] Cf. *Const.* P. IV c. 16 § 1; MP I 309; et reg. 72 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 294.
[10] Cf. *ib.* reg. 70 p. 293.
[11] Cf. *ib.* reg. 90 p. 295.
[12] Cf. *Const.* P. IV c. 13 litt. B; MP I 289.
[13] Cf. § 2 reg. 8 praef. st. inf.; supra, p. 404.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Graecae grammaticae divisio — 13. In[o] graeca etiam grammatica haec fere divisio erit: Prima pars a primis elementis ordiendo simplicia nomina, verbum substantivum et verba item simplicia complectitur[A]; secunda nomina contracta, verba circumflexa, verba in Mi, et faciliores formationes pro media classe; tertia reliquas partes orationis, seu quaecumque Rudimentorum nomine continentur, exceptis dialectis ac difficilioribus annotationibus pro suprema classe; quarta, quae humanitati tribuitur, omnem syntaxim; quinta denique pars, quae est rhetoricae, artem metricam[o].

Divisio temporis — 14. Divisio temporis, quod in rhetorica binis[p] minimum horis, in humanitate vero et ceteris scholis[q] duabus et dimidiata[r] mane, totidemque a prandio, binis[s] item minimum[t] die vacationis definitur, eadem semper esse debebit, ut certum sit, quae horae quibus exercitationibus impendantur[14].

Quatenus commutanda — 15. Harum[u] tamen exercitationum ordo ad provincialis praescriptum pro loci consuetudine immutari potest; dummodo eaedem omnino, eademque spatia temporis illis in cu-[121]iusque magistri regulis assignata retineantur, et in semel coepto constantia servetur[u][14].

Dies festus in sabbathum incidens — 16. Si[v] festus dies inciderit in sabbathum, eius diei exercitationes in antecedentem diem revocentur vel omittantur[v].

Die vacationis quae divisio — 17. Eadem divisio die vacationis erit, ubi non assignantur propriae exercitationes; singulae enim, quae aliis diebus fiunt, pro portione contrahendae, aut earum aliqua in orbem praetermittenda, tempusque aliquod concertationi relinquendum[w].

Latine loquendi usus — 18. Latine[x] loquendi usus severe in primis custodiatur, iis scholis exceptis, in quibus discipuli latine nesciunt; ita ut in omnibus, quae ad scholam pertinent, nunquam liceat uti patrio sermone; notis etiam adscriptis, si qui neglexerint; eamque ob rem latine perpetuo magister loquatur[x][15].

Memoriae exercitatio — 19. Memoriae[y] traditas praelectiones discipuli decurionibus recitent; de quorum officio infra regula 36 dicetur; nisi forte alius placeat mos in rhetorica. Ipsi vero decuriones decurioni maximo vel magistro persolvent. Qui magister aliquot quotidie ex desidiosis fere, quique serius ad ludum venerint, recitare iubet ad explorandam decurionum[B] fidem, omnesque in officio continendos. Sabbatho audita per unam vel etiam plures hebdomadas publice memoriter reddantur. Libro autem [122] absoluto, deligi poterunt interdum, qui illum e suggestu ab initio pronuncient non sine praemio[y][16].

Scriptiones afferendae — 20. Scriptiones[z] afferendae in classibus grammaticae quotidie praeter diem sabbathi; in ceteris solutae quidem orationis quotidie, praeter diem vacationi et sabbathi; carminis vero bis tantum, proximo scilicet post dominicum et vacationis diem; graeci demum thematis saltem semel, quo die magistro libuerit, a prandio[17].

[A] *p* complectitur *add. t1616* pro infima classe / [B] Curionum *t1616*.

---

[14] Vide reg. 35 praep. prov.; supra, p. 364-65.
[15] Cf. reg. 29 praef. st. inf.; supra, p. 260.
[16] De lectionum repetitionibus cf. reg. 32 prof. 3 cl. gram.; supra, 289.
[17] Cf. *ib.* reg. 17 p. 287.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Corrigendae — 21. Scriptiones corrigendae ferme privatim et submissa voce cum unoquoque discipulorum, ut iis interim stylum exercendi tempus detur. Expedit tamen quotidie aliquot exempla, modo ex optimis, modo ex deterrimis, tum initio, tum in fine publice recitare atque perpendere[z18].

Corrigendi ratio — 22. Modus corrigendae scriptionis in universum est indicare, si quid contra praecepta peccatum sit; interrogare, quomodo emendari possit; iubere, ut aemuli, statim ut[a] aliquid deprehenderint, publice corrigant, praeceptumque, contra quod peccatum est, proferant; laudare denique, si quid apte perfectum sit. Hoc autem dum publice peragitur, primum discipuli scriptionis exemplum (quod semper, praeter id, quod magistro describitur, afferendum est) secum[b] ipsi legant[b] et emendent[19]. [123]

Corrigendae quamplurimae — 23. Quotidie scriptiones singulorum a magistro corrigi oporteret[c], cum praecipuus et maximus inde fructus existat. Si tamen multitudo non patiatur, corrigat quamplurimas[dC] potest, ita ut quos uno die discipulos praeteriit, altero vocet[e]. Eam ob causam diebus praesertim, quibus carmina afferuntur, scriptiones aliquas aemulis emendandas dispertiat (quod quo commodius fiat, unusquisque[f] non suum tantum, sed etiam aemuli nomen a tergo scriptionis inscribat) aliquas ipse magister[g] pomeridiano tempore, dum memoriter recitatur, aliquas, si libuerit, domi corrigat[20].

Exercitationes inter corrigendum — 24. Exercitationes varias, dum scripta corrigit, pro scholae gradu, modo hanc, modo illam imperet. Nulla enim re magis adolescentium industria, quam satietate languescit[21].

Repetitio — 25. Repetitio praelectionis tum hesternae, tum praesentis eodem se habeat modo; fiatque vel ab uno tota, vel potius a pluribus per partes, ut omnes exerceantur. Repetantur autem praecipua et utilissima, primum fere a provectioribus, deinde etiam ab aliis; idque vel continenti oratione, vel ad singulas magistri interrogationes interrupta, aemulo inter repetendum corrigente, si alter erret, vel si cunctetur, antevertente[22].

Repetitio die sabbathi — 26. Die[h] sabbathi omnia, quae per hebdomadam praelecta sunt, recolantur[h]. Quod si qui [124] interdum[i] profiteantur, de iis omnibus, vel de toto libro se[j] responsuros, ex iis aliquot delectos reliqui binis ternisve lacessant interrogationibus non sine praemio[k23].

Praelectio — 27. In praelectionibus veteres solum auctores, nullo modo recentiores explicentur. Multum autem proderit, si magister non tumultuario ac subito dicat, sed quae domi cogitate scripserit, totumque librum vel orationem, quam prae ma-

---

[C] quam plurimos *et om.* potest *t1616*.

---

[18] Cf. *ib.* reg. 20 p. 188.
[19] Cf. *ib.* reg. 21.
[20] Cf. *ib.* reg. 22.
[21] Cf. *ib.* reg. 23-24.
[22] Cf. *ib.* reg. 27-31.
[23] Cf. *ib.* § 9-12 reg. 69 p. 293.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nibus habet, ante perlegerit. Forma autem praelectionis haec ferme erit[24]:

Primum, totam continenter pronunciet, nisi aliquando in rhetorica et humanitate longior esse debeat.

Secundo, brevissime argumentum exponat, et connexionem, ubi erit opus, cum iis, quae antecesserant.

Tertio, unamquamque periodum praelegens, si quidem latine interpretetur, obscuriores explanet, unam alteri nectat, ac sententiam non quidem inepta metaphrasi unicuique verbo latino alterum verbum latinum reddendo, sed eandem sententiam[D] apertioribus phrasibus declarando aperiat; si vero vulgi sermone, servet, quoad fieri potest, collocationem verborum. Sic enim numero assuescunt aures. Quod si sermo patrius non patitur, prius ad verbum fere omnia, postea ad vulgi consuetudinem explicet.

Quarto, a capite recurrens, nisi malit ipsi ex-[125]plicationi inserere, observationes tradat cuique scholae accommodatas. Quas vero excipiendas censuerit, quae multae esse non deberent, vel interrupte inter explicandum, vel seorsim, praelectione iam habita, dictet. Utile autem solet esse, ut grammatici nihil scribant, nisi iussi.

Praelectio historici et poetae — 28. Historici et poetae praelectio illud habet peculiare, quod historicus celerius fere excurrendus; in poeta saepe oratoria paraphrasis accurate facta plurimum decet; faciendumque, ut discipuli poetae oratorisque stylum internoscere consuescant.

Praelectio praeceptorum — 29. In praelegenda tum Cypriani rhetorica, tum arte metrica, tum latina graecave grammatica, et horum[m] similibus ad praecepta spectantibus, res ipsae potius, quam verba perpendenda sunt[E]. In[n] grammaticae vero praesertim inferioribus classibus, cum incidit aliquid difficilius, illud ipsum uno aut pluribus diebus recolatur, aut faciliora quaedam ex aliis grammaticae partibus interponantur repetanturve[n].

Scribendi argumentum — 30. Scribendi[o] argumentum non dictandum ex tempore, sed meditato et fere descripto, quod ad imitationem Ciceronis, quantum fieri potest, et ad normam cuiusdam narrationis, suasionis, gratulationis, admonitionis, aliarumque id genus rerum dirigatur; et quidem tum latina lingua, tum patria scribendum esset, ubi dictatur ad verbum. Dictatum porro statim magister iubeat recitari; [126] explicet, si quid forte difficilius[F]; phrases aliaque praesidia subministret; semperque, excepto rhetore, inter dictandum admoneat, quo modo quaevis pars conscribenda sit et interpungenda. Aliquid vero extraordinarium solito amplius praescribendum est, cum plures dies festi incidunt, vel cum vacationes, tum maiores tum minores, indicuntur[o25].

Concertatio — 31. Concertatio, quae vel magistro interrogante, aemulisque corrigentibus, vel ipsis invicem aemulis[G] percontantibus fieri solet, magnifacienda; et quoties tempus permittit[H], usurpanda, ut honesta aemulatio, quae magnum ad studia incitamentum est, foveatur. Poterunt autem vel singuli, vel plures ex utraque parte committi, praecipue ex magistratibus; vel unus etiam plures lacessere. Privatus fere privatum pe-

---

[D] *p* sententiam *add. t1616* si quidem sit obscurior / [E] *p* sunt *add. t1616* Locutiones vero brevissimae ab optimis scriptoribus proponendae et statim reddendae / [F] vocabula, phrases *t1616* / [G] invicem inter se aemulis *t1616* / [H] permittit] patitur *t1616* .

---

[24] Cf. *ib.* § 1-4 reg. 26 p. 288-89.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tet, magistratus magistratum; privatus etiam interdum magistratum, eiusque dignitatem, si vicerit, sive aliud praemium aut victoriae signum consequi poterit, prout scholae dignitas et locorum ratio postulabit[26].

Extraordinariae exercitationes — 32. Extraordinariae exercitationes utilitatem magnam habent; in quibus illud universe dicendum est, ea quae publice pronunciabuntur, ut non memoria solum discipulorum, sed ingenium etiam excolatur, a magistro expolienda quidem diligenter, nunquam tamen de integro[p] facienda; eademque de versibus, [127] qui in publico proponuntur[q], ratio est. Laborandum etiam, ut vocem, gestus et actionem omnem discipuli cum dignitate moderentur.

Praelectio seu declamatio in schola — 33. Praelectio vel graeca latinave oratio aut carmen in rhetorica quidem et humanitate alternis fere sabbathis, una schola alteram invitante, habeatur; in reliquis sola praelectio non tam habeatur, quam audita ex cathedra repetatur, nullis fere invitatis; nec nisi singulis mensibus.

Concertatio cum proxima classe — 34. Concertatio cum proxima classe erit aliquoties in anno, quo die praefecto studiorum inferiorum visum fuerit, per horam fere de iis tantum rebus, quae utrique classi communes sunt, utroque moderante praeceptore. Bini ternive, aut plures disputabunt ex optimis utriusque classis discipulis; vel ex condicto ad singulas interrogationes responsionesque antea instructi; vel ex ingenio, quicquid libeat, percontantes; vel dubitationes ab uno propositas, praesertim de rhetorica, impugnantes[127].

Magistratus — 35. Magistratus eligendi praemiisque etiam, si videbitur, afficiendi, nisi id alicubi in rhetorica minus necessarium videretur, singulis fere aut alternis mensibus. Ad eam rem semel soluta oratione, semel etiam, si videatur, in superioribus classibus carmine graeceve scribant in schola toto scholae tempore, nisi in inferio-[128]ribus melius videatur semihoram concertationi relinquere. Qui omnium optime scripserint, summo magistratu, qui proxime accesserint, aliis honorum gradibus potientur; quorum nomina, quo plus eruditionis res habeat, ex graeca romanave republica militiave sumantur. Duas autem fere in partes ad aemulationem fovendam schola dividi poterit, quarum utraque suos habeat magistratus, alteri parti adversarios, unicuique discipulorum suo attributo aemulo. Summi autem utriusque partis magistratus primum in sedendo locum obtineant.

Decuriones — 36. Decuriones etiam a praeceptore statuantur, qui memoriter recitantes audiant, scriptaque praeceptori colligant et in libello punctis notent, quoties memoria quemque fefellerit, qui scriptionem omiserint, aut duplex exemplum non tulerint, aliaque, si iusserit praeceptor, observent[28].

Ad examen praeparatio — 37. Ad promotionem generalem uno ferme ante examen mense strenue discipuli in praecipuis quibusque rebus in omnibus classibus, excepta fortasse rhetorica, exerceantur. Quod si quis longe intra annum[j] excelleret, de

---

[i] oppugnantes *t1616* / [j] *t1599* intra annum] in ipso anni decursu *t1616*.

---

[26] De concertationibus cf. *ib.* reg. 45-48 p. 290.
[27] Cf. *Const.* P. IV § 3; MP I 287 289.
[28] De decurionibus cf. reg. 37 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 290.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

eo magister referat ad praefectum, ut privatim examinatus, gradum ad superio scholam facere possit.

Catalogus — 38. Catalogum discipulorum alphabeti ordine conscriptum p fecto tradat[K]. Quem ca-[129]talogum interdum in anno recognoscat, ut, si quic opus, immutari queat; accuratissime vero, cum generale discipulorum examen imp det. In eo autem catalogo quamplurimos potest, discipulorum gradus distinguat; v licet, optimos, bonos mediocres, dubios, retinendos, reiiciendos; quae notae num significari possent 1 2 3 4 5 6.

Disciplinae cura — 39. Disciplinam omnem nihil aeque continet atque obse tio regularum. Haec igitur praecipua sit magistri cura, ut discipuli tum ea, quae in eo regulis habentur, observent; tum ea, quae de studiis dicta sunt, exequantur. Quod honoris ac praemii metuque dedecoris facilius, quam verberibus consequetur.

Puniendi ratio — 40. Nec in puniendo sit praeceps, nec in inquirendo nim dissimulet potius, cum potest sine cuiusque damno; neque solum nullum[L] ipse plectat enim per correctorem praestandum), sed omnino a contumelia dicto factove infere abstineat; nec alio quempiam, quam suo nomine vel cognomine appellet; poenae eti loco aliquid literarium addere ultra quotidianum pensum, utile interdum erit. Inusita autem et maiores poenas ob ea praesertim, quae extra scholam deliquerint, sicut eos, plagas recusant, praesertim si grandiores sint, ad praefectum reiiciat[29].

Assiduitas — 41. Assiduitatem maxime a discipulis re-[130]quirat; nec proi ad publica spectacula sive ludos eos dimittat; si quis abfuerit, aliquem ex condiscipu vel alium ad eius domum mittat; et, nisi idoneae afferantur[M] excusationes absenti poenam sumat. Qui plures dies sine causa abfuerint, ad praefectum remitti, nec sine e consensu recipi debent.

Confessionum dies — 42. Ne confessionum causa quicquam remittatur ex quae scholarum propria sunt, terni vel plures, ubi sit opus, initio mittantur ad confite dum; deinde, ut singuli redeunt, ita ex ceteris singuli binive submittantur; nisi forte ali bi ad confessionem simul omnes ire consueverint[30].

Silentium et modestia — 43. Silentium et modestiam servandam in primis cur ut nemo per scholam vagetur, nemo locum mutet, nemo ultro citroque munera sched sque mittat; ut a schola non egrediantur, praesertim duo vel plures simul[31].

Egressus e schola — 44. Cavendum est, ne facile, praesertim praelectio tempore, a quopiam discipuli evocentur; ut confusio etiam et clamor in egressu pra cipue vitetur, magistro sive e suggestu sive ad ianuam spectante, proximi quique v vis primi exeant; vel alia ratione curetur, ut modeste omnes et silentio egrediantur

Academiae — 45. Academias instituat, si rectori videbitur, ex regulis, qu propterea seorsim conscriptae sunt[32]; ad quas discipuli maxime festis [131] diebus vita di otii et malarum consuetudinum causa conveniant.

[K] tradat sub anni initium [illegible] [L] [illegible] [M] afferuntur [illegible]

[illegible]

Digitized by Google Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736 Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Agere cum discipulorum parentibus — 46. Si necesse videretur discipulorum causa cum eorum parentibus interdum loqui, rectori proponat, an ii per praefectum vel alium accersendi sint, vel etiam, si personae dignitas postulet, conveniendi[33].

Familiaritas et colloquia — 47. Familiarem non se uni magis, quam alteri ostendat; cum iisque extra scholae tempus non nisi breviter, ac de rebus seriis, loco etiam patenti, hoc est non intra scholam, sed pro scholae foribus, aut in atrio, aut ad ianuam collegii, quo magis aedificationi consulat, colloquatur[34].

Paedagogi — 48. Nemini paedagogum inconsulto rectore proponat, nec a paedagogis permittat aliis domi praelectionibus onerari discipulos, sed tantum auditas exigi.

Nullus pro schola sumptus — 49. Nullius opera utatur in describendo, aut in aliquo, quod ad usitatas scholae exercitationes non pertineat; nullaque in re illos pro schola sumptum facere patiatur[35].

Profectus studentium — 50. Sit denique in omnibus divina aspirante gratia diligens et assiduus et[N] profectus studentium tum in lectionibus, tum in aliis literariis exercitationibus studiosus. Contemnat neminem, pauperum studiis aeque ad divitum bene prospiciat, profectumque uniuscuiusque e suis scholasticis speciatim procuret[36]. [132]

[N] et *om. t1616*.

---

[a] Adolescentes ... observet] Finis magistro propositus erit, adolescentes, qui in Societatis disciplinae traditi sunt, sic instituere, ut simul cum literis ... [*v. tR99*] ... hauriant. Quare ante omnia tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas feratur peculiaris intentio ad ... speciatim ... observent *tC*] Adolescentes ... [*v. tR99*] ... observent *tD* / [b] efficiat *tB* / [c] pro regionis consuetudine *om. tC* / [d] memoriter *om. tC* / [e] praecipue ... recitandum *om. tC* / [f] denique *om. tC* / [g] 6. Privatis ... reiiciat] Privatis ... [*v. tR99*] ... inculcabit. Nullum tamen unquam ad aliquam religiosam familiam, multo minus ad nostram hortetur *tC* / [h] 7. Litanias ... suadeat] Litanias ... [*v. tR99*] ... ad vesperam ... esset ... Devotionem vero eiusdem et angelis etiam custodis ... suadeat *tC* / [i] etiam *om. tC* / [j] efficacissime *tC* / [k] recipiens *tC* / [l] videre possit *tC* / [m] horum studiorum *om. tC* / [n] 12. Scholae ... iudicabitur] Tres scholae esse debent; quibus grammaticae quidam quasi cursus triennio absolvatur ... [*v. tR99*] ... propriae. In ultima tradentur rudimenta omnia grammaticae exceptis difficilioribus iudicio praefecti; ac praeterea faciliora aliqua praecepta syntaxis ex praescripto eiusdem. In altera rudimenta difficiliora, qualia sunt de declinationibus nominum, de praeteritis ac supinis; ac praeterea syntaxis omnis usque ad constructionem figuratam, exceptis appendicibus difficilioribus, iudicio praefecti. Prima ita recolit ab initio syntaxim, ut addat appendices difficiliores; deinde explicat constructionem figuratam et de arte metrica *tC* / [o] 13. In ... metricam] In graecis etiam sua divisio erit; siquidem prima pars ... [*v. tR99*] ... complectitur. 2.a pars ... formationes; 3.a pars octo partes orationis ... annotationibus; 4.a pars quae ... metricam *tC* / [p] duabus *tC* / [q] caeteris scholis] deinceps *tC* / [r] et dimidiata] cum dimidia *tC* / [s] duabus *tC* / [t] minimum *om. tC* / [u] 15. Harum ... servetur] Anticipari tamen aut postponi exercitationes hae poterunt; earumque ordo iuxta ... [*v. tR99*] ... variari, dummodo ... servetur *tC* / [v] 16. Si ... omittantur] Si festum aliquod inciderit in sabbathum vel diem vacationis, eius diei exercitationes in praecedentem retrahantur vel omittantur *tC* / [w] servandum *tC* / [x] 18. Latine ... loquatur] Latine ... [*v. tR99*] ... custodiatur; ita ut ... lingua vernacula ... loquatur *tC* / [y] 19. Memoriae ... praemio] Memoriae ... [*v. tR99*] ... recident; nisi ... persolvent, aliquot ... iussis ... deligantur ... praemio *tC* / [z] 20-21. Scriptiones ... perpendere] Scriptiones corrigendae quotidie, prae-

---

[33] Cf. reg. 82 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 295.
[34] Cf. *ib.* reg. 91.
[35] Cf. *ib.* reg. 94 p. 296.
[36] Cf. *Const.* P. IV c. 6 § 6, c. 13 § 3; MP I 235 287; et reg. 83 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 295.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ter diem sabbathi; et licet, ut tempus detur discipulis stylum exercendi, privatim submissa voce cum unoquoque discipulorum corrigendae sint; expedit tamen quotidie aliquot exempla modo ex optimis, modo ex deterrimis tum initio, tum in fine publice recitare ac perpendere *tC* /

[a] atque *tC* / [b] apud se videant *tC* / c optandum esset *tC* / [d] quo plures potest *tC* / [e] ita ... vocet *tC* / [f] quisque *tC* / [g] magister *om. tC* / [h] Die ... recolantur] Repetitio die sabbathi fiet omnium, quae per hebdomadam praelecta sunt *tC* / [i] interdum *om. tC* / [j] se *om. tC* / [k] non sine laude aut praemio *tC* / [l] 27. In ... iussi] In praelectionibus multum proderit, si non ... [*v. tR99*] ... sed consulto et scripto, totumque ... Primo ... connexionem cum ... sententiam manifestioribus ... italice ... vulgare idioma ... afferat ... censuerit vel interrupte ... ne grammatici quicquam ... iussi *tC* / [m] horum *om. tC* / n In grammaticae ... repetanturve *om. tC* / [o] 30. Scribendi ... indicuntur] Scribendi argumentum non improviso dictandum, sed meditato et fere descripto; et quidem utroque idiomate scribendum esset, ubi datur ad verbum. Dictatum porro statim iubeat recitari; explicet, si quid forte difficilius; phrases, aliaque ... indicuntur *tC* / [p] ex toto *tC* / [q] qui affiguntur *tC* / [r] 34. Concertatio ... impugnantes] Concertatio ... [*v. tR99*] ... praefecto visum ... per horam fere, utroque praesente et moderante ... vel dubia de rebus utrique classi communibus proponentes *tC* / [s] 35. Magistratus ... obtineant] Magistratus ... [*v. tR99*] ... afficiendi, singulis ... Eam ob rem scriptionem in schola conficient toto scholae tempore ... inferioribus scholis ... ex antiquorum republica militiave desumantur ... Is autem, qui summo fungitur in utraque parte magistratu ... obtineat *tC* / [t] 36. Decuriones ... observent] Decuriones ... [*v. tR99*] ... in libello notent, quot quemque punctis memoria ... tulerint, qui aut non venerint, aut serius venerint; aliaque, quae ... observent *tC* / [u] 37. Ad ... possit] Ad ... [*v. tR99*] ... discipulos ... rebus exerceat ... longe intra annum excelleret, de eo referat ad praefectum ... possit *tC* / [v] 38. Catalogum ... 6] Catalogum ... [*v. tR99*] ... interdum recognoscere intra annum et renovare oporteret; accuratissime vero, cum instat annuae promotionis examen. In eo autem quo plures possunt ... nempe ... 6 *tC*.

REGULAE PROFESSORIS RHETORICAE [1]

Gradus — 1. Gradus huius scholae non facile certis quibusdam[a] terminis definiri potest; ad perfectam enim eloquentiam informat, quae duas facultates maximas, oratoriam et poeticam comprehendit (ex[b] his autem duabus primae semper partes oratoriae tribuantur[b]), nec utilitati solum servit, sed etiam ornatui[c] indulget.

Illud[d] tamen in universum[d] dici potest, tribus maxime rebus, praeceptis dicendi, stylo et eruditione contineri.

Praecepta, etsi[e] undique peti et observari possunt[f], explicandi[g] tamen non sunt in quotidiana praelectione, nisi rhetorici Ciceronis libri, et Aristotelis tum Rhetorica, si videbitur, tum Poetica[gh2].

Stylus (quamquam probatissimi etiam historici et poetae delibantur[i]) ex[j] uno fere Cicerone sumendus[j] est; et omnes quidem[k] eius libri ad stylum aptissimi, orationes[l] tamen solae prae-[134]legendae[l], ut artis praecepta in orationibus expressa cernantur.

Eruditio denique ex historia[m] et moribus gentium, ex auctoritate scriptorum et[n] ex omni doctrina[n], sed parcius ad captum discipulorum accersenda.

Ex[o] graecis ad rhetoricam pertinet syllabarum maxime dimensio, et plenior

---

[1] Videsis regulas professoris rhetoricae in Rat. stud. a. 1591; supra, p. 308-11.

[2] Cf. reg. 2 prof. rhet.; supra, p. 308.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

auctorum et dialectorum cognitio[o]. Summam[p] logicae in fine anni rhetoricae magister non explicet[p].

Divisio temporis — 2. Divisio[q] temporis haec erit[q3]: Prima hora antemeridiana[r] memoria exerceatur, scripta a decurionibus collecta[s] praeceptor corrigat, varias[t] interim, de quibus infra regula quinta, discipulis exercitationes iniungens[t]; denique haesterna[u] praelectio recolatur.

Secunda hora antemeridiana[r] praelectioni detur, vel praeceptorum, si[v] a prandio explicetur oratio[v], vel orationis, si[w] praecepta; dummodo in eo, quod anni initio caeptum est, constantia servetur[w]. Succedat repetitio, et quando opus est, argumentum detur[x] scribendae orationis vel carminis; reliquum, si quid est temporis, vel concertationi, vel iis, quae prima hora scripserint, recognoscendis tribuatur.

Prima hora pomeridiana habeatur[y], post repetitionem postremae, nova praelectio vel orationis, si mane praecepta exposita[z], vel praeceptorum, si oratio[a]. Huic repetitio de more succedat. [135]

Secunda hora pomeridiana graeci auctoris postrema praelectione repetita, nova explicetur atque exigatur. Reliquum tempus modo[b] corrigendis graecis scriptionibus, modo graecae syntaxi et arti metricae, modo graecae concertationi reservetur[b].

Die[c] vacationis explicetur historicus vel poeta, vel aliquid ad eruditionem pertinens; et recolatur[cd].

Die sabbathi, post brevem totius hebdomadae repetitionem, mane prima hora[e] explanetur[f] historicus vel poeta[g]. Ultima hora[h] aut habeatur ab aliquo discipulorum declamatio vel praelectio, aut ad humanistas audiendos eatur, aut concertetur. A[i] prandio explicetur poeta vel historicus; graeca recolantur[i].

Sicubi[j] vero, praeter duas horas tum mane tum vesperi, semihora additur, ea historico vel poetae tribuenda[j]; quod si fiat, sabbathi praelectiones vel non differant ab aliis diebus, vel, iis omissis, repetitio plenior instituatur et concertatio.

Memoriae exercitatio — 3. Quoniam[k] memoriae quotidiana exercitatio rhetori necessaria est, atque[l] in hac classe saepe longius praelectiones excurrunt, quam ut tradi commode memoriae possint, praeceptor statuet ipse, quid quantumque ediscendum, et[m] quomodo, si exigere velit, recitandum[m4]. Immo ex usu esset, ut subinde aliquis [136] e suggestu recitaret, quae ex optimis auctoribus didicisset, ad memoriae exercitationem simul cum actione iungendam.

Scriptionis corrigendae ratio — 4. In[n] scriptione corrigenda indicet[n], si quid in artificio oratorio aut poetico, in elegantia cultuque sermonis, in connectenda oratione, in numeris concinnandis, in orthographia, aut aliter peccatum fuerit; si quis locus perperam, si obscure, si humiliter tractatus, si decorum minime servatum, si qua digressio longior fuerit, et alia generis eiusdem[o5]. Denique, oratione absoluta, suam quisque, quam ante per partes attulerat, totam simul descriptam aut saltem correctam praeceptori offerat[p], ut eas esse ab omnibus perfectas appareat.

Exercitationes inter corrigendum — 5. Exercitationes[q] discipulorum, dum scripta magister corrigit, erunt[q] exempli gratia locum aliquem poetae vel oratoris imi-

---

[3] Cf. *ib.* reg. 4° § 1-15 p. 310-15.

[4] Cf. *ib.* reg. 5 p. 308.

[5] Cf. reg. 18 prof. hum.; supra, p. 304.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tari, descriptionem aliquam, ut hortorum, templorum, tempestatis, et similium efficere[r] phrasim eandem modis pluribus variare[s], graecam orationem latine vertere, aut contra; poetae versus tum latine, tum graece soluto stylo complecti; carminis[t] genus aliud in aliud commutare; epigrammata, inscriptiones, epitaphia condere; phrases ex bonis oratoribus et poetis, seu graecas seu latinas excerpere, figuras rhetoricas ad certas materias accommo-[137]dare; ex locis rhetoricis et topicis plurima ad rem quampiam argumenta depromere[u], et alia generis eiusdem[v6].

Praelectio — 6. Praelectio duplex est. Altera ad artem pertinet, in qua praecepta; altera ad stylum, in qua orationes explicantur[w]. In utraque autem duo animadvertenda. Primum, qui auctores ad praelegendum suscipiantur, deinde quis modus interpretandi teneri possit. De primo[x] satis dictum est regula prima[A]; unus enim Cicero ad orationes, ad praecepta praeter Ciceronem Aristoteles adhibendus[y] est. Oratio[z] nunquam praetermittenda[z]. Praeceptorum etiam explicatio toto fere anno continuanda esset. Ingens enim est vis oratoriorum praeceptorum; huius tamen loco[a], ubi mos ferat, inclinante iam anno, alicuius auctoris usus, qui maiorem eruditionem aut varietatem contineat, non interdicitur. Poetae[b] vero aliqua praelectio poterit interdum[B] vel praeceptorum vel orationis praelectionibus interponi[b].

Praeceptorum interpretatio — 7. Quod[c] autem ad interpretandi rationem attinet[7], si explicentur praecepta[c]: Primo, praecepti sensus aperiendus, interpretum collatis sententiis, si obscurior sit, nec inter eos conveniat. Secundo, alii rhetores, qui idem praecipiant, vel idem auctor, si alibi idem praecipit, afferendus. Tertio, ipsius praecepti ratio aliqua[d] excogitanda. [138] Quarto, oratorum ac poetarum loci aliquot similes[e], maxime illustres[f], in quibus eo praecepto usi sint, adducendi. Quinto, si quid ex varia eruditione et historia ad rem facit, addendum. Ad extremum, quo modo ad res nostras accommodari possit, indicandum; idque quanto maximo fieri potest delectu ornatuque verborum.

Oratoris interpretatio — 8. Si vero explicetur oratio vel poema[g]: Primo, exponenda[h] sententia, si obscura sit, et variae interpretationes diiudicandae[h]. Secundo, tota artificii ratio, inventionis scilicet, dispositionis et elocutionis exploranda, quam apte se orator insinuet, quam apposite dicat; vel quibus ex locis argumenta sumat ad persuadendum, ad ornandum, ad movendum; quam multa saepe praecepta uno eodemque loco permisceat; quo pacto rationem ad faciendam fidem figuris sententiarum includat, rursusque figuras sententiarum figuris verborum intexat. Tertio, loci aliquot tum re, tum verbis similes afferendi[i], aliique oratores vel poetae, qui eodem praecepto ad aliquid simile persuadendum vel narrandum usi sint, producendi. Quarto, res ipsae sapientum sententiis, si res ferat[j], confirmandae. Quinto, ex historia, ex fabulis, ex omni eruditione, quae[k] ad locum exornandum faciant[k], conquirenda. Ad extremum, verba perpendenda, eorum proprietas, orna-[139]tus, copia, numerus observandus. Haec autem non ideo allata sunt, ut semper omnia consectetur magister, sed ut ex iis seligat, quae opportuniora videbuntur[l7].

[A] *t1616* prima] tertia *t1599 erronee* / [B] *p* interdum *add. t1616* aestivo tempore.

---

[6] Cf. *ib.* reg. 21 p. 305.
[7] Cf. *ib.* reg 6-7 p. 303.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Argumentum scribendae orationis — 9. Dictandum argumentum orationis vel initio cuiusque mensis totum, vel singulis hebdomadis per partes (singulis enim mensibus ad summum[m] singulae absolvendae orationes); sit autem breve, quod per omnes eat orationis partes, locos confirmationis et amplificationis, figuras praecipuas, quae adhiberi possent, locos etiam aliquos bonorum auctorum ad imitandum, si videbitur, indicet. Interdum, demonstrato scriptore aliquo, ad cuius imitationem orationem informent, verbo tenus res proponatur[8].

Carminis — 10. Carminis etiam argumentum aut scripto aut verbo, vel solam significando[n] rem vel certa adiecta sententia tradi potest; idque aut breve, ut epigrammatis, odae, elegiae, epistolae, quod singulis vicibus expediatur; aut longius, ut pluribus vicibus, quemadmodum orationem, sic poema contexant.

Graeci thematis ratio — 11. Graeci thematis eadem fere ratio erit, nisi per aliquod tempus verbatim omnia dictanda semel[o] saltem in singulas hebdomadas, vel soluta oratione vel carmine[o] censeantur[p][9].

Concertatio[10] — 12. Concertatio seu exercitatio sita erit tum in corrigendis iis, quae alter aemulus in alte-[140]rius oratione deprehenderit; tum in iis, in quibus prima hora se exercuerint, invicem proponendis; tum in figuris dignoscendis aut conficiendis; tum in rhetoricae aut epistolarum aut carminum aut historiae praeceptis reddendis applicandisve; tum in exponendis auctorum locis difficilioribus et difficultatibus explanandis; tum in moribus antiquorum rebusque ad eruditionem pertinentibus, exquirendis; tum in hieroglyphicis, symbolis, pythagoreis, apophtegmatis, adagiis, emblematis, aenigmatisque interpretandis; tum in declamando, et similibus ad praeceptoris arbitrium.

Graeca praelectio — 13. Graeca praelectio, sive oratorum sive historicorum sive poetarum, non nisi antiquorum sit et classicorum[11], Demosthenis[q], Platonis, Thucydidis, Homeri, Hesiodi, Pindari et aliorum huiusmodi (modo sint expurgati)[q]; inter quos iure optimo SS. Nazianzenus, Basilius et Chrysostomus reponendi[r]. Ac priore quidem semestri oratores aut historici interpretandi; interponi[s] autem poterunt semel in hebdomada aliqua epigrammata, vel brevia poemata; posteriore vicissim explicetur poeta, interiecto semel oratore aut historico. Interpretandi ratio, quamquam quae eruditionis artisque sunt, respuere omnino non debet; proprietatem tamen potius usumque linguae spectabit. Quamobrem locutiones[t] aliquae singulis praelectionibus dictandae. [141]

Graeca grammatica — 14. Graeca syntaxis et syllabarum dimensio ineunte anno alternis diebus[u], si sit opus, explicanda; syntaxis quidem breviter, praecipua quaedam capita recolendo[12].

Praelectio die vacationis — 15. Eruditionis causa die vacationis pro historico et poeta liceat interdum alia magis recondita proferre, ut hieoroglyphica, ut emblemata, ut quaestiones ad artificium poeticum spectantes, de epigrammate, epithaphio, ode, elegia, epopoeia, tragoedia; ut de senatu romano, de atheniensi, de utriusque gen-

---

[8] Cf. reg. 8 prof. rhet.; supra, p. 309.
[9] Cf. *ib.* reg. 7.
[10] De concertationibus cf. reg. 38-39 prof. hum.; supra, p. 305.
[11] Cf. reg. 6 prof. rhet.; supra, p. 308-09.
[12] Cf. *ib.* reg. 7 p. 309.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

tis militia; ut de re hortensi, vestiaria, de triclinio, de triumpho, de sibyllis, et aliis generis eiusdem; modice tamen[vw].

Privata declamatio — 16. Declamatio, vel praelectio, vel carmen, vel graeca oratio, vel carmen simul et oratio, humanistis convenientibus postrema[x] semihora antemeridiana ab uno aut altero discipulorum e suggestu alternis sabbathis habeatur[x].

Publica declamatio — 17. In aula templove[y] gravior oratio aut carmen vel utrumque nunc latine, nunc graece vel declamatoria actio, expositis utrinque rationibus, lataque sententia, singulis fere mensibus habeatur; non[z] tamen, nisi recognita et approbata a praefecto studiorum superiorum[za].

Carmina affigenda — 18. Affigantur[b] carmina scholae parietibus[b] alternis fere mensibus ad aliquem celebriorem [142] diem exornandum, vel magistratus promulgandos, vel alia quapiam occasione, selectissima quaeque a discipulis descripta. Immo etiam pro regionum more[c] aliquid prosae brevioris; quales sunt inscriptiones, ut clypeorum[d], templorum, sepulcrorum, hortorum[e], statuarum; quales descriptiones, ut urbis, portus, exercitus[f]; quales narrationes, ut rei gestae ab aliquo divorum; qualia denique paradoxa, additis interdum[g], non tamen sine rectoris permissu, picturis, quae emblemati vel argumento proposito respondeant[13].

Privatae scenae — 19. Poterit[h] interdum magister brevem aliquam actionem, eclogae scilicet, scenae, dialogive discipulis argumenti loco proponere, ut illa deinde in schola distributis inter ipsos partibus, sine ullo tamen scenico ornatu exhibeatur, quae omnium optime conscripta sit[h].

Nostrorum exercitatio — 20. Nostris exercendis sicut omnia, quae de ratione docendi diximus, communia sunt, ita illa peculiaria, ut domi ter aut quater in hebdomada per horam, quo tempore commodissimum[i] rectori videbitur, repetitiones coram magistro, aut alio quem rector ipse statuerit, habeant; in quibus praelectiones latine graecaeve recolantur, solutaque oratio et carmen latine, graeceve corrigantur; iubeanturque quotidie aliquid ediscendo, memoriam [143] excolere, multumque et attente legere; nihil enim aeque foecundat ingenium, quam[C] ut ad aulae, templi, scholaeque suggestum, quod illis cum externis condiscipulis commune est, addito etiam refectorio, frequentius singuli se dicendo exerceant[j]; ut denique publice semper in loco quopiam idoneo sua carmina praeceptori probata, suo adscripto nomine, proponant[k].

[C] quam *deest in t1616*.

---

[13] Cf. *ib.* reg. 46-47 prof. hum.; supra, p. 306-07.

---

[a] aliquibus *tA* / [b] (ex ... tribuantur)] cum ipsa eloquentia quaedam esse oratoris pompa videatur *tA-C* / [c] pompae *tA-C* / [d] illud ... universum] In universum tamen *tA-C* / [e] licet *tA-C* / [f] possunt *tA-C* / [g] explicandi ... poetica] explicanda ... alia quam Ciceronis quocumque [quolibet *tB*] eius libro et Aristotelis tum ex Rhetorica, tum ex Poetica *tA-B* / [h] *p* Poetica *add. tA* tum etiam ex Topica; quamquam Topica non est explicanda / [i] delibandi *tA* / [j] ex ... sumendus] ducendus *tA* / [k] quamquam omnes *tA* / [l] orationes ... praelegendae] tamen orationis solum praelectione explicandae *tA* / [m] primo ex omni historia *tA* / [n] et ... doctrina] et sapientum; 3° ex philosophiae aliisque doctrinis *tA* / [o] Ex ... cognitio *om. tA* / [p] Summam ... explicet *om. tA-C* / [q] Divisio ... erit]Divisio temporis eadem semper sit. Cum ergo duabus horis mane, totidem a prandio

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

die vacationis huius scholae tempus finiatur, statuere oportet, quae horae quibus exercitationibus impendantur *tA-B* / [r] matutina *tA-C* / [s] accepta *tA* / [t] varias ... iniungens] discipulis interim vario opere stylum atque ingenium exercentibus tA-B / [u] haesternas *tA*]externa *tB-D et tR99* / [v] si ... oratio *om. tA* / [w] si ... servetur *om. tA-B* / [x] detur *om. tA-C* / [y] fiat *tA-C* / [z] tradita *tA* /

[a] si mane explicata est oratio *tA* / [b] modo ... reservetur] modo graecae syntaxi et arti metricae, modo graecae concertationi tribuatur *tA-B* / [c] Die ... recolatur] Die vacationis, ubi legi mos est, carmina corrigantur, explicetur hystoricus vel poeta, vel aliquid ad eruditionem pertinens, et repetatur [recolatur *tD*] argumentum etiam carminis, si opus erit, dictetur *tC-D* / [d] et recolatur *om. tA-B* / [e] prima hora *om. tA* / [f] explicetur *tA-C* / [g] vel poeta] vesperi poeta vel contra; graeca item recolantur *tA* / [h] hora matutina *tA* / [i] A ... recolantur] Vesperi explicetur poeta vel historicus, graeca recolantur. Ultima semihora piam praeceptor habeat hortationem. Liberum tamen sit, modo hae omnes exercitationes et eadem spatia temporis retineantur, ordinem pro regionum consuetudinem variare aut interrumpere [Liberum tamen sit, quotidie praelectionem matutinam prima hora habere et ultima scriptiones corrigere; itemque a prandio graeca latinis anteponere, sicubi commodius videatur *tA*] *tB* / [j] Sicubi ... tribuenda] Sicubi vero poeta et historicus addendus quotidie praescripto ordini videretur, ibi praescripto etiam tempori semihora addatur necesse erit *tA-C* / [k] Quoniam ... est] Memoriae ... necessaria *tA-C* / [l] Quoniam autem *tA-C* / [m] et ... recitandum] vel relinquet cuique liberum, an oratorem, an poetam latinum graecumve memoriae mandet. Quod facere vel singulis per se curae erit, vel a decurionibus aut ab ipso interdum praeceptore exigetur, prout locorum et personarum varietas postulabit *tA-B* / [n] In ... indicet] Scriptiones corrigendae afferentur. Solutae quidem orationis quotidie mane praeter sabbathum et die vacationis; carminis bis in hebdomada simul cum soluta oratione, post dominicum scilicet et vacationis diem; graecae orationis aut carminis semel aut bis iisdem fere diebus a prandio. Et licet ut tempus detur discipulis stylum exercendi privatim submissa voce cum unoquoque discipulorum corrigendae sint, expedit tamen quotidie aliquot exempla publice recitare ac perpendere. Corrigendi autem modus est. Indicare *tA-B* / [o] *p* eiusdem *sequ. in tA-B* contra vero laudare, si quid ingeniose et apte perfectum est. Cum autem eloquentiae fructus stylo exercendo maxime comparetur, curet, ut nemo, quantum fieri potest, sit cuius scriptionem quotidie non emendet. Eam ob causam diebus praesertim, quibus carmina afferuntur, scriptiones aliquas aemulis invicem corrigendas dispertiat (quod quo commodius fiat, quisque non suum tantum, sed etiam aemuli nomine a tergo scriptionis inscribat) ipse alias domi corrigat, aut die postero, nisi nimius sit numerus, cum aliis recognoscat *tA-B* / [p] ostendat *tA-C* / [q] Exercitationes ... erunt] Exercitationes varias, dum scripta corrigit, modo hanc modo illam imperet; nulla enim re magis adolescentium industria quam satietate languescit. Ubi igitur aliquot diebus alacriter in una versati fuerint, alia proferat. Eae autem erunt *tA- B* / [r] facere *tA-C* / [s] *p* variare *add. tB* bonos auctores transcribere, quod in Thucidide dicitur fecisse Demosthenes / [t] unum carminis genus in *tA-C* / [u] eruere *tA-C*; *p* eruere *tA-B sequ.* paginam optimi alicuius auctoris a magistro ad eam rem ante pronunciatum, quantum memoria consequi possunt, scribendo exprimere / [v] *p* eiusdem *sequ. in tA-B* quae solerti praeceptori in dies in mentem venient / [w] *p* explicantur *in tA sequ.* (quamquam neque illa, quae artis est, stylum negligit, cum a M. Tullio et Aristotele ars egregio stylo inclusa sit; neque haec, quae ad stylum refertur, arte caret, cum in ipsa oratione artis praecepta observentur. In utraque autem praelectione primum adhibendi auctores, quos regula 3 diximus / [x] Quoad primum *tA-B* / [y] *p* adhibendus *in tA-C sequ.* Neque ullo modo recentiores praelegendi / [z] Oratio nunquam praetermittenda *solum in tD* /

[a] pro hac tamen *tA-C* / [b] Poetae ... interponi *solum in tD* / [c] Quod ... praecepta] Deinde considerandus interpretandi modus. Si igitur praecepta explicantur *tA*] Quoad secundum, quis scl. modus interpretandi teneri possit, rursus est distinquendum; vel enim praecepta vel orationes explicabuntur. Si praecepta, primo *tB* / [d] *p* aliqua *in tA-C sequ.* vel convenientia; *in tD* vel usus / [e] loca similia *tA-B* / [f] maxime illustres *add. in tC-D* / [g] vel poema *solum in tR99* / [h] exponenda ... diiudicandae] declarandus sensus, si obscurus sit, et interpretum diiudicandae sententiae *tA-C* / [i] loca ... similia afferenda *tA-C* / [j] si res ferat *solum in tC-D* / [k] quod faciat ... conquirendum *tA-C* / [l] *p* videbuntur *in tA-C sequ.* In primis autem proderit, si non tumultuario et subito dicat, sed consulto; et ea, quae dicit, ante scripserit, totumque librum vel orationem, quam prae manibus habet, perlegerit / [m] ad summum] nisi forte citius *tA-C* / [n] innuendo *tA-C* / [o] semel ... carmine *solum in tD* / [p] *p* censeantur *sequ. in tA-B* Aliquid extraordinarium solito amplius praescribendum est, cum plures dies festi incidunt, vel cum vacationes tum maiores tum minores indicuntur / [q] Demosthenes ... expurgati) *solum in tD* / [r] *p* reponendi *in tA-B sequ.* Ex poetis, qui inhonesti aliquid habent, non proponantur, nisi expurgati / [s] interseri *tA-C* / [t] phrases *tA-C* / [u] diebus *solum in tD* / [v] modice tamen *solum in tC-D* / [w] *p* tamen *sequ. in tD* aut etiam intra modum / [x] postrema ... habeatur] alternis sabbathis postrema semihora matutina ab uno aut altero discipulorum habeatur *tA*] postrema ... stragulato suggestu alternis sabbathis habeatur

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

aut pro discipulorum numero rarius *tB*] Postremo ... e suggestu ... habeatur *tC* / [y] In ... superiorum] In aula vel templo declamatoria actio, expositis utrinque rationibus lataque sententia, vel gravior oratio aut carmine aut utrumque tum latine tum graece habeatur *tA*] In ... vel utrumque nunc latine, nunc graece habeatur *tB* non ... superiorum *deest in tA* /

[a] *p* habetur *sequ. tA-B* ad quas declamationes praeter humanistas, superiores etiam classes et alii tum nostri tum externi prout res tulerit, invitentur / [b] Carmina scholae parietibus affigantur *tA* / [c] pro regionum more *solum in tD* / [d] clypeorum *deest in tA* / [e] hortorum et similium *tA* / [f] pugnae *tA* / [g] interdum *solum in tC-D* / [h] 19. Poterit ... sit] Eclogae, scenae, dialogive alicuius partes interdum, si videatur, ita disponat ac dividat conscribendas, ut coniunctae postea unum corpus efficiant; et ab iisdem, qui conscripserunt, inter se colloquentibus privatim in classe sine ullo tamen scenico ornatu exhibeantur *tA-C* / [i] commodius *tA-C* / exerceant *sequ. in tA-C* ubi ipsas aliquando Ciceronis orationes pronunciare possent fructu non minore forte quam suas / [k] affigant *tA-C*.

REGULAE PROFESSORIS HUMANITATIS [1]

Gradus — 1. Gradus huius scholae est, postquam ex grammaticis excesserint, praeparare veluti solum eloquentiae; quod tripliciter accidit: cognitione linguae, aliqua eruditione, et brevi[a] informatione praeceptorum ad rhetoricam spectantium[2]. Ad[b] cognitionem linguae, quae in proprietate maxime et copia consistit, in quotidianis praelectionibus explicetur[A]; ex oratoribus unus[A] Cicero iis fere libris qui philosophiam de moribus continent; ex historicis Caesar, Salustius, Livius, Curtius, et si qui sunt similes; ex poetis praecipue Virgilius, exceptis Eclogis et quarto Aeneidos; praeterea odae Horatii[d] selectae, item[d] elegiae, epigrammata et alia poemata illustrium[e] poetarum antiquorum[e], modo sint ab[f] omni obscaenitate[f] expurgati[3]. Eruditio modice usurpetur, ut ingenium excitet interdum ac recreet, non ut linguae observationem impediat[4]. [146]

Praeceptorum rhetoricae brevis summa[g] ex Cypriano[5], secundo scilicet semestri, tradetur; quo tempore, omissa philosophia Ciceronis, faciliores aliquae eiusdem orationes, ut pro lege Manilia, pro Archia, pro[h] Marcello, ceteraeque ad Caesarem habitae[h] sumi poterunt[b6]. Graecae[c] linguae pars illa pertinet ad hanc scholam, quae syntaxis proprie dicitur. Curandum praeterea, ut mediocriter scriptores intelligant et scribere aliquid graece norint[c7].

Divisio temporis — 2. Divisio[i] temporis haec erit[i8]: Prima hora matutina memoriter recitetur M. Tullius et ars metrica apud decuriones[j]. Scripta a decurionibus accepta praeceptor corrigat, varias[k] interim, de quibus infra regula quarta, discipulis

[A] explicetur; ex oratoribus unus *om. t1616*.

[1] Vide regulas professoris humanitatis in Rat. st. a. 1591; supra, p. 303-08.
[2] Cf. reg. 2 prof. hum.; supra, p. 303.
[3] Cf. *ib.* reg. 3.
[4] Cf. *ib.* reg. 4.
[5] C. SOARES S. I., *De arte rhetorica;* cf. supra, p. 138 adn. 1.
[6] Cf. reg. 9 prof. hum.; supra, p. 304.
[7] Cf. *ib.* reg. 15.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

exercitationes iniungens[k]. Ad extremum publice nonnulli recitent, et decurionum notae[l] a magistro cognoscantur[lm].

Secunda hora matutina repetatur postrema breviter praelectio; novaque per semihoram, vel paulo amplius explicetur; mox exigatur, et, si quid supersit temporis, in mutua discipulorum concertatione ponatur.

Ultima semihora initio[n] primi semestris historicus et ars metrica alternis diebus[o]; arte vero metrica absoluta, historicus quotidie percurratur; altero deinde[p] semestri Cypriani rhetorica quotidie modo explicetur, modo recolatur, aut disputetur[k]. [147]

Prima hora pomeridiana memoriter poeta graecusque auctor recitetur, recognoscente magistro decurionum notas; scriptaque, vel quae mane imperata sunt, vel quae ex domo allatis superfuerint, corrigente. Ad extremum thema dictetur.

Sesquihora consequens poetae, tum recolendo tum explicando, et graecae, tum praelectioni tum scriptioni, ex aequo dividatur.

Die vacationis prima hora recitetur memoriter, quod proxima vacatione praelectum est; et scriptiones, quae supersunt, de more corrigantur.

Secunda hora aliquid epigrammatum aut odarum aut elegiarum, sive aliquid ex libro tertio Cypriani de tropis, de figuris, et praecipue de numero ac pedibus oratoriis, ut iis initio anni assuescant[q]; sive chria aliqua aut progymnasma explicetur recolaturque; sive denique concertetur.

Die sabbathi mane prima hora publice recitentur memoriter totius hebdomadae praelectiones; hora secunda recolantur. Ultima semihora aut habeatur ab aliquo discipulorum declamatio vel praelectio, aut ad rhetores audiendos eatur, aut concertetur.

A prandio prima semihora reddatur memoriter poeta et catechismus, magistro scripta, si quae per hebdomadam superfuerint, et [148] decurionum notas recognoscente.

Sesqui hora consequens poetae recolendo, vel alicui brevi poemati explicando exigendoque, et graecis eodem modo ex aequo dividatur.

Ultima semihora in explicatione catechismi, vel pia cohortatione, nisi[r] feria sexta habita sit[r], ponetur; sin[s] autem, in ea re ferme, in cuius locum tum catechismus successerat[s].

Scriptionis corrigendae ratio — 3. In[t] scriptione corrigenda indicet[t], si quid minus proprium aut elegans aut numerosum sit; si minus recte locus[u] ad imitandum propositus expressus; si quid in orthographia aliterve peccatum sit; variis modis idem efferri iubeat[u], ut dicendi copiam ex hac exercitatione condiscant[B9]

Exercitationes inter corrigendum — 4. Exercitationes, dum scripta corrigit, erunt exempli gratia ex praelectionibus phrases excerpere, easque pluribus modis variare, Ciceronis periodum dissolutam componere[v], versus condere[v], carmen unius generis alio permutare, locum aliquem[w] imitari, graece scribere[x], et alia generis eiusdem[10].

[B] nanciscantur *t1616*.

---

[8] Cf. *ib.* reg. 56 § 1-18 p. 307-08.
[9] Cf. *ib.* reg. 18 p. 304.
[10] Cf. *ib.* reg. 21 p. 304-05.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Praelectio — 5. Praelectio eruditionis ornamentis leviter interdum aspersa sit, quantum loci explicatio postulat; se totum potius magister effundat in latinae linguae observationes, in vim etymologiamque verborum, quam ex probatis petet auctoribus, maxime ex antiquis; in locutionum usum ac varietatem, in auctoris imitationem[y]; [149] nec alienum[y] putet aliquid patrio interdum sermone[z] efferre, si vel ad interpretandum in primis valeat, vel aliquid habeat eximii. Quando autem orationem explicat, praecepta artis exploret. Ad extremum licebit[a], si videatur, omnia patrio sermone, sed quam elegantissimo vertere[11].

Argumentum scribendi — 6. Dictandum argumentum scribendi.[12]. Primo quidem semestri ad epistolae fere formam vulgi sermone ad verbum; quod saepe proderit ita componere, ut totum ex praelectionibus iam explicatis hinc inde[b] decerptum sit[c]. Semel autem fere[d] in hebdomada suo marte conscribant, aliquo prius epistolarum genere explicato, indicatisque Ciceronis aut Plinii epistolis ad illud pertinentibus. Altero deinde semestri excitetur[e] ingenium; et chriae primo, tum prooemia, narrationes et exornationes[f], facili ac fuso argumento proposito, conficiantur. Carminis argumentum latine dictet multa locutionum[g] varietate.

Graeci thematis eadem ac latinae prosae ratio erit, nisi quod fere ex ipso auctore depromendum, et ratio syntaxeos praemonstranda.

Concertatio — 7. Concertatio[h][13] seu exercitatio sita erit tum in iis[h], quae alter aemulus in alterius scriptione deprehenderit; tum in iis, in quibus prima hora se exercuerint, proponendis; tum in phrasibus a praeceptore habitis memoriter dicen-[150]dis aut variandis; tum in epistolarum ac rhetoricae praeceptis reddendis aut applicandis; tum in exquirenda quantitate syllabarum, allata memoriter regula vel poetae exemplo; tum in proprietate aut etymologia aliqua investiganda; tum in aliquo graeci latinive auctoris loco interpretando; tum in graecis difficilioribus et anomalis verbis inflectendis formandisque; eti aliis generis eiusdem ad praeceptoris arbitrium[i].

Ars metrica et rhetorica — 8. Ars metrica celeriter recurretur, in iis solum inhaerendo, quibus magis egere videbuntur, et exercendo potius, quam explicando. Rhetoricae item Cypriani non tam verba, quam praecepta breviter illustrentur, additis ex eodem libello exemplis et, si res ferat[j], ex quotidianis praelectionibus.

Graeca praelectio — 9. Graeca praelectione alternis diebus[k] grammatica et auctor explanabitur[l]; grammaticae quidem, breviter decursis iis, quae in prima classe tradita fuerant, syntaxim, et rationem accentuum persequatur.

Auctor vero primo semestri solutae orationis sumetur ex facilioribus, ut aliquae orationes Isocratis et sanctorum Chrysostomi et Basilii[m], ut ex epistolis[m] Platonis et Synesii, ut aliquid selectum ex Plutarcho; altero semestri carmen[n] aliquod explicabitur[n], exempli gratia ex Phocylide[o], Theognide, sancto Gregorio Na-[151]zianzeno, Synesio, et horum similibus[p].

Explicatio autem, ut huius scholae fert gradus, linguae potius cognitioni, quam eruditioni serviat.

Inclinante autem anno graecarum syllabarum ratio tradi poterit cum auctore

---

[11] Cf. *ib. reg.* 4 p. 303.
[12] Cf. *ib. reg.* 16 p. 304.
[13] Cf. *ib. reg.* 40-44 p. 305-06.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

alternis diebus[q]. Poterunt etiam interdum dissoluta carmina concinnari[14].

Carmina affigenda — 10. Affigantur carmina scholae parietibus alternis fere mensibus ad aliquem celebriorem diem exornandum, vel magistratus promulgandos, vel alia quapiam occasione, selectissima quaeque a discipulis descripta; immo etiam pro regionum more[r] aliquid prosae breviores[C], quales sunt inscriptiones, ut clypeorum, templorum, sepulchrorum, hortorum, statuarum; quales descriptiones, ut urbis, portus, exercitus; quales narrationes, ut rei gestae ab aliquo divorum; qualia denique paradoxa; additis interdum, non tamen sine rectoris permissu, picturis, quae emblemati vel argumento proposito respondeant[15].

[C] *t1616* brevioris] breviores *t1599*.

---

[14] Cf. *ib.* reg. 15 p. 304.
[15] Cf. *ib.* reg. 47-49 p. 306-07.

---

[a] brevi quadam *tA* / [b] Cognitio linguae et eruditio mediocris pendet ex accurata lectione veterum auctorum, ex unius Ciceronis, ex oratoribus; Caesaris, Salustii, Livii, Curtii et similium ex historicis; Virgilii, Horatii et aliorum classicorum, modo sint expurgati, ex poetis; praelectionibus igitur ordinariis fere universa philosophia Ciceronis, quae de moribus est, adhibebitur; totus item Virgilius, exceptis Eclogis et 4° Aeneidos. Eruditio ... forma 2° semestri tempore tradetur; eamque ob rem, omissa ... orationes sumi poterunt; et ex Cypriano rhetoricae compendium explicabitur *tA* / [c] Graeca quidem tanta esse debet, ut mediocriter scriptores intelligant, et scribere ipsi aliquid norint. Latinae vero multo plenior, ut proprietatem habeant et copiam tam in soluta oratione, quam in carmine *tA* / [d] Horatii selectae, item *solum in tD* / [e] illustrium poetarum antiquorum] probatissimorum *tB* / [f] *tB* ab omni eo quod inhonesti continet] ab omni verborum obscenitate *tC-D* / [g] forma *tB-C* / [h] et caesarianae omnes *tB* / [i] Divisio temporis eadem semper sit. Cum ergo duabus cum dimidia horis mane, totidem a prandio, duabus item horis die vacationis huius scholae tempus finiatur, statuere oportet, quae horae quibus exercitationibus impendantur *tA-B* / [j] Decurionibus *tA-C* / [k] varias ... iniungens] discipulis interim vario opere stylum atque ingenium exercentibus *tA-B* / [l] notis a magistris recognitis *tB* / [m] *p* recognitis *tA-B sequ.* cuique laus aut poena reddatur / [n] *p* initio *tA-B sequ.* quidem / [o] diebus *solum in tD* / [p] vero *tA-B* / [q] consuescant *tA-C* / [r] nisi ... sit *solum in tC-D* / [s] sin ... successerat] catechismus autem, ubi erit opus, non modo die sabbathi, sed etiam singulis diebus, a novis praesertim discipulis, ediscatur. Atque huius diei exercitationes, si festum inciderit, in praecedentem retrahantur vel omittantur. Liberum tamen sit, modo hae omnes exercitationes et eadem spatia temporis retineantur, ordinem pro regionum consuetudine variare aut interrumpere *tA-B*] si autem habita fuerit, in eo ferme ponetur, cuius loco tunc catechismus successerat *tC* / [t] Corrigendi autem modus est indicare *tA-B* / [u] locus ... iubeat] locum, quem imitandum suscepit, expresserit, si quid in ortographia peccaverit, interrogare, quomodo concinnari posset, iubere, ut aemuli statim atque aliquid deprehenderint, publice corrigant; variis denique modis idem efferre *tA-B* / [v] concinnare, versus componere *tA-C* / [w] locum aliquem *solum in tD* / [x] graece scribere] graeca describere, ipsum etiam transcribere Ciceronem; quod in Thucidide dicitur fecisse Demosthenes *tA-C* / [y] *incongruum tA-B* / [z] voce *tA-C* /

[a] non alienum erit *tA-B* / [b] hinc inde *solum in tC-D* / [c] *p* sit *in tA-B sequ.* Non igitur improviso, sed meditato dictandum, et domi prius utroque idiomate a magistro scribendum esset / [d] fere *solum in tD* / [e] suscitetur *tA-C* / [f] exornativae orationes *tA-C* / [g] phrasium *tA-C* / [h] Concertatio ... iis] Concertatio seu exercitatio (nam quae discipuli concertando ea interdum magister exercendo ipse atque interrogando solet exquirere) varia erit tum iis *tA-B* / [i] et ... arbitrium] tum similibus pro praeceptoris arbitrio *tA-C* / [j] si res ferat] si forte *tA-B* / [k] alternis *solum in tD* / [l] exponetur *tA-C* / [m] Basilii ... epistolis] Basilii, ut aliquid selectum ex Luciano, ex epistolis *tA-C* / [n] carmen aliquod explicabitur] carminum *tA-C* / [o] *p* Phocylide *tA-C sequ.* Anacreonte, Aristophane / [p] et horum similibus *solum in tD* / [q] diebus *solum in tD* / [r] pro regionum more *solum in tD.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE
PROFESSORIS SUPREMAE CLASSIS GRAMMATICAE [1]

Gradus — 1. Gradus[a] huius scholae est absoluta grammaticae cognitio[2]; ita enim recolit ab initio syntaxim, ut addat omnes appendices; deinde explicet constructionem figuratam, et de arte metrica. In graecis autem octo partes orationis, seu quaecunque rudimentorum nomine continentur, dialectis ac difficilioribus annotationibus[A] exceptis. Quod ad lectiones pertinet, ex oratoribus quidem explicari poterunt primo semestri gravissimae quaeque Ciceronis *ad Familiares, ad Atticum, ad Quintum fratrem* epistolae; altero vero liber *de Amicitia, de Senectute, Paradoxa,* et alia huiusmodi[b]; ex poetis vero primo semestri selectae aliquae ac purgatae Ovidii, tum elegiae tum epistolae; altero quaedam item selecta et purgata ex Catullo, Tibullo, Propertio et Virgilii *Eclogis*; vel etiam libri eiusdem Virgilii [154] faciliores, ut quartus *Georgicorum,* quintus et septimus Aeneidos; ex[c] graecis S. Chrysostomus, Aesopus, Agapetus, et horum similes[ac3].

Divisio temporis — 2. Divisio temporis haec erit[4]: Prima hora matutina memoriter recitetur M. Tullius et grammatica decurionibus; scripta[d] a decurionibus collecta praeceptor corrigat; varias interim, de quibus infra regula quarta, discipulis exercitationes iniungens[d].

Secunda hora matutina repetatur postrema breviter Ciceronis praelectio, novaque per semihoram explicetur atque exigatur; postremo thema dictetur.

Ultima semihora matutina[e], grammaticae praelectione repetita, nova explicetur et exigatur, admista interdum[f] concertatione. Ac[g] primo quidem semestri praecepta constructionis in inferiore scholae tradita decurrantur; propria deinceps ex professo explicentur; alternis vero diebus artis metricae praecepta generalia, omissis exceptionibus; posteriore autem semestri recolatur per duos minimum menses pars illa grammaticae, quae est propria primae classis, et alternis diebus ars metrica, regulas iam explicatas breviter percurrendo, in aliis, quantum necesse est, haerendo; absoluta vero repetitione grammaticae quotidie deinceps ars metrica explicetur, adiectis[g] exceptionibus, carminum generibus, et quae de patronymicis at-[155]que accentu traduntur.

Prima semihora pomeridiana memoriter poeta graecusque auctor recitetur, recognoscente magistro decurionum nota scriptaque, vel quae mane imperata sunt, vel quae ex domo allatis superfuerint, corrigente.

Sesquihora consequens poetae, tum recolendo tum explicando, et graecae, tum

---

[A] *t1599* annotationibus] exceptionibus et appendicibus *t1616*.

---

[1] Vide regulas primae cl. gram. in Rat. stud. a. 1591; supra, p. 299-302.
[2] Cf. reg. 2 prof. primae cl. gram.; supra, p. 299.
[3] Cf. *ib.* reg. 16 p. 300.
[4] Cf. *ib.* reg. 59 § 1-14 p. 302.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

praelectioni tum scriptioni, ita dividatur, ut graecis paulo plus detur quam semihora.

Ultima semihora, vel quod illius reliquum fuerit, in concertationibus collocandum[h].

Die sabbathi mane publice recitentur memoriter totius hebdomadae, vel totius libri praelectiones. Secunda hora recolantur. Ultima semihora concertetur. Idem fiat a prandio, nisi quod prima hora etiam memoriter recitatur catechismus.

Ultima semihora in explictione catechismi vel pia cohortatione, nisi feria sexta habita sit, ponetur; sin autem[i] in ea re ferme, in cuius locum tum catechismus successerat.

Scriptionis corrigendae ratio — 3. In scriptione corrigenda indicet, si quid contra praecepta grammaticae, orthographiae, interpunctionis peccatum sit; si declinatae difficultates, si non habita elegantiae aut imitationis ratio[5].

Exercitationes inter corrigendum — 4. Exercitationes tradendae discipulis, dum scripta corrigit, erunt exempli gratia ver-[156]nacula dictata, tum ad auctoris imitationem, tum ad syntaxis praecepta, latina facere[j], lectionem ciceronianam ex[k] latino in patrium sermonem transferre, eandem latine[k] transcribere, inde phrasesk elegantiores excerpere, ex grammaticae praeceptis recens explicatis dubitationes aemulis et locutiones proponendas depromere, dissolutos versus concinnare aut conficere, graeca describere, et alia generis eiusdem[6].

Praelectio — 5. Praelectionis forma haec erit[7]: Primo[B], argumentum[l], tum latino tum patrio sermone, perstringat. Deindem, unamquamque periodum ita interpretetur, ut vernacula expositio latinae subinde subiiciatur. Tertio, a capite recurrens (nisi malit ipsi explicationi inserere) binas aut ternas seligat voces, quarum vim aut originem expendat, unoque aut altero eiusdem praesertim auctoris exemplo confirmet. Translationes etiam evolvat ac demonstret, fabulas cum historiis, et quae ad eruditionem pertinent, si quae incidant, brevi expediat; binas etiam ternasve phrases elegantiores excerpat. Postremo, scriptoris verba vulgi sermone decurrat. Licebit[n] autem latinum argumentum, observationes, proprietates et phrases quam brevissime dictare[n].

Argumentum scribendi — 6. Dictandum argumentum scribendi ad epistolae fere formam vulgi sermone ad verbum, [157] quod ad praecepta syntaxeos, et ad Ciceronis imitationem referatur[8]. Semel autem fere singulis mensibus, aut domi loco quotidianae scriptionis, aut in schola ad magistratus creandos, postquam[C] aliquantum profecerint, suo marte conscribant, aliquo prius epistolarum genere explicato, indictisque Ciceronis epistolis ad illud pertinentibus, et aliquot ab ipso praeceptore eiusdem generis dictatis exemplis.

Carmina — 7. Carmina poterunt initio quidem soluto solum verborum ordine, mox etiam verbis aliqibus immutatis, ad extremum facillimo argumento cum multa locutionum[o] varietate dictari[o].

[B] *t1599* Primo argumentum] primum quidem argumentum *t1616* / [C] *t1599* postquam] ubi *t1616*.

---

[5] Cf. reg. 20 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 288.
[6] Cf. reg. 12 prof. primae cl. gram.; supra, p. 299.
[7] Cf. reg. 26 § 1-9 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 288-89.
[8] Cf. reg. 6 et 14 prof. primae cl. gram.; supra, p. 299.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Graecum thema — 8. Graeci thematis eadem ac latinae prosae ratio erit, nisi quod fere ex ipso auctore depromendum, et ratio syntaxeos praemonstranda.

Gaeca praelectio — 9. Graecae praelectionis, quae quadrantem horae vix excedet, eadem ratio sit, nisi quod[p] cum graecus auctor sumitur (sumi[q] autem poterit, quando praefectus censuerit, alternis cum grammatica diebus)[q] verba singula tractanda[r] sunt facillimis[s] etiam in universum, si videatur, syntaxeos regulis indicatis[s9].

Concertatio — 10. Concertatio[10] seu exercitatio sita erit tum in iis, quae alter aemulus in alterius scriptione deprehenderit, tum in iis, in quibus prima hora se exercuerint, proponendis, tum in phrasibus a praeceptore habitis memoriter dicendis, tum in vernaculis[t] locutionibus mutuo [158] ex praescripto syntaxeos, aut ad Ciceronis imitationem exigendis, aut variandis (faciendumque, ut locutionem propositam statim, qui interrogatur, iisdem reddat verbis, eamque paulisper meditatus non verbatim, sed totam simul latine efferat) tum in epistolarum praeceptis reddendis, tum in exquirenda quantitate syllabarum, allata memoriter regula, vel poetae exemplo, tum in proprietate aut etymologia aliqua investiganda, tum in aliquo graeci latinive auctoris loco interpretando, tum in graecis nominibus aut verbis inflectendis formandisque, et[u] aliis id genus ad praeceptoris arbitrium[u].

---

[9] Cf. *ib.* reg. 23 p. 300.

[10] Cf. reg. 36-47 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 290.

---

[a] 1. Gradus ... similes] Gradus huius scholae est absoluta grammaticae cognitio. Cum enim tres esse debeant scholae, quibus grammaticae quidam quasi cursus triennio absolvatur, omnia Emmanuelis praecepta tres in partes dividenda sunt, quarum singulae singularum scholarum sint propriae. Et quidem iuxta nativum Emmanuelis ordinem prima pars suppositis declinationibus et coniugationibus reliquis, incipit a verbo substantivo totumque primum librum complectitur. 2.a pars ab initio libri 2.i progreditur usque ad figuratam constructionem, relictis omnibus appendicibus aut facillimis solum explicatis. 3.a pars resumit appendices omnes, addens quicquid est in 2.o libro de figurata constructione et totum deinceps, qui est de arte metrica, librum 3.m. At vero iuxta romanam methodum prima pars suppositis declinationibus, coniugationibus, concordantiis et principiis constructionis usque ad neutra, incipit in primo libro a nominibus anomalis, addens verba item anomala et defectiva; tum rudimenta; ac deinde genera nominum. In 2.[o] vero progreditur a netris usque ad communem verborum constructionem, omissis omnibus appendicibus. 2.a pars sumit ex primo libro caput de nominum declinatione et caput de praeteritis et supinis, ex 2.o a communi verborum constructione ad constructionem figuratam simul cum primi et 2.i generis appendicibus. 3.a pars sumit omnes appendices 3.i generis, deinde constructionem figuratam et totum deinceps, qui est de arte metrica, librum 3.m. In graecis etiam sua divisio erit; siquidem prima pars a primis elementis ordiendo simplicia nomina, verbum substantivum et verba item simplicia complectitur. 2.a pars nomina contracta, verba circumflexa, verba in Mi et faciliores formationes. 3.a pars octo partes orationis seu quaecunque rudimentorum nomine continentur, exceptis dialectis ac difficilioribus adnotationibus. 4.a pars, quae humanitati tribuitur, omnem syntaxim. 5.a denique pars, quae est rhetoricae, artem metricam. His igitur omnibus ita distributis, ad primam scholam recursis brevissime iis, quae in proxime inferiore schola tradita sunt, 3.a pars praescriptae divisionis pertinebit, hoc est, in latina quidem grammatica appendices tertii generis, constructio figurata et ars metrica. In graeca autem octo partes orationis seu quicquid rudimentorum nomine continetur *tB* / [b] alia huiusmodi] similia *tC* / [c] ex ... similes *solum in tD* / [d] scripta ... iniungens *solum in tC-D* / [e] *p* matutina *in tB-C sequ.* primo quidem semestri / [f] interdum *solum in tR99* / [g] Ac ... adiectis] posteriore vero ars metrica *tC* / [h] concertatione ponendum *tC* / [i] sin autem] si autem habita fuerit *tC* / [j] latina facere] latino *tB* / [k] ex ... latine] vulgati sermone convertere aut transcribere *tB* / [l] *p* argumentum *in tC sequ.* et connexionem cum iis, quae antecesserant / [m] 2[o] *tC-D* / [n] Licebit ... dictare *solum in tD* / [o] phrasium varietate dictanda *tB-C* / [p] *p* quod *in tB-C sequ.* extremo anno / [q] (sumi ... diebus) *solum in tD* / [r] *p* tractanda *in tB sequ.* et expendenda / [s] facillimis ... indicatis *solum in tC-D* / [t] vulgaribus *tB-C* / [u] et similibus pro praeceptoris arbitrio *tC.*

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE
PROFESSORIS MEDIAE CLASSIS GRAMMATICAE [1]

Gradus — 1. Gradus huius scholae est, totius[a] quidem grammaticae, minus tamen plena cognitio[a2]; explicat enim ab initio libri secundi usque ad figuratam constructionem, facillimis solum adiunctis[b] appendicibus[3]; seu iuxta romanam methodum[4] a communi verborum constructione usque ad figuratam[c], additis[d] facilioribus appendicibus[d].

Ex graecis ad hanc scholam pertinent nomina contracta, verba circumflexa, verba in Mi et faciliores formationes.

Ad praelectiones vero non nisi familiares[e] Ciceronis epistolae, et facillima[f] quaeque Ovidii carmina; et secundo semestri, si praefectus censeat, graecus catechismus aut Cebetis tabula[f5].

Divisio temporis — 2. Divisio temporis haec erit[6]: Prima hora matutina memoriter recitetur [162] M. Tullius et grammatica apud decuriones; scripta a decurionibus collecta praeceptor corrigat, varias interim, de quibus infra regula quarta, discipulis exercitationes iniungens.

Secunda hora matutina repetatur postrema breviter Ciceronis praelectio, novaque per semihoram explicetur atque exigatur; postremo thema dictetur.

Ultima semihora matutina aliquid ex[g] primo grammaticae libro, et de declinatione nominum, ac deinceps de praeteritis ac supinis, quod concertando[A] exerceatur, recolendum[g].

Prima hora pomeridiana memoriter grammatica, tum latina tum graeca, et suis diebus poeta recitetur, recognoscente magistro decurionum notas scriptaque, vel quae mane imperata sunt, vel quae ex domo allatis superfuerint, corrigente; ad extremum grammaticae, et alternis[h] diebus poetae postrema praelectio recolatur.

Secunda hora pomeridiana per[i] semihoram syntaxis explicetur et repetatur; posteriore tamen semestri syntaxis item, et alternis diebus poeta explicetur. Per alteram semihoram graeca tradantur[i].

Ultima semihora concertationi seu exercitationi[j] tribuatur.

Die sabbathi mane prima hora publice recitentur memoriter totius hebdomadae vel to-[163]tius libri praelectiones. Secunda hora recolantur. Ultima semihora concertetur. Idem fiat a prandio, nisi quod prima hora cum grammatica et poeta recitatur etiam catechismus. Ultima semihora in explicatione catechismi, vel nonnunquam pia

---

[A] *p* concertando *t1616 add.* etiam.

---

[1] Vide regulas professoris 2 cl. gram. in Rat. stud. a. 1591; supra, p. 296-98.
[2] Vide reg. 2 prof. 2 gram.; supra, p. 296.
[3] Intelligenda est grammatica latina E. Álvares S. I.; de qua cf. reg. 23 praep. prov.; supra, p. 363.
[4] De romana methodo grammaticae latinae cf. *ib.*
[5] Cebes, vir Thebanus, Socratis discipulus; de cuius Tabula, seu dialogis moralibus cf. PERIN, *Onomasticon* I 350.
[6] Cf. reg. 57 § 1-15 prof. 2 cl. gram.; supra, p. 298.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

cohortatione, nisi feria sexta habita fuerit, ponetur; sin autem, in ea re ferme, in cuius locum tum catechismus successerat.

Scriptionis corrigendae ratio — 3. In scriptione corrigenda indicet, si quid contra praecepta grammaticae, orthographiae, interpunctionis peccatum sit, si declinatae difficultates; omnia ad grammaticarum praeceptionum normam expendat; coniugationesque ipsas et rudimenta, sumpta occasione, in memoriam revocet[7].

Exercitationes inter corrigendum — 4. Exercitationes, dum scripta corrigit, erunt exempli gratia vernacula dictata tum ad auctoris imitationem, tum praecipue[k] ad syntaxis praecepta latina facere; lectionem[l] Ciceronis vulgi sermone convertere, eandem latine transcribere, ex grammaticae praeceptis, recens praesertim explicatis, dubia aemulis et locutiones proponendas depromere, graeca describere, et alia generis eiusdem[8].

Grammatica exigenda — 5. In repetitione praelectionis capiat interdum occasionem difficiliora declinandi, coniugandi, et grammaticae quomodocunque exigendae. [164]

Praelectio Ciceronis — 6. Praelectionis ciceronianae, quae septenos fere versus non excedet, haec forma sit[9]: Primo, totam continenter pronunciet, eiusque argumentum brevissime patrio sermone perstringat. Secundo, periodum ad verbum vulgi sermone interpretetur. Tertio, a capite recurrens structuram indicet, et periodum retexens[m], quae verba, quos casus regant, ostendat; pleraque ad explicatas grammaticae leges perpendat, latinae linguae observationem unam aut alteram, sed quam facillimam, afferat[n]; metaphoras exemplis rerum notissimarum demonstret; unam denique aut alteram phrasim excerpat, quas solas cum argumento dictabit. Quarto, scriptoris iterum verba vernaculo[o] sermone decurrat.

Argumentum scribendi — 7. Dictandum argumentum scribendi[p][10] vulgi sermone ad verbum perspicuum, nec fere versibus septenis longius[q], quod ad praecepta syntaxis et Ciceronis imitationem referatur. Interdum discipuli aliquam Ciceronis brevem versionem, aut aliquod graecum tempus seu nomen subscribere iubeantur.

Grammaticae praelectio — 8. Grammaticae praelectio non nisi singula praecepta, ad summum cum brevi aliqua appendice aut exceptione, contineat.

Graeca praelectio — 9. In graecis tradendis eadem proportione [165] serventur, et fere ex usu videtur esse vernaculas voces casibus ac personis addere, omniaque plerumque[r] voce patria declarare.

Concertatio — 10. Concertatio[11] seu exercitatio sita erit tum in iis, quae alter aemulus in alterius scriptione deprehenderit; tum in iis, in quibus prima hora se exercuerint, proponendis; tum in phrasibus a praeceptore habitis memoriter dicendis; tum in vernaculis[s] locutionibus mutuo[t] ex praescripto syntaxeos[t], aut ad Ciceronis imitationem exigendis (faciendumque, ut locutionem propositam statim, qui interrogatur, iisdem repetat verbis; eamque paulisper meditatus non verbatim, sed totam simul latine efferat); tum in difficilioribus nominibus ac verbis, quae praesertim in

---

[7] Cf. reg. 20 prof. 3 cl. gram.; supra, p. 288.
[8] Cf. reg. 12 prof. 1 cl. gram.; supra, p. 299.
[9] Cf. reg. 26 § 1-6 prof. 3 cl. gram.; supra, 288-89.
[10] Cf. *ib.* reg. 17; p. 287.
[11] Cf. *ib.* reg. 45-47; p. 290.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

praelectione occurrerint, vel continenti vel interrupto casuum ac temporum ordine, vel singulis per se, vel coniuncto simul adiectivo substantivoque et pronomine inflectendis; tum in praeteritis et supinis quam celerrime[u] reddendis[B], et aliis id genus, arbitrio praeceptoris.

[B] *p* reddendis *add. 1616* in graecis exigendis.

[a] totius ... cognitio] mediocris in grammatica progressus *tB et D* / [b] explicatis *tC* / [c] constructionem figuratam *tC* / [d] additis facilioribus appendicibus] simul cum primi et secundi generis appendicibus. Sumit etiam ex primo libro caput de nominum declinatione et caput de praeteritis et supinis *tC* / [e] familiares quaelibet *tC* / [f] facillima ... tabula] facillimi Ovidii versus adhibebuntur *tC* / [g] ex ... recolendum] explicetur de declinatione nominis ac deinceps de praeteritis ac supinis; quod post concertando exerceatur. Quod si aliquod praeceptum e constructione, quae a prandio legitur, versandum diutius videatur, uniusque aut plurium dierum intervallo saepius tractandum, tunc haec lectio matutina in locum pomeridianae succedat, totaque haec semihora concertationi seu exercitationi tribuatur *tC*] priore semestri altera primi libri pars, quae superiori ordini infimae classi explicata est, recoletur; posteriore vero de iisdem rebus ac similibus concertetur *tD* / [h] statis *tC* / [i] per ... tradantur] latinae grammaticae, sive statis diebus poetae et graecae item grammaticae praelegendis exigendisque ex aequo dividatur *tC*] latinae grammaticae, sive alternis diebus poetae et graecae item grammaticae praelegendae exigendaeque aequaliter dividatur. Ita tamen, ut ea, quae in proxime inferiore schola sunt explicata, eadem opera iterentur *tD* / [j] seu exercitationi *solum in tD* / [k] praecipue *solum in tD* / [l] lectionem ... convertere] lectionem ciceronianam ex latino in vulgarem sermonem transferre *tC* / [m] resolvens *tC* / [n] attingat *tC* / [o] vulgi *tC* / [p] *p* scribendi *in tC sequ.* ad epistolae fere formam / [q] prolixius *tC* / [r] plerumque *solum in tR99* / [s] vulgaribus *tC* / [t] mutuo ex praescripto syntaxeos] invicem ad syntaxis praescriptum *tC* / [u] promptissime *tC*.

REGULAE

PROFESSORIS INFIMAE CLASSIS GRAMMATICAE [1]

Gradus — 1. Gradus huius scholae[2] est rudimentorum[a] perfecta, syntaxis inchoata cognitio[a]. Incipit enim a declinationibus usque ad communem verborum constructionem. Et[b] quidem ubi duo erunt ordines, inferiori ex primo libro nomina, verba, rudimenta, praecepta quatuordecim de constructione, genera nominum tribuentur; superiori vero ex primo libro de nominum declinatione sine appendicibus, et de praeteritis ac supinis; e secundo autem introductio syntaxis sine appendicibus usque ad impersonalia[A].

Divisio temporis — 2. Divisio temporis haec erit[3]: Prima hora matutina memoriter Marc. Tullius et [170] grammatica apud decuriones[c] reçitetur; scripta a decurio-

[A] *p* impersonalia *add. t1616* Graece ... adhibeantur.

[1] Vide regulas 3 cl. gramm. in Rat. stud. a. 1591; supra, p. 286-96.
[2] Cf. *ib.* reg. 2-3; p. 286.
[3] Cf. *ib.* reg. 69 § 1-13; p. 292-93.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

nibus collecta praeceptor corrigat, varias interim, de quibus infra regula quarta, discipulis exercitationes iniungens.

Secunda hora matutina repetatur postrema breviter Ciceronis praelectio, novaque per semihoram explicetur atque exigatur; postremo thema dictetur.

Ultima semihora matutina utrique ordini aliquid ex primo grammaticae libro iuxta partem cuique descriptam explicetur aut recolatur[d], vel[e] alterno quoque die singulis ordinibus, vel quotidie utriquee; postea vero omnia vel a magistro vel invicem per concertationem reposcantur.

Quibus[f] autem diebus novum a prandio praeceptum constructionis non erit proponendum (pluribus enim diebus fere singula inculcanda sunt), tum praelectio haec matutina in locum pomeridianae succedat; ultima autem semihora matutina tota concertationi, seu exercitationi concedatur.

Prima hora pomeridiana memoriter grammatica tum latina tum graeca recitetur, recognoscente magistro decurionum notas scriptaque, vel quae mane imperata sunt, vel quae ex domo allatis superfuerint, ad summum per semihoram[g] corrigente. Ad extre-[171]mum postrema grammaticae praelectio recolatur.

Secunda hora pomeridiana superiori[h] quidem ordini syntaxis, inferiori vero[B] quatuordecim praecepta explanentur[h]; graecis vero paulo plus quadrante tribuatur.

Ultima semihora concertetur, vel aliquod dictatum ex grammaticae legibus expendatur.

Die sabbathi mane prima hora publice recitentur memoriter totius hebdomadae praelectiones; secunda hora recolantur; ultima semihora concertetur.

Idem fiat a prandio, nisi quod prima hora simul[i] cum grammatica recitatur etiam catechismus. Ultima semihora in explicatione catechismi, vel pia cohortatione, nisi feria sexta habita fuerit, ponetur; sin autem, in ea re ferme, in cuius locum tum catechismus successerat.

Scriptionis corrigendae ratio — 3. In scriptione corrigenda indicet, si quid contra praecepta grammaticae, orthographiae, interpunctionis peccatum, si declinatae difficultates; omnia ad grammaticarum praeceptionum normam expendat; coniugationes et declinationes ex occasione repetere non omittat[4].

Exercitationes inter corrigendum — 4. Exercitationes discipulorum[j], dum scripta magister[j] corrigit, erunt[5] exempli gratia vernacula dictata[k] e syntaxis praescripto la-[172]tina facere, lectionem ciceronianam ex latino in vulgi sermonem transferre, eandem latine transcribere; ex grammaticae praeceptis, recens praesertim explicatis, dubia aemulis et locutiones proponendas depromere, concordantias concinnare, aut componere, graeca describere, et alia generis eiusdem.

Grammatica exigenda — 5. In repetitione praelectionis capiat interdum[C] occasionem declinandi, coniugandi et grammaticae quomodocunque exigendae.

Praelectio Ciceronis — 6. Praelectionis ciceronianae[6], quae quaternos fere ver-

---

[B] *p* vero *t1616 add.* rudimenta de generibus nominum, ac deinceps / [C] *t1599* interdum] saepe *t1616* .

---

[4] Cf. *ib.* reg. 20; p. 288.
[5] Cf. *ib.* reg. 23.
[6] Cf. *ib.* reg. 26 § 1-9; p. 288-89.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

sus non excedet, haec forma sit: Primo, totam continenter pronunciet, eiusque argumentum brevissime vulgi sermone perstringat.

Secundo, periodum ad verbum vulgari sermone interpretetur.

Tertio, a capite recurrens structuram indicet, et periodum retexens[l], quae verba quos casus regant, ostendat, pleraque ad explicatas grammaticae leges perpendat, latinae linguae observationem unam aut alteram, sed quam facillimam afferat[m]; metaphoras exemplis rerum notissimarum demonstret; nec quicquam, nisi forte argumentum, dictet.

Quarto, scriptoris iterum verba vulgi sermone decurrat.

Argumentum scribendi — 7. Dictandum argumentum scribendi[n7] vul-[173]gi sermone ad verbum perspicuum, nec fere versibus quaternis longius[o]; quod ad praecepta grammaticae potissimum[p] referatur[q]; eique interdum discipuli[r] aliquem Ciceronis brevem versionem aut locutionem ex praescripto syntaxis, aut ea ipsa, quae sunt ex graecis rudimentis ediscenda, aut alia id genus[r] subscribere iubeantur.

Grammaticae praelectio — 8. Grammaticae praelectio non nisi singula ad summum praecepta contineat; quae[s] nisi bene percepta sint, ad alia non veniatur[s].

Concertatio — 9. Concertatio seu exercitatio sita erit[8] tum in iis, quae alter aemulus in alterius scriptione deprehenderit; tum in iis, in quibus prima hora se exercuerint, proponendis; tum in vulgaribus[D] locutionibus invicem ad syntaxis praescriptum[t] exigendis (faciendumque, ut locutionem propositam statim, qui interrogatur, iisdem reddat verbis, eamque, paulisper meditatus, non verbatim, sed quantum[E] fieri potest[u], totam simul latine efferat); tum in difficilioribus nominibus ac verbis, quae praesertim in praelectione occurrerint, vel continenti, vel interrupto casuum ac temporum[v] ordine, vel singulis per se, vel coniuncto simul adiectivo substantivoque et pronomine inflectendis; tum in rudimentorum definitionibus et exemplis proferendis; tum in verborum[w] flexionibus ex latino in vul-[174]garem, ex vulgari[F] sermone in latinum celeriter[x] vertendis; tum[y] in iis, quae activa voce dicta sunt, passive efferendis; tum in praeteritis et supinis[y]; tum in nominum generibus et casibus quaecunque proposita fuerunt, indicandis; et horum[z] similibus ad praeceptoris arbitrium.

[D] *t1599* in vulgaribus] vernaculis *t1616* / [E] *t1599* quantum] quoad eius *t1616* / [F] *t1599* in vulgarem, ex vulgari] in patrium, ex patrio *t1616*.

---

[7] Cf. *ib.* reg. 17-20; p. 287-88.
[8] Cf. *ib.* reg. 45-47; p. 290.

---

[a] rudimentorum ... cognitio] primum in grammaticam ingressus *tC* / [b] Et ... impersonalia] Duo autem in ea, ubi necesse sit, ordines institui poterunt. Inferior continet declinationes, coniugationes, concordantias et quatuordecim praecepta constructionis, et aliquid, si libet, ex ipsa constructione; superior vero ex primo libro sumit nomina ac verba anomala, verba defectiva, rudimenta et genera nominum; ex 2° ab initio usque ad communem constructionem *tC* / [c] decurionibus *tC* / [d] aut recolatur *solum in tD* / [e] vel ... utrique] vel uno die uni, altero alteri, vel quotidie utrique, ut modo reg. 3.a dictum est *tC* / [f] Quibus ... matutina] Quod si aliquod praeceptum e constructione, quae a prandio legitur, versandum diutius videatur, uniusque aut plurium dierum intervallo saepius tractandum, tunc haec lectio matutina *tC* / [g] ad summum per semihoram *solum in tD* / [h] superiori ... explanentur] liber secundus iuxta partem cuique descriptam exponatur *tC*/

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

[i] simul *solum in tD* / [j] discipulorum *et* magister *solum in tD* / [k] *p* dictata *in tC sequ.* tum ad auctoris imitatione, tum / [l] resolvens *tC* / [m] attingat *tC* / [n] *p* scribendi *in tC sequ.* ad epistolae fere formam / [o] prolixius *tC* / [p] potissimum *solum in tD* / [q] *a* referatur *tC habet* et ad Ciceronis imitationem / [r] discipuli ... genus] aut facile aliquod nomen graecum *tC* / [s] quae ... veniatur *solum in tD* / [t] *p* praescriptum *in tC sequ.* aut ad Ciceronis imitationem / [u] quantum fieri potest *solum in tD* / [v] ac casuum *solum in tD* / [w] verborum *solum in tD* / [x] prompte *tC* / [y] tum ... supinis] tum in prolatis temporibus activae vocis statim passivis adiungendis *tC* / [z] horum *solum in tD*.

REGULAE
SCHOLASTICORUM NOSTRAE SOCIETATIS [1]

Animi puritas et intentio — 1. In primis[a] animi puritatem custodire, et rectam in studiis intentionem habere scholastici nostri conentur; nihil aliud in his, nisi divinam gloriam et animarum fructum quaerentes; et in suis orationibus gratiam, ut in doctrina proficiant, crebro petant[2], ut tandem idonei, sicut ab iis sperat Societas, ad vineam Christi Domini Nostri exemplo ac doctrina excolendam evadant[3].

Solidarum virtutum cum studiis coniunctio — 2. Serio et constanter ad studia animum applicare deliberent; utque cavendum sibi putent, ne fervore studiorum intepescat solidarum virtutum ac religiosae vitae amor; ita sibi vicissim persuadeant, nihil gratius se Deo facturos in collegiis, quam si ea intentione, de qua dictum est, studiis se diligenter impendant; et licet nunquam ad exercenda ea, quae didicerint, perveniant, illum tamen stu-[178]dendi laborem ex obedientia et caritate, ut par est, susceptum, opus esse magni meriti in conspectu divinae et summae Maiestatis apud se statuant[4].

Ex superioris praescripto studendum — 3. Iis facultatibus singuli operam dabunt, eosque audient praeceptores, quos superior assignabit; praescriptam vero a praefecto vel a magistro divisionem temporis ac rationem studendi servent diligenter universi; nec aliis, quam ab eodem praefecto sibi traditis, utantur libris[5].

Diligentia — 4. In audiendis lectionibus sint assidui, et in eis praevidendis diligentes; et postquam eas audierint, repetendis; iis, quae non intellexerint, interrogandis; aliis vero, quae oportuerit, adnotandis, quo in posterum memoriae defectui consulatur[6].

Disputationes publicae — 5. Intersint ordinariis scholarum, ad quas accedunt, disputationibus; et singulare sui specimen in doctrina praebere, modeste tamen, curent[7].

Privatae — 6. Privatis praeterea et quotidianis disputationibus ac repetitionibus omnes intersint; et qui disputant, ei qui praeest, religiose obediant[8].

Modestia — 7. Cum ad publicas scholas eundum erit, eant et redeant invicem associati cum ea modestia interiore et exteriore, quae ad sui et aliorum aedificationem conveniat[9].

---

[1] Vide regulas scholasticorum S. I. in Rat. stud. a. 1591, supra, p. 313, cum quibus fere ad verbum concordant.
[2] Vide Const. P. IV c. 6 § 1, MP I 225.
[3] Cf. ib. c. 4 § 2, MI III 113.
[4] Cf. ib. c. 6 § 2, MP I 225.
[5] Cf. ib. c. 5 § 2 et c. 6 § 6, MP I 219 et 235.
[6] Cf. ib. c. 6 § 6, MP I 239.
[7] Cf. ib. § 10, MP I 241-243.
[8] Cf. ib. § 11, MP I 243.
[9] Cf. ib. c. 4 § 6, MI III 116.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Colloquia cum externis — 8. Eorum colloquia, qui cum scholasticis externis loquendi habuerint facultatem, sint solum de rebus ad literas vel ad profectum spiritus pertinentibus, prout ad maiorem Dei gloriam omnibus utilius fore iudicabitur[9].

Latinae linguae usus — 9. Omnes quidem, sed praecipue humaniorum literarum studiosi, latine loquantur; atque hi memoriae, quod a suis magistris praescriptum fuerit, commendent; ac stylum in compositionibus diligenter exerceant[10].

Studii tempus — 10. Ultra duas horas nemo aut legendo aut scribendo ad laborem incumbat, quin studium intermittat aliquantulo temporis intervallo[11].

Privati studii ratio — 11. Horis privato studio attributis, qui superioribus facultatibus dant operam, domi relegant, quae scripserunt in scholis, eaque curent intelligere; et intellecta sic examinent, ut ipsi sibi obiiciant, et quae obiecerint, solvant; quae nequeunt, adnotent ad interrogandum vel disputandum[12].

---

[a] In primis *solum in tD*.

INSTITUTIO EORUM QUI[a] PER BIENNIUM PRIVATO STUDIO THEOLOGIAM REPETUNT[1]

Quae scholasticorum regulae illis communes — 1. Scholasticorum regulas[2], praeter eas, quae ad lectiones in scholis audiendas, earumque repetitiones pertinent, non secus ac ceteri discipuli[b] observent; praesertim vero ne studiorum fervore solidarum virtutum amor intepescat, omni diligentia curent.

Collationi casuum et disputationibus intersint — 2. Similiter[c], ut alii theologiae auditores[c], collationi casuum, omnibus actibus et menstruis etiam eorum disputationibus intersint.

Argumenta quando resument — 3. In philosophorum autem disputationibus menstruis non solum interesse debebunt, sed poterunt etiam argumenta resumere; itemque in hebdomadariis theologorum, si magistri non adsint.

Quaestiones omissae vel compendio tractatae — 4. Pro ratione[d] studendi et distributione horarum a praefecto praescripta diligens et accuratum[e] studium instituant earum materiarum, quas vel nullo modo, vel compendio [182] audierunt, adhibitis commentariis eorum[f], qui eas diligentius[g] pertractarunt.

---

[10] Cf. *ib.* c. 6 § 13 et c. 13 § 3; MP I 247 287 289.

[11] Cf. *ib.* c. 4 § 1; MI III 112.

[12] Cf. *ib.* c. 6 § 14 et litt. M; MP I 251.

[1] De institutione scholasticorum S. I., qui absoluto quatuor annorum theologiae studio, eandem per biennium privato studio recolunt, cf. *Const.* P. IV c. 15 § 3 (MP I 303 305), et reg. 10 praep. prov. (v. supra, p. 358), necnon reg. 5 rect. (supra, p. 369).

[2] *Regulae scholasticorum nostrae Societatis;* videsis supra, p. 442.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Studium praecipuarum quaestionum — 5. Deinde[h] studeant praecipuis disputationibus[h] totius theologiae, verbi gratia ex prima parte de visione, de scientia, de praedestinatione, de Trinitate, itemque ex aliis partibus, tum ea, quae ab aliis scripta sunt, diligenter perpendendo, tum proprio etiam ingenio capita quaedam et principia theologiae, unde praecipuarum quaestionum series pendeat, disponendo, servatis tamen quam diligentissime iis, quae de doctrina Sancti Thomae sequenda a Societate constituta sunt[3].

Scribendae ex professo quaestiones — 6. Scribant ex instituto[i] quaestiones aliquas cum suis fundamentis et conclusionibus, et obiectorum solutionibus more scholastico, perinde ac si ea praelegere in schola deberent, easque singulis vel alternis saltem mensibus praefecto studiorum ostendant, ut ab eo dirigantur.

Privatae lectiones — 7. Habere etiam interdum poterunt eiusmodi lectiones[j] vel privatim coram nostris doctoribus, vel in ipsis repetitionibus theologorum per tres circiter horae quadrantes, ut ad extremum patres, qui adsunt, argumentari possint; vel denique, si videatur[k], in refectorio.

Publicae — 8. Consimiles quaestiones[l] habere etiam poterunt de praeclara aliqua materia, quae denis ad summum praelectionibus absolvatur, in ea [183] schola[m] eoque tempore, ut qui voluerint theologi, convenire possint.

Actus — 9. Distribuatur illis tempus ad quatuor actus particulares et unum generalem habendum[4]; et primus quidem particularis sub initium fere primi semestris, alter in fine; et sic deinceps singulis semestribus reliqui celebrentur, ita ut generalis ultimum semestre claudat.

Suas opiniones qua ratione licet defendere — 10. Liberum[n] eis sit in actibus a magistrorum suorum sententiis discedere, suasque, si libeat, tueri[n], dummodo nulla ratione alienae sint a S. Thomae doctrina ex[p] quintae congregationis decreto[5]; ita tamen, ut non solum de sententiis ipsis, sed etiam de fundamentis ac principiis, quibus eas tueri volunt, tempestive cum praefecto, eoque, qui praesidere debet, consentiant[q]. Immo, quo melius sui ingenii specimen dent, sinet praeses eos libere respondere, nec, nisi cum maxime necesse sit, interpellabit[r].

Eruditio — 11. Intelligant denique biennio[s] hoc curandum sibi esse[s], ut non solum in theologia docti ac prompti, sed in omni etiam ecclesiastica eruditione, quae theologum maxime decet, evadant.

Concilia, controversiae, canones — 12. Itaque singulis diebus certum tempus habeant ad accuratam Sacrae Scripturae, conciliorum, controversiarum et canonum lectionem[6]; et semper aliquo ordine notent, quae [184] notatu digna videbuntur; nihil tamen parent ad conciones ex professo; et ex hoc studio aliquid interdum praelegant vel in triclinio, vel alibi, prout superiori videbitur.

Canonum studium — 13. In canonum studio partem iudiciariam omittant, in ecclesiastica toti versentur[7].

---

[3] Cf. *Const.* P. IV c. 14 § 1 (MP I 295-297), decr. 41 56 et can. 9 congr. gen. V (1593-94) (*Institutum S. I.* II 272-73 281-82), reg. 2 prof. theol., supra, p. 386.

[4] De actibus ad gradus academicos obtinendos cf. reg. 7-10 praef. stud. sup., supra, p. 375.

[5] Decr. 41 et 56 congr. gen. V vide in *Institutum S. I.* II 272-73 et 281-82.

[6] Cf. *Const.* P. IV c. 5 litt. B, MP I 217.

[7] Cf. *ibi* c. 12 § 1, p. 281.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Naturae propensio attendenda — 14. Speciatim in id maxime studium incumbant, ad quod se magis propensos senserint, re diligenter cum superiore communicata; ita tamen, ut ex aliis, quae praescribuntur, nullum omittant[g].

---

[a] Instructio pro iis, qui iuxta Constitutiones *tA* / [b] scholastici *tA* / [c] Ut theologiae auditores *tA* / [d] Iuxta rationem *tA* / [e] exactum *tA* / [f] illorum *tA* / [g] exacte *tA* / [h] 2° praecipuarum disputationum *tA* / [i] professo *tA* / [j] eiusmodi lectiones] lectiones scholasticas *tA* / [k] si alicubi non displiceat *tA* / [l] similes lectiones *tA* / [m] classe *tA* / [n] Liberum ... tueri] Non teneantur in actibus magistrorum suorum sententias defendere, sed suas, si libet, tueantur *tA* / [o] iuxta ... decretum *tA* / [p] conveniant *tA* / [q] interrumpet *tA* / [r] biennium hoc institutum esse *tA* / [s] pro concionibus *tA*.

REGULAE
ADIUTORIS MAGISTRI SIVE BIDELLI[1]

Magistro obtemperet — 1. Huius[a] munus erit omnia, quae a magistro de scholarum potissimum exercitationibus iniuncta fuerint, diligenter exequi[a].

Agenda circa scholam — 2. Curet, ut et classis et cathedra munda sit, ut in ea pie depicta aliqua tabella pendeat, ut subselliorum sit satis, ut munda eadem sint ac recte disposita, ut quassata vel fracta reficiantur, ut certa[b] nostris scamna itemque aliis religiosis separata ab externis assignentur, ut scholae tempestive aperiantur[b].

Discipuli opportune monendi — 3. Eos opportune moneat, ad quos deinceps per vices disputare, repetere, theses defendere, aliaque huiusmodi praestare, ut constitutum a magistro fuerit, pertinebit.

De conclusionibus — 4. Praemoneat[c] septem fere ante diebus eos, qui hebdomadarias theses sunt defensuri[c]. Curabit autem, ut eae propositiones in tempore[d] conscriptae sint; eas vero primum ad magi-[186]strum perferet corrigendas, tum ad praefectum recognoscendas; quibus denique correctis[e] atque recognitis[e], eum, qui defensurus est, admonebit, ut quot erunt opus exempla, descripta afferat; eorum autem unum bene descriptum pridie[f], quam sit disputandum[f], mane publice affiget, reliqua disceptantibus deinde distribuet[2].

Horologium — 5. Horologium[g] tum in lectionibus, tum in disputationibus semper habeat; ac[h] tum praefectum tum praeceptorem[h] tempestive temporis elapsi admoneat, quo spatia ad disputandum singulis praestituta[i] serventur; et[j] ex praescripto praefecti[j] signum det disputantibus tum inchoandi, tum finiendi[g].

Publici actus — 6. Classem[g] vel aulam ad publicos actus iuxta academiarum consuetudinem ornandam curet[k]; iisque, qui ad huiusmodi actus aut ad quascunque disputationes invitati fuerint, sive argumentandi, sive eas cohonestandi causa, loca distribuat[g].

---

[1] De adiutore magistro cf. reg. 19 com. prof. sup. fac.; supra, p. 382. De officio bidelli cf. etiam *Const.* P. IV c. 17 § 4 et litt. G; MP I 319.

[2] Cf. *ib.* c. 6 § 10; MP I 319.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Quod ad Superiorem deferendum — 7. Si quem nostrorum abesse a praelectionibus, repetitionibus, disputationibus, aut[g] aliquid eorum omittere, quae ad studiorum rationem, vel morum disciplinam pertinent, notaverit[g], ad superiorem deferet.

---

[a] Huius ... exequi] Magistri adiutoris erit, ut omnia, quae ab eo circa scholasticas potissimum exercitationes iniuncta fuerint, diligenter exequatur *tA* / [b] ut ... aperiantur] ut nostris, quoad eius fieri possit, separata ab externis tribuantur, ut si quando ab aliis classibus commodata fuerint, mature restituantur *tA* / [c] Praemoneat ... defensuri] Singulis sabbatis eorum admoneat, cuius erit propositiones proxime consequenti hebdomada tueri *tA-B* / [d] feria tertia minimum *tA-B* / [e] recognitis atque correctis *tA-B* / [f] feria sexta *tA* / [g] Horologium ... distribuat *solum in tB et D* / [h] ac ... praeceptorem] praeceptoremque *tB* / [i] praefixa *tB* / [j] et ex praescripto praefecti *solum in tD* / [k] ornandam curet] ornet *tB* / [l] aut ... notaverit] animadverterit, aut alia in re viderit earum ... aliquando delinquere *tA*.

REGULAE[a]

EXTERNORUM AUDITORUM SOCIETATIS[a1]

Doctrina pietati iungenda — 1. Qui discendi causa Societatis Iesu gymnasia frequentant, intelligant, Deo iuvante non minus curatum iri pro viribus, ut pietate ceterisque virtutibus, quam ut ingenuis artibus imbuantur[2].

Quae cuiusque schola — 2. Eam quisque classem frequentabit, quae illi post examen a praefecto fuerit assignata[3].

Confessio et missa — 3. Singulis saltem mensibus omnes peccata confiteantur; ac missae sacrificio quotidie constituta hora, concioni vero diebus festis decenter intersint[4].

Doctrina christiana — 4. Explicationi catechismi singulis hebdomadis omnes intersint, eiusque compendium ediscant, ut a magistris fuerit constitutum[5].

Arma in scholam non inferenda — 5. Nemo ex nostris discipulis gymnasium cum armis[b], gladiolis, cultris, aut aliis eiusmodi, quae pro locis aut temporibus interdicta fuerint, ingrediatur. [188]

A quibus abstinendum — 6. Abstineant omnino a iureiurando, a contumeliis, iniuriis, detractionibus, mendaciis, a ludis vetitis, a locis etiam noxiis, vel a praefecto scholarum interdictis; denique a rebus omnibus, quae morum honestati adversentur[6].

Corrector ut adhibendus — 7. Intelligant, in iis, quae ad mores ac studia bonarum artium spectant, cum praecepta sive admonitiones minus proderunt, magistros correctoris opera in ipsis puniendis usuros; qui aut poenas recusarint, aut spem emendationis non ostenderint, aut ceteris molesti, sive exemplo suo perniciosi fuerint, sciant se ex nostris scholis esse dimittendos[7].

---

[1] Vide *Regulae iis omnibus observandae, qui Societatis nostrae scholas frequentant* (1569); MP II 229-32.
[2] Cf. *Const.* P. IV c. 16 § 1 et 4; MP I 307 309 311; et 1 reg. com. prof. cl. inf.; supra, p. 416.
[3] Cf. *Const.* P. IV c. 13 § 4; MP I 293.
[4] Cf. *ib.* c. 7 § 2 et c. 16 § 1; MP I 265 307 309.
[5] Cf. *ib.* c. 16 § 2; MP I 309.
[6] Cf. *ib.* § 4; MP I 311.
[7] Cf. *ib.* c. 7 § 2 et litt. C; c. 16 § 5; MP I 265 267 311 313.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Obedientia — 8. Omnes suis quisque[A] magistris obtemperent; rationem vero studendi ab illis praescriptam, tum in scholis tum domi quam diligentissime servent[c].

Diligentia et assiduitas — 9. Serio animum ad studia et constanter adiiciant; sint in scholis mature frequentandis assidui, in audiendis et recolendis praelectionibus, ceterisque obeundis exercitationibus diligentes. Quod si quid minus assequantur, aut si quid dubitent, magistrum consulant[8].

Quies et silentium — 10. In scholis ne hac illac[d] divagentur, sed in suis quisque subselliis locisque modeste ac silentio sibi ac suis rebus intenti sint[e]; neque schola egrediantur, nisi facta a magistro exeundi [189] potestate. Ne scamna, cathedram, sellas, parietes, ianuas, fenestras, neque aliud quidpiam pingendo, scribendo, scalpello, aliave ratione deturpent seu notent.

Quae fugiendae consuetudines — 11. Pravas aut etiam suspectas aliorum consuetudines fugiant; cum iis tantummodo versentur, quorum exemplo et consuetudine in literarum studio virtutumque proficiant.

A quibus libris abstinendum — 12. A libris perniciosis et inutilibus legendis prorsus[f] abstineant[g][9].

Spectacula et scenae interdicantur — 13. Neque ad publica spectacula, comoedias, ludos, neque ad supplicia reorum, nisi forte haereticorum[h], eant; neque personam ullam in externorum scenis agant, nisi data prius a magistris vel a praefecto gymnasii potestate.

Pietas — 14. Sincerum animum purumque conservare, ac divinis legibus summa diligentia obtemperare nitantur[10]; Deo vero ac sanctissimae Virgini Deiparae, ceterisque sanctis[i] persaepe atque ex animo se commendant. Angelorum opem assidue, praecipue vero angeli custodis, implorent. Modestiam tum alibi semper, tum in templo atque in schola potissimum servent.

Vitae exemplum — 15. In rebus denique atque actionibus omnibus ita se gerant, ut facile quivis intelligat, eos non minus virtutum vitaeque integritatis esse, quam literarum doctrinaeque studiosos.

[A] *t1616* quisque] quique *tR99*.

---

[a] Regulae auditorum collegii Societatis Iesu *tA* / [b] telo *tA* / [c] *p* servent *in tA sequ*. Ergo ne domo ante scholarum signum, nisi longius distent, egrediantur; et egressi, recta in gymnasium veniant; recta item domum scholis absolutis revertantur / [d] illaque *tA et C-D* / [e] intentus sit *tA; p* sit *in tA sequ*. Ne aliis munuscula schaedasve mittant; neque schola egrediantur, nisi facta a magistro exeundi potestate / [f] penitus *tA* / [g] *p* abstineant *in tA sequ*. neque vero eiusmodi libros aut etiam alios, praeter eos, qui explicantur a magistris, in scholas inferant / [h] *p* haereticorum *in tA sequ*. neque ad singulare et inusitatum quippiam audiendum seu visendum / [i] caelitibus *tA*.

---

[8] Cf. *ib*. c. 6 § 2 et 8; MP I 225 et 239.
[9] Cf. *ib*. c. 5 litt. E, c. 14 § 2; MP I 223 et 299.
[10] Cf. reg. 14 com. prof. inf. cl.; supra, p. 417.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

REGULAE ACADEMIAE[a1]

Academia quid — 1. Academiae nomine intelligimus coetum studiosorum, ex omnibus scholasticis delectum, qui aliquo ex nostris praefecto conveniunt, ut peculiares quasdam habeant exercitationes ad studia pertinentes.

Qui admittendi — 2. Hoc ex numero omnes censentur, qui sunt ex congregatione B. Virginis eo ipso, quod in illam recipiuntur[2]; et religiosi, si qui nostras scholas frequentant. Ceterum, ubi mos tulerit, et rectori videatur, alii etiam admitti poterunt, qui ex congregatione, atque[b] adeo qui ex nostris scholasticis[b] non sint.

Academici quales — 3[c]. Academicos christiana virtute ac pietate, diligentia in studiis et scholarum legibus servandis ceteris omnibus discipulis[d] praestare et exemplo esse oportet[3].

Academiae moderatores — 4[c]. Collegii rector moderatorem[e] vel ex ipsis magistris, vel ex aliis nostris idoneum aliquem unicuique academiae praeficiet.

Quotuplex academiae — 5[c]. In unam academiam theologi et philosophi fere convenire poterunt; in alteram rhetores et humanistae; in tertiam omnes gram-[192]matici, si nec nimis multi sint, nec ita doctrina inaequales, ut eaedem exercitationes omnibus fructuosae esse non possint; alioquin singulis scholis suas academias habere liceat.

Assiduitas et exercitatio — 6[c]. Assiduitate[f] academicorum et exercitationum fervore academiae fructus maxime continetur[4]. Quare, si qui saepius abessent, aut exercitationes per vices obire recusarent, praesertim vero, qui propter immodestiam perturbationi aliis aut offensioni[g] essent, dimittendi erunt.

Magistratus — 7. Magistratus, qui in unaquaque academia tertio quartove quoque mense pluribus academicorum, secretisque suffragiis eligentur, hi ferme erunt: academiae rector, duo consiliarii et unus secretarius; quibus alii etiam addi poterunt, muneraque distribui pro academicorum frequentia, loci consuetudine et rectoris collegii iudicio.

Rector — 8. Rector in academia theologorum plerumque sit theologus; quod si interdum ex philosophis eligendus videretur, sit saltem metaphysicus. In academia item rhetorum et grammaticorum, quando ex diversis classibus constant, vel plerumque eligatur ex classe superiore, vel alternis, ut collegii rector censuerit. Is autem eligendus, qui virtute, ingenio et doctrina praestet; cuius erit academiam promovere, praeire ceteris virtute ac diligen-[193]tia, et actum aliquem ex praecipuis academiae vel initio vel in fine rectoratus habere. Poterit autem rector academiae theologorum interdum, si sit theologus, absente magistro, philosophos defendentes dirigere, et argumentantium argumenta resumere et urgere[h].

Consiliarii — 9. Consiliarii erunt rectori loco et honore proximi, eiusque[i] absentis vices[i] primus consiliarius tenebit, priore etiam absente secundus; eaque munera obibunt, quae moderator academiae per se aut per rectorem imponet.

---

[1] De academiis constituendis v. reg. 34 praef. st. inf., et reg. 45. com. prof. inf. cl.; supra, p. 408.
[2] Vide reg. 23 rect.; supra, p. 348.
[3] Cf. reg. 15 ext. auditorum; supra, p. 447.
[4] Cf. *ib.* reg. 9.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

obibunt, quae moderator academiae per se aut per rectorem imponet.

Secretarius — 10. Secretarius libros omnes academiae diligenter servabit. Nomina academicorum eo ordine, quo[j] in academiam recipiuntur[j], in libro scribet; in quem etiam seorsim nomina magistratuum, cum eliguntur, et omnia academiae acta, non tacitis academicorum, qui aliquid praestiterint, nominibus, referet; rhetorum[k] etiam orationes, poemata et carmina, quae affiguntur, a moderatore selecta. Idem[l] tempestive eos, ut se comparent, admonebit, quos a moderatore cognoverit academiae exercitationes obituros, nisi in academia theologorum necesse videatur id fieri per bidellum. In fine cuiusque academiae publice pronunciabit, quaenam exercitationes et a quibus habendae sint. Publice theses et in rhetorica etiam problemata, vel aenigmata dissolvenda mature proponet[m]. [193]

Consultationes — 11. Ter aut quater in anno, videlicet post creationem rectoris, consultationes, vel omnium academicorum, vel saltem magistratuum simul cum moderatore habebuntur[n] ad academiam promovendam, eaque tollenda, quae eius progressum impedire videantur[o].

Regularum lectio — 12. Vel in his consultationibus, vel ante creationem rectoris, academiae regulae legantur; quae vel in tabella scriptae sint, vel in libro academiae, in quo etiam omnia deinceps academicorum nomina scribenda erunt.

---

[a] *p* academiae *in tA sequ.* superioris / [b] atque adeo qui ex nostris scholasticis *solum in tC-D* / [c] *reg. 3-6 solum in tC-D* / [d] scholasticis *tC* / [e] Moderatorem collegii rector *tC* / [f] Frequentia maxime *tC* / [g] scandalo *tC* / [h] et urgere *solum in tD* / [i] cuius vices eo absente *tC* / [j] quo ingrediuntur *tC* / [k] rhetorum] secretarius vero rhetorum *tC* / [l] Idem *solum in tD* / [m] tempestive affiget *tC* / [n] fient *tC* / [o] viderentur *tC*.

REGULAE PRAEFECTI ACADEMIAE

Ad pietatem promovendi — 1. Ad pietatem academicos, non solum ad studia promoveat; quod virtutum exemplo et privatis, cum tulerit occasio[a], colloquiis praestare poterit[1].

Regularum observatio — 2. Academiae regulas diligenter servari curet, imprimisque academicorum quotidianis exercitationibus assiduitatem ac diligentiam exigat[2].

Exercitatio — 3. Efficiat, ut omnes academici variis[b] exercitationum generibus, quantum fieri potest, per vices exerceantur[b].

Nil sine superiore innovandum — 4. Nec receptas consuetudines tollat, nec novas introducat sine facultate rectoris; nec quicquam faciat, quod alicuius momenti sit, quod non cum ipso communicet[3]; et quae praescripta fuerint, diligenter exequetur[A]. [196]

[A] *t1599* exequetur] exequatur *t1616*.

---

[1] Vide reg. 6 com. prof. inf. cl.; supra, p. 417.
[2] Cf. reg. 6 academiae; supra, p. 448.
[3] Cf. reg. 1 praef. stud. sup.; supra, p. 373.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Academiae tempus — 5. Horas academiae, repetitionum scilicet, disputationum et similium ita dispenset, ut horas congregationis non impediant, quo academici commode possint utrisque exercitationibus interesse[4]; quam etiam ob rem nullus erit sine magna causa congregationis tempore privatis colloquiis detinendus.

---

[a] cum se dederit occasio *tC* / [b] variis ... exerceantur] tam in argumentando, quam in defendendo per vices exerceantur; ii vero saepius quam alii, qui proxime sunt cursum philosophiae vel theologiae defensuri; quos etiam ad hunc finem, ut instructiores sint, exercebit et diriget *tC*.

REGULAE
ACADEMIAE THEOLOGORUM ET PHILOSOPHORUM

Quae exercitationes — 1. Huius academiae exercitationes quatuor fere generum esse solent: quotidianae praelectionum repetitiones, disputationes, praelectiones seu problemata, solemniores actus, quibus conclusiones publice defendantur.

Repetitiones — 2. Repetitiones[1] per horam circiter[a] singulis fient, quibus scholae habentur, diebus; iis exceptis, qui menstrua disputatione impediuntur; ea vero fient hora, quae commodissima videbitur[b], modo in Quadragesima liberum concionis tempus saltem bis in hebdomada relinquatur.

Repetitionum forma — 3. Repetent seorsim singulae classes, una theologiae et tres philosophiae, si totidem sint praeceptores, uno aut altero academicorum [198] audita recolente, uno etiam aut altero argumentantibus. Ac theologiae quidem repetitionibus praeerit ipse praefectus academiae, aut eius socius, aut certe alius ex provectioribus quarti fere anni theologus, a rectore collegii constitutus; philosophiae vero repetitionibus in singulis classibus aliquis item praeerit ex nostris fere theologus; quem idem rector designaverit[c].

Disputationum forma — 4. Disputationes[2] erunt aut[d] semel, ubi pauci sunt academici, aut, ubi sunt multi[d], bis in hebdomada, scilicet die vacationis aut etiam dominico. Ac die quidem dominico a prandio per horam unus, ut plurimum, ex philosophis defendet duobus argumentantibus; die vero vacationis per duas horas duo tresve defendent, unus theologus, alii philosophi, totidem similiter aut pluribus argumentantibus.

Conclusiones — 5. Theologus si solus defendat, conclusiones semper aliquas philosophicas proponet, metaphysicus physicas et logicas, physicus etiam logicas. Argumentabuntur contra theologos theologi, contra philosophos primo loco semper aliquis ex classe proxime[e] superiore, secundo unus ex condiscipulis.

Disputationibus quis praesideat — 6. Disputationibus tam philosophicis quam theologicis, si intersit proprius defendentis magister, ipsius erit praesidere; sin minus, praesidebit[f] praefectus academiae aut eius socius[f]. [199]

---

[4] Cf. reg. 23 rect.; supra, p. 348.

[1] De repetitionibus theologorum et philosophorum cf. reg. 11-13 com. prof. sup. fac.; supra, p. 381.

[2] De disputationibus cf. *ib.* reg. 14-15; supra, p. 381-82.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Praelectiones — 7. Praelectiones etiam interdum haberi poterunt, quibus quaestionem aliquam suo marte perfectam, vel ingeniosum problema, expositis in utramque partem confirmatisque rationibus, aliquis academicorum ex cathedra erudite pertractet, uno aut altero argumentante. Huiusmodi autem praelectiones necesse erit praefecto academiae, priusquam habeantur, ostendi ac probari[g].

Actus — 8. Solemniores actus[3] ipse academiae rector, nisi quid obstet, aut alius a praefecto delectus, interdum habere poterit; Natalis videlicet, Paschatis, Pentecostes aut alio opportuno tempore; quibus actibus certam aliquam theologiae aut philosophiae materiam, aliquibus conclusionibus comprehensam, defendent, magistro praesidente.

Actuum celebritas — 9. Hi actus, ut cum aliquo apparatu fiant, curandum; adhibeatur autem a defendente praefatio aliqua et epilogus, quae prius sint (ut cetera, quae publice recitantur) a generali studiorum praefecto recognita et approbata. Externi etiam ad argumentandum, aliique poterunt ad audiendum, quo disputatio celebrior sit, invitari.

Introductio — 10. Uno circiter ante studiorum renovationem mense, si[h] rectori videatur[h], per quindecim minimum dies iis, qui philosophiam audituri sunt, introductio vel summa[i] ab aliquo ex no-[200]stris, quem rector, vel forte ex academicis, quem praefectus statuerit, explicetur.

Conclusiones recognoscendae — 11. Conclusiones[j] omnes tam solemniorum actuum, quam etiam hebdomadariae priusquam defendantur aut affigantur, erunt et a praefecto academiae et a proprio defendentis magistro recognoscendae[j4].

---

[a] circiter *solum in tC-D* / [b] quae erit commodior *tA et C* / [c] designabit *tA et C* / [d] aut ... multi *solum in tC-D* / [e] immediate *tA et C* / [f] praesidebit ... socius] praesidebit theologis quidem praefectus academiae, philosophis vero aut ipse aut socius. Poterit etiam academiae rector interdum, si sit theologus, philosophos defendentes dirigere et argumentantium argumenta resumere *tA* / [g] ac probari *solum in tD* / [h] si rectori videatur *solum in tC-D* / [i] summula *tA et C* / [j] Conclusiones ... recognoscendae *solum in tC-D*.

REGULAE PRAEFECTI ACADEMIAE THEOLOGORUM ET PHILOSOPHORUM

Exercitationum forma — 1. Praeter communia, quae de praefecto in universum dicta sunt in regulis academiae[1], illud etiam animadvertat, ut in quotidianis repetitionibus eadem repetendi et argumentandi, eadem disputandi forma modusque servetur, quem nostri in domesticis repetitionibus tenent; in actibus vero et aliis conclusionibus defendendis consueta ratio teneatur[2].

Visitandae repetitiones — 2. Visitet proinde saepe repetitiones, nunc has nunc

---

[3] De actibus theologicis et philosophicis cf. reg. 7-19 praef. stud. sup.; supra, p. 375-76.
[4] Vide reg. 28 praef. stud. sup.; supra, p. 377.
[1] Regulas communes academiae et huius praefecti vide supra, p. 448-50.
[2] De repetitionibus et aliis, quae sequuntur, exercitationibus cf. superius regulas acad. theol. et phil.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

illas; videatque, ut diligenter ac modeste fiant, et ut repetitores recte suo officio fungantur; quos etiam, ut oportuerit, diriget. [202]

Qui magis exercendi — 3. Non erit ab re eos exerceri saepius quam alios, qui proxime sunt cursum philosophiae vel theologiae defensuri, vel aliquem academiae actum habituri; quos etiam ad hunc finem, ut instructiores sint, monebit et diriget.

De socio — 4. Cum socio, si a rectore dabitur, ita poterit curam laboremque partiri, ut ei, nisi quid obstet, theologiae repetitiones committat; et cum eo, si videbitur, alternis diebus praesertim vacationis disputationibus praesideat; ceteraque per eum ad quotidianas conclusiones et extraordinarios actus spectantia, prout necesse iudicaverit, exequatur.

Regulae Academiae Rhetorum et Humanistarum [1]

Academiae dies — 1. Diebus dominicis, vel ubi commodius erit, die vacationis convenient loco a rectore collegii designato.

Quae exercitationes moderatori habendae — 2. Exercitationes huius academiae[2] hae fere erunt: moderator, prout opportunum iudicaverit, nunc lectiones seu quaestiones habebit de selecta aliqua materia vel auctore; nunc praecepta aliqua dicendi[a] magis recondita ex Aristotele, Cicerone aliisve rhetoribus[a] tradet; nunc aliquem auctorem percurret et ab academicis exiget; nunc iisdem problemata solvenda proponet, et alia huiusmodi[b].

Quae academicis — 3. Saepe[c] etiam, his omissis, academici ipsi[c] nunc orationes, nunc carmina, nunc declamationes [204] habeant vel memoriter vel ex tempore; nunc invicem accusationes et defensiones ipso probante instituant; nunc lectiones habeant, duobus minimum adversus lectorem disputantibus; nunc theses defendant oppugnentque oratorio magis more, quam dialectico; nunc emblemata et insignia de certa aliqua materia componant; nunc inscriptiones aut descriptiones; nunc aenigmata faciant aut dissolvant; nunc in[A] inventione se exerceant singuli, ad propositam materiam confirmationis locos excogitantes, sive improviso seu meditato; nunc in elocutione figuras verborum ac sententiarum inventae rei accommodantes; nunc dialogorum, poematum, tragoediarum argumenta conscribant; nunc integram praeclari oratoris orationem aut poetae carmen imitentur; nunc symbola quaedam faciant, ut scilicet de una re proposita singulis suam sententiam afferant; nunc distributis alicuius auctoris libris singuli ex eo sententias vel phrases decerptas proferant. Denique in iis se exerceant, quae eloquentiam gignere, et ab ea enasci solent.

Publicae exercitationes — 4. Harum exercitationum aliquae splendidiores, ut

---

[A] in ... 1586

[1] De hac ... academiae ... vide reg. 34 praef. stud. inf., supra, p. 428.

[2] De quibus cf. regulas prof. rhet. et hum., supra, p. 424-33.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

praelectiones, declamationes, thesium defensiones operae pretium est, praesertim a rectore academiae, fieri cum apparatu interdum aliquo et[B] corona.

Praemia privata — 5. Privata interdum praemia[3] melius aliquid [205] scribentibus aut recitantibus, aut aenigmata problemataque solventibus dari poterunt.

Praemia publica — 6. Praemia item solemniora[3] omnibus simul academicis semel in anno distribui poterunt, sive[d] ex contributione, sive qua magis ratione rectori collegii placebit.

Festum B. Virginis dies — 7. Semel saltem in anno festus[e] aliquis Beatae Virginis dies, quem collegii rector determinabit[C], celebri pompa orationis, poematis, versuum ad parietes affixorum, emblematum item et insignium variorum exornabitur.

---

[a] dicendi ... rhetoribus] puta ex Aristotelis Topicis vel Rhetoricis *tC* / [b] alia huiusmodi] similia *tC* / [c] Saepe ... ipsi] Saepe etiam proderit, ut non ipse haec praestet, sed academici *tC* / [d] *p* sive *in tC-D sequ.* inita simul sumptuum societate / [e] festum aliquod *tC*.

[B] *p* et *add. t1616* honorariorum auditorum / [C] *t1599* determinabit] constituet *t1616*.

REGULAE ACADEMIAE GRAMMATICORUM [1]

Grammaticae exercitatio — 1. Plerumque moderator aliquid selectum ex grammatica, quasi praecurrens, quod in schola sunt habituri, vel ex auctore eleganti et iucundo praeleget, vel etiam repetitionem instituet, exercitationemque eorum, quae in schola exposita sunt.

Repetitio — 2. Initio academiae semper unus paratus veniet ad respondendum de iis, quae proxima academia dicta fuerint; adversus quem terni aut plures dubitationes[a] aut vernaculas locutiones latine vertendas[a] proponere poterunt, eodemque modo praelectionem a moderatore habitam statim recolent.

Disputatio — 3. Frequenter et acriter disputabitur, exercebitur interdum stylus, interdum memoria; variabuntur phrases, aliquid etiam ex versi-[203]bus et graeca grammatica proponetur, et alia fient huiusmodi, ex praescripto moderatoris.

Memoria — 4. Aliqui interdum, aut etiam omnes, parati venient ad aliquod apophthegma breve[b], vel factum aliquod memoriter enarrandum.

Praelectiones privatae — 5. Praelectiones ipsas in schola habitas a praeceptore, addita praefatiuncula, et aliqua, si videbitur, annotatione, e suggestu interdum dicent.

Publicae — 6. Operae pretium erit haberi interdum aliquas praelectiones ab academicis, praesertim a rectore apparatu invitatuque maiore, addita concertatione duorum aut trium, privatis etiam praemiis, si libeat, distributis.

Poenae literariae — 7. Poterit a moderatore poenae loco aliquid literarium exi-

---

[3] De praemiis privatis et publicis cf. reg. 35-36 praef. stud. inf.; supra, p. 408.
[1] De constituendis huius generis academiis cf. reg. 34 praef. stud. inf.; supra, p. 408.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

gi, iuberique, ut eorum nomina, qui minus bene aut diligenter se gesserint, publice recitentur[c].

Exercitationum varietas — 8. Eae denique exercitationes proponi et variari debent, quae ita utilitatem habeant adiunctam, ut gratae etiam et decorae sint, quo magis ea voluptate academicorum animi ad studia incitentur.

---

[a] dubitationes ... vertendos] dubia seu themata *tC* / [b] *p* breve *in tC sequ.* vel acutum distichum recitari *tC-D.*

APPENDIX

Commune ai provinciali col libro degli studii [1]

Essendosi finalmente doppo molte discussioni e diligenza data l'ultima mano al libro de Ratione studiorum, lo mandiamo con questa a V. R., acciò si metta in essecutione. E perche so che V. R. intende bene di quanta importanza sia che dalli nostri si osservi con diligenza quello che in questo libro si prescrive intorno alli nostri studii, non mi stenderò molto ad incaricarle l'intera et essatta osservanza di esso; solo le dirò due cose.

L'una che sarà bene raccommandar' molto seriamente alli superiori immediati che ciascuno nel suo collegio procuri con ogni diligenza far osservare quella parte che li tocca. E se bene al principio s'offerissero alcune difficoltà, procurino di superarle con suavità et fortezza. Et quando poi R. V. visiterà i collegii, haverà particolare pensiero di vedere, come si pratticano le cose ordinate in questo libro, et cene darà avviso.

L'altra cosa è che doppo che V. R. haverà questo libro, che di qua avanti si haverà da pratticare, raccolga tutti i libri antichi de Ratione studiorum, che altre volte habbiamo mandati alle provincie, e tutti li bruggi, perché non haveranno più da servire; et ci avvisi poi d'haverlo fatto.

Ne altro per questa m'occorre, solo mi raccomando all'orazioni e ss. sacrificii.

Di Roma 29 marzo 1599.

---

[1] Duo epistolae exempla coaeva conservantur in Arch. Rom. S. I.: 1. *Instit. 41*, f. 124*v* (*prius* 211); - 2. *Instit. 4*[6] f. 22*r-v* (*prius* 35-36).

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0



Regulae Praesidis Provincialis

1 Cum eo primarijs Societatis nostrae ministerijs unum sit omnes disciplinas ... ut in ... redemptoris nostri cognitionem atq amorem ... omni studio curandum sibi putet Provincialis ... tam multiplici scholarum nostrarum labori: semper quae ... nostra vocationis exigit abunde respondeat

2 Proinde non solum in rectori ... adhibeat virum grauem ... in scientijs ... professores ... scholasticis ... studia ... omnes ... in eodem collegio ... et alumnos ... seminarijs degunt in rebus ad studia spectantibus parent ... eodem modo in magnis collegijs necesse est constituere Praefectum studiorum superiorem

3 Adhibeat magnam diligentiam collocet in promouendo sacrarum scripturarum studia quae perficiet si eiusmodi ad id munus adigat ... linguarum peritos (id enim magnopere refert) sed et in scijs in historia varia eruditione et quibusdam ... non in eloquentia bene uersatos quos etiam ... ad id applicare ut ... studia tractent ... ad disputandum et syllogizandum parare possint

4 Quatenus ... constitutionum theologia earum ... absolui queat ... a duobus professoribus ... addere tertium si forte ab alijs ... praetermissa aut non expedita esset

5 Si qui ... absoluta studia ... rint postea ... grados doctoratus ... ad ... ad ... generalis de ... in hac ... constitutio ... ad ... ad ... ad

24 Efficiat ut in collegijs praesertim primarijs in quibus numerus discipulorum copiosior est plures sint confessarij quo magis poenitentibus satisfiat, ~~[illegible]~~ In collegijs vero minoribus operam dabit ut coadiutorum satis sit ne magistrorum opera rector ad exercitia domestica uti cogatur

Ne + mutat vacationes novas introduci ne patiatur ~~[illegible]~~ in regulis perfecti studiorum habentur diem vacationis hebdomadariae facile differri aut anticipari nec ullas novas vacationes introduci sed ordinem dierum quibus docendum est et quibus vacandum quod in regulis perfecti studiorum habetur constanter et inviolabiliter ~~[illegible]~~ servandum curet

20 In collegijs ~~[illegible]~~ minoribus operam dabit ~~[illegible]~~ satis sit ne magistrorum opera rector ~~[illegible]~~ ad exercitia domestica uti cogatur. Efficiat ut in collegijs praesertim primarijs in quibus numerus discipulorum copiosior est plures sint confessarij ~~[illegible]~~ quo magis poenitentibus satisfiat

21 Ea quae seorsim de pietate ac disciplina morum praecipiuntur ut proxime ad salutem animorum spectantia praecipue servari curet in scholis praesertim inferioribus ab et catechismum ~~[illegible]~~ quantum maxima diligentia poterit ut in magistros in regulis explicetur ~~[illegible]~~ curet ~~[illegible]~~ servandas ~~[illegible]~~ ratione studiorum pertinent regulas ~~[illegible]~~ vacationes novas introduci ne patiatur dies vero lectionum ~~[illegible]~~ servari ~~[illegible]~~ in ordine vacationum in regulis perfecti studiorum habetur

25 Ne nostris quantum satis est librorum desit aliquem reddi tum annuum amplificandae bibliothecae attribuat quem alios in usus convertere non liceat

26 Ne permittat diem vacationis hebdomadariae facile differri aut anticipari nec ullas novas vacationes introduci sed ordinem dierum quibus docendum est et quibus vacandum, qui ordo in regulis rectoris habetur constanter et inviolabiliter servandum curet

27 Denique ut totus hic societatis labor ad maiorem Dei gloriam bene succedat videat ut ~~[illegible]~~ superiores tum inferiores perfecte observent suas quae ad rationem studiorum pertinent regulas ~~[illegible]~~ de pietate ac disciplina morum et de catechismo tradendo ~~[illegible]~~ ut proxime ad salutem animorum spectantia sibi praecipue commendata putet

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

INDEX RERUM

A

Abecedarii - serventur in Constitutionibus statuta 237 362; ordinarie non instituuntur, sed ad Germ. in fide iuvandam conceditur 144.

Academiae - pro nostris: ad magistros hum. litt. instituendos 186 257 364 370; hebraeae graecaeque linguae domi 94 189 234 257 370; rerum mathematicarum 110 285; - pro externis: regulae academiae 448-49; regulae praefecti — 449; — quid sit 448; in classibus rhet., hum. et gram. instituenda 260 408 422; — membra qui sunt ex congr. mariana 448; in variis rebus litt. exercentur 143; — magistratus 448; consulationes — 449; regulae — theol. et phil. 450-51; regulae praefecti — 451; quae exercitationes 450; regulae — rhet. et hum. 452-53; publicae exercitationes — 452-53; regulae — grammaticorum 453-54.

Acta congr. de Rat. stud. conscribenda (1586) 2-5.

Actus theol. et phil. nostrorum et externorum 375-77; v. *Gradus acad., Praef. stud., Theologia, Philosophia.*

Adiutor magistri v. *Bidellus.*

Admissio ad scholas - non admittendi, nisi adducantur a parentibus 259; nec inconsulto praefecto 417; ostendantur regulae observandae 259; mediocriter calleant rudimenta gram. lat. 206; v. *Praef. stud. inf., Discipuli, Examen* etc.

Aemulatio - de principatu obtinendo in decuriis 201; v. *Concertatio.*

Appendices - adiunctae Rat. st. (1591) 330-54.

Appendix ad reg. prof. gram., hum. et rhet. - 337-38.

Argumenta v. *Disputatio.*

Argumentum scribendi - in cl. rhet. 427, in hum. 432, in gram. supr. 435, in gram. med. 438, in gram. inf. 441.

Arma - non inferenda in scholas 410 446.

Ars metrica - in classe sup. gram., hum. et rhet. 424 431 432 434.

Atrium scholae - quies observanda in - 410; v. *Praef. stud. inf., Bidellus.*

Auctores classici - in scholis legendi 131 143-56 et passim; praef. stud. ante stud. instaurationem referat rectori de catal. libr. explicandorum 258; quorundam textus (Terentius, Plautus etc.) expurgandi 139-40.

Auditores - regulae externorum — 446-47; eiecti iterum non admittendi 259; v. *Discipuli.*

B

Baccalaureatus v. *Gradus academici.*

Bibliotheca - reditus annuus pro amplificanda — statuendus 139 364; bibliothecarius constituendus eruditus et diuturnus 222; praef. stud. praescribat, quibus qui libri concedendi 371.

Bidellus - regulae pro — conscribendae 159; regulae 445-46; eius agenda circa scholam 382 445.

Bulla - qua Baii propositiones damnantur 34-40.

C

Cancellarius - discrimen inter praef. stud. et — 374; conscribendae leges pro — ; v. *Praef. stud.*

Cantus - moderandus Romae in Coll. Germ. 85-86.

Carmina - componenda in cl. hum. 427 432 435; — interdum publice affigenda 427 433; etiam philosophi et theologi subinde condant affigantque — 370.

Casus conscientiae - tractatus de — 88-93; quae de ea praecipiuntur in Const. et regulis 88-89; regulae prov. de — 233-34; regulae rectoris de — 244-45; regulae prof. — 277-78 395-96; finis studii — 88 277 395; quot lectores et quot temporis legendi 89 233; professor qualis 232 359; quaestionum tractandarum distributio 89-90 277 395; ratio et modus legendi — 395; a quaestionibus theologicis quatenus abstinendum 395; probabilis opinio opposita significanda 395; repetitio lectionis 91 277; repetitioni — domi omnes sacerdotes intersint 244; hebdomadaria disputatio de — 91-92 395; privatum studium — 396; collatio — 359; collatio — ubi nulla eorum lectio publica 233 244; domesticae collationis forma 92-93 245 278 395-96; praeses collationis 245; nemo eximendus a col-

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

latione 234 255 359; extraordinariae collationes 396.

Catalogus discipulorum - sub anni initium conficiendus 422.

Catalogus librorum explicandorum in scholis - ante studiorum renovationem conficiendus 407.

Catalogus promovendorum discipulorum - 407.

Catalogus propositionum definitarum ac liberarum in theologia legendarum 317-29; cat. lib. opinionum «iustis ob causis» non inseritur in ordine propositionum 320; v. *Doctrina, Libertas opinandi, Delectus opinionum* etc.

«Catalogus quaestionum ...» - a professore theol. in lectione Summae S. Thomae explicandarum 59-69 275-76 389-94.

Catechismus Romanus 87.

Catechismus seu doctrina christiana - exponitur sabbato novissima semihora 142 293; in classibus inferioribus recitandus 416 446; ordinarie — Canisii docetur, sed alius etiam adhiberi potest 242; v. CANISIUS.

Catenula - portant, qui vernacula lingua utuntur in scholis 131.

Censor v. *Syndicus*.

Censura opinionum - si quis delatus, quomodo praef. et rector procedat 78; v. *Doctrina, Libertas opinandi*.

Classes stud. inf. - quot et ratio earum 143 189 237-38 362 404; abecedarii non huc pertinent 144; — non facile multiplicandae 238; potius altiores retinendae 362; non admittendi iuvenes aetate iam provecti, nec nimio teneri 259; cuiusque — gradus observandus 417; cur non permiscendae, nec multiplicandae 362; interdum duplicandae vel ordines constituendae 143 189 206 208-10 238 257 362 363; termini ac fines cuiusque scholae gram. 189-92; gradus cl. rhet. 424, hum. 430, gram. supr. 434, gram. mediae 437, gram. inf. 439; graeca legenda in cl. m. gram. 438, in hum. 430 432, in rhet. 424 427; quotidianae temporis ratio in — 216-20; divisio temporis in rhet. 425, in hum. 430, in supr. gram. 434, in med. gram. 437, in inf. gram. 439; praelectionis ratio et modus 419-20; praelectio in cl. rhet. 426, in hum. 432, in supr. gram. 435, in med. gram. 438, in inf. gram. 440 441; repetitio lectionum 419; scribendi argumentum 420; scrib. arg. in cl. rhet. 427, in hum. 432, in supr. gram. 435, in med. gram. 438, in inf. gram. 441; corrigendarum scriptionum ratio 419; eadem in cl. rhet. 425, in hum. 431, in gram. supr. 435, in med. gram. 438, in inf. gram. 440; concertatio in cl. rhet. 427, in hum. 432, in gram. supr. 435, in med. gram. 438-39, in inf. gram. 441; concertatio magni facienda 420; ratio procedendi in illis 201; concertatio cum proxima classe 421; tempus cuiusque scholae penso circumscriptum 206-08; quot temporis dandum studio rhet. et hum. 359; promotio ad superiorem classem 210-16; praeparatio — ad promotionem gen. 421; quotannis una promotio tantum 210 262; sed possunt fieri extraordinariae 265; promovendi prius severe examinandi 211; ratio promotionis 262 406; tres examinatores constituendi 406; praesit praefectus 406; catalogus promovendorum fiat 210-11 422; magistratus et decuriones in — 421; de vacationibus — 223-24 (v. *Vacationes*); academiae instituendae in — 422 (v. *Academia*); regulae a pueris observandae in — affigendae 228; silentium severe observandum in — 199 289; latine loquendum in — 199; libri tempestive procurandi a pueris 199; v. *Admissio, Auctores, Examen, Incitamenta, Libri, Scholae* etc.

Coadiutores - non desint in collegiis 178 364.

Collatio v. *Casus conscientiae*.

Collegia et universitates - finis earum 243 357 369; praeceptores ex instituto pertinent ad —, confessores etc. ex quadam concessione 112.

Collegium Germanicum - cantus in — moderandus 85-86.

Collegium Romanum - exemplar ceterorum collegiorum 112 154; liber ms. Consuetudines ... inscriptus a commissione de Rat. st. diligenter consultatur 5; pars professorum — in praeparanda Rat. st. 1 5 355; scriptum «Academie per istruttione de maestri nuovi ... nel Coll. Rom.» 186; academia mathem. in — constituenda 110.

Colloquium - magister interdum colloquatur cum parentibus 295.

Commentariolus in *Catalogum liberalium et definitarum propositionum* 18-33; eius finis 18; v. *Catalogus lib. et def. op., Doctrina, Libertas opinandi* etc.

Comaediae v. *Ludi scenici*.

Commentaria - conscribenda ad auctores classicos interpretandos 222.

Compositiones - pueri exercendi quotidie in — 130 193-94; nihil in lingua vernacula 136; ratio corrigendi — 131 194-95; optimae interdum publice affigendae 204 260; v. *Carmina*.

Concertationes mutuae 133; ratio procedendi in — 201; una classis cum altera 134 201-02 203; fiant duae — quolibet mense 134; — in cl. rhet. 427, in hum. 432, in gram. supr. 435, in gram. med. 438-39, in gram. inf. 290 441.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Concilia - eorum momentum in doctrina Eccl. definienda 16.
Conciones sacrae - a discipulis audiendae 227 416 446.
Conclusiones - eorum numerus et ratio 375 377; v. *Disputationes, Praef. stud.*
Confessio discipulorum - 266 294 417 422; maxima libertas concedenda in deligendo confessario 226; praef. st. assignet singulis discipulis confessarium 266; non desint confessarii 242 249 364.
Congregatio B. Mariae V. - promovenda 143 227 249 372; per academiam litt. alliciendi pueri in — 143.
Consensio animorum - in opinando desideratur 3 6; v. *Doctrina, Libertas opinandi* etc.
Constitutiones S.I. - a P. Acquaviva nova editio curata (1583) 3; Rat. stud. in — promittitur 2.
Consulationes - magistrorum cum rectore 371.
Controversiae - tractatus in Rat. st. 86/A 85-88; delectus opinionum pro prof. — 15-17 327-28; ordo lectionum — 86; duo ordines constituendi discipulorum 85; qui strenue exerceantur etiam in concionando 85; — leguntur a P. Olave in Coll. Rom. (1556) 51; lectio Romae retineatur, sed solum pro ultramontanis 85; qui habeant domi repetitiones 86-87; quomodo instituenda lectio — in Germ. 87; quomodo Pragae 87; catalogus conficiendus haeresum in Germ. pullulantium 86.
Copia verborum - liber — conscribatur 159 222.
Correctio - modus corrigendi pueros 227-28 295 409; vitia secreta non punienda publice 143; vitia non anxiose scrutanda 143; pueri non puniendi ob domestica delicta 266; auditoribus rhetoricae nonnihil indulgendum 311; petuntur opiniones de correctione 159.
Corrector - constituendus 228 409; v. *Disciplina, Discipuli, Magistri, Schola* etc.
Cursus v. *Philosophia.*

D

Declamationes publicae - qualibet hebdomada die aliquo festo habeanr 135 260; praef. stud. eas dirigat 408; conscribatur ab eo, qui declamat 204.
Delectus opinionum - regulae de — 6-13 316; v. *Catalogus ... , Doctrina, Libertas opinandi; — in theol.* 7-13; in Scriptura et controversiis 13-17 326-29; card. Savelli, vic. Urbis, laudat propositum stabiliendi propositiones liberas et definitas 24; v. *Commentariolus, Controversia, Scriptura, Theologia.*
Devotio B. Mariae V. - commendanda et fovenda 417.
Dictandi usus - professorum phil. et theol. 381; non iubetur, nec prohibetur in Constitutionibus 171 172; antea fuit in Societate inauditus 170; celeberrimae universitates receperunt 171; non nisi prius bene explicata dictentur 172; vicissim permiscendus cum explicatione 173; sibi vendicat tres quadrantes, duos explicatio 173; non omnia quae docentur, esse dictanda 172; brevissime, verbis domi compositis, dictetur 172; fiant cursus phil. et theol., ut evitetur — 173-74; conandum ut auditores suo iudicio scribant necessaria 171.
Disciplina - silentium severe exigendum in schola 132; negligentiae scamnum in schola 133; latinae linguae usus in scholis 131 199; constituantur syndici, qui inquirant de moribus 142-43; v. *Admissio, Correctio, Dimissio, Scholae, Syndicatio* etc..
Discipuli - regulae externorum auditorum 446-47; admittendis ostendantur regulae observandae 141; quae cuique schola 446; pietas et disciplina morum 224-28; doctrina pietati iungenda 446; sincera pietas colenda 447; vitae exemplum 447; non exhortandi — ut in religionem ingrediantur 294; sodalitas mariana commendanda 143; missa quotidiana et conciones sacrae 142 416; confessio 142 446; exhortandi ad communionem frequentius accedere 142; ediscant doctrinam christianam 142 416 446; colloquiis spir. privatim iuvandi 417; a quibus abstinendum 446; diligentia et assiduitas in studiis 447; quies et silentium in schola 447; obediant magistris 417 447; a quibus libris abstinendum 447; arma in scholam non inferenda 446; quae fugiendae consuetudines 447; spectacula publica et nenae interdicantur 447; quomodo corrigentur, si necesse 446; v. *Auditores, Disciplina, Pietas* etc.
Disputationes - maximum earum momentum 73-74; fervor et dignitas — concidisse videtur 73; — in fac. theol. 71 77 272-73; menstruae et hebdomadariae 72 236 376 381-82; conclusiones approbandae 78; non disputent, nisi doctiores 382; ratio procedendi in — 73; forma praescripta rigorose servetur 75; intersint professores diversarum facultatum 275 382; omnes auditores interesse iubeantur 74-75 243; modus procedendi in — constituendus 159; — in inf. classibus 290.
Distinctio classium v. *Fines atque exercitationes scholarum grammaticae et humanitatis* 143-56.
Divisio temporis - in cl. rhet. 425, in hum. 430, in su-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

prema gram. 434, in med. 437, in inf. 439; v. *Classis* etc.
Docta pietas v. *Doctrina in S.I., Pietas.*
Doctoratus v. *Gradus academici.*
Doctores Ecclesiae - auctoritas eorum in theol. 17.
Doctrina christiana v. *Catechismus.*
Doctrina in S.I. - in primis fidei alendaeque pietatis cura habenda 2 6 316; libertas opinandi qua ratione permissa 21-26 444; sequenda securior ac magis approbata — 2 21; conformitas et concordia inculcanda 6 20 314-15 320; novitas opinionum fugienda 21 316 380; S. Thomae — sequatur 6; de puritate — professorum invigilandum 244; non docenda opinio, quae certis locis offendere possint 6; P. Ledesma defendit decr. P.is Borja de opinionibus 19 22; sectarum semina denuntiantur 22; v. *Consensus animorum, Delectus opinionum, Doctrina, Libertas opinandi, Rerum novarum studium* etc.

E

Emendatio thematum v. *Compositiones.*
Examen - admittendorum 405; v. *Admissio.*
Examen promovendorum ad superiorem classem - ratio et modus 138 210-16 263-65 406-07 413-14; — in scripto 139 211-13; ratio — oralis 213-15; leges scribendi ad — 263-64 413-14; primus examinator est praef. stud. 211; tres sint examinatores 211; timidiores animandi 214 265; fiat catalogus promotorum 265; v. *Classes, Magistri, Praef. st., Promotio* etc.
Examen scholasticorum S.I. in phil. et theol. v. *Scholastici S.I.*
Exercitationes scholasticae - in classibus inf. stud. 128 192-200; meliores — publice recitatae in codicem referendae et conservandae 371; v. *Classes, Compositiones, Concertatio, Declamatio, Disputatio, Recitatio, Repetitio lect.* etc.
Exhortationes - piae — diebus sabbathi 249 266.
Expurgatio librorum - ratio ineunda in — 140; v. *Auctores classici, Libri schol.* etc.

F

Facultates v. *Hum. litt., Philosophia, Theologia.*
Farrago sordidorum verborum 332.
Feriati dies v. *Vacationes.*

G

Geminandi classes v. *Classes.*
Geographia - docetur in cursu philosophiae 177.
Gradus academici - de conferendis — 232-33; regulae praef. st. de — 375; actus ad — peculiares et generales 80-85 375; — in philosophia 80 252 376; doctoratus in theologia 80 250-51; non inchoandi actus ad — ante cursum peractum 232 253; philosophis dimidium annus, theologis biennium concedendum ad — 232; quod autem ab externis aegre obtinetur 81; actibus quis praesideat 375; intersint omnes professores 252; promotionis ritus 82 233 254-55; musica et cantus adhiberi possunt 83; convivia penitus tollantur 233; de conclusionibus imprimendis 375; petitur ut provinciae proponant ritum — 159; v. *Actus, Praef. stud., Professio fidei, Philosophia, Theologia* etc.
Gradus classium - cl. rhet. 424, hum. 430, supr. gram. 434, med. gram. 437, inf. gram. 439.
Graeca lingua - eius multiplex utilitas 125 188; an cum primis elementis linguae latinae etiam — discenda 125-28 188 198; haeretici — a teneris annis discunt 126; divisio materiae in singulis classibus 198-99; — legenda in cl. rhet. 424 427, in hum. 430 432, in gram. 438; ratio docendi 145 146 147 148 149 153 156; grammatica Clenardi manca iudicatur 189; conscribatur nova 189; divisio docendae grammaticae 188 418; auctores explicandi 308-09; academia — constituenda 189 257 370; exiguus fructus in docenda — denuntiatur 126.
Grammaticae classes - regulae prof. inf. — 286-96 299 439-42; gradus — 206 238 259 286 439; ratio procedendi in —, si duo sint ordines 405; decuriae in — 200; geminus ordo in — 291 404; divisio temporis 216-17 290 292-93 439-40; lectio in — 288-89 400 441; gram. lat. Álvares adhibenda 363; una cum latinis, elementa graecae gram. tradenda 289; ordo sabbathi 293; exercitationes litt. et earum ratio 192 286-89; incitamenta studiorum 290; argumentum scribendi 287-88 441; scriptionis corrigendi ratio 288 440; concertatio in — 290 441; ordo promovendi pueros in superiorem classem 292; cura pietatis et disciplinae in — 293-94.
Grammaticae classis media - regulae professoris — 296-98 437-39; gradus — 207 437; pars grammaticae propria — 296; quando duplicandi professores vel ordines 297; divisio temporis 217-18 298 437; praelectio Ciceronis et grammaticae 438; graeca praelectio 438; incitamen-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ta studiorum 297; quotidianae exercitationes 296-97; argumenta scribendi 438; scriptionis corrigendae ratio 438; concertatio in — 438-39.

Grammaticae classis suprema - regulae professoris — 207 299-302 434-36; gradus huius classis 434; quando duplicandi professores 301; intra annum vix ullus promoveatur in cl. superiorem 302; divisio temporis 218-19 301 302 434; graeca docenda in — 300; carmina scribenda 435; auctores explicandi 197 300; praelectio in — 435; quotidianae exercitationes 299; argumentum scribendi 435; scriptionis corrigendae ratio 435; concertatio in — 435.

Grammatica latina - Quantum referat optima nostros uti gramatica; quaeve eiusmodi videatur 120 186-88; eius crebra mutatio damnosa 120; communis et stabilis quaerenda 120-21; — Álvares adhibenda 238 363; quae crisi subiicitur 121-24 187-88; Romae novum in ordinem ac modum reducitur 123; quae correctio non approbatur a PP. Cardulo et Maffeo 123; uterque a magistris adhiberi potest 188 286; diviso — in tres libros 404; Rudimenta separate typis edi possunt 125 188; v. *Álvares, Despauterius*.

H

Hebraea lingua - regulae provincialis de — 358; regulae professoris — 278 385 tractatus de studio — 93-94; finis studii — 385; utilitas studii — 93; linguae peregrinitas industria mollienda 385; professor qualis 176 234 358; auditores et studium 94 175 234 358; ratio legendi 94 176; grammatica P.is Bellarmino adhibenda 94; professor defendat ed. Vulgatam 176 278 385; fiat academia — 94 175 234 257 370.

Historia - partem constituit materiarum in scholis docendarum 111 178; in classe humanitatis 151; ratio praelegendi historicum auctorem 198 349.

Horarum ordo - ordo diurnus pro varietate temporum assignandus 364.

Humaniores litterae - tractatus de studiis humanitatis 111-58; utilitas studii — 111; magnae curae fuerunt S. Ignatio 111; Societas magnos fructus obtinuit ope collegiorum — 111; curandum, ne — concidant, sed floreant 111 178; omnimoda barbaries ex nostris scholis explodenda 180; etiam a phil. et theol. professoribus exigendum, ut diserte loquantur latine 180; partes — 111 178 192; fundamentum — est grammatica latina 120; quot temporis studio — dandum 359; praestantes magistri — praeparandi 363; magistri — iuvandi et defendendi 111-13 178-80 241 247 258 371; quonam modo instituenda sint exercitationum genera — 128-33 192-200; etiam phil. et theol. auditores componant nonnulla — quae affigantur 180; meliores compositiones — conservandae 371; desideratur opusculum, in quo explicetur modus scribendi epigrammata etc. 140; academia — instituenda 260; regulae academiae rhet. et hum. 452-53; v. *Classes, Grammatica, Magistri, Rhetorica* etc.

Humanitatis classis - regulae professoris — 237-42 430-33; curandum ut saltem bini aut terni praestantes professores habeantur in provincia pro — 239; gradus huius classis 303 430; graeca docenda in — 430; duplex modus constituendi — 151 191; divisio quotidiani temporis in — 152 219 307 418 430; auctores explicandi 197-98 303 430; praelectionis ratio in — 303 432; promotio semel tantum in anno 210 307; absolvendae — certum tempus praescribi nequit 207; quotidianae exercitationes 303-05; argumentum scribendi 304-05 432; scriptionis corrigendae ratio 431; concertatio in — 305-06 432; recitandae in scholis scenae, dialogi etc. 241 307; carmina publice affigenda 306 433.

I

Immatriculatio - petitur, quid provinciae de — sentiant 159.

Incitamenta studiorum 241 259; quibus adiumentis adolescentium studia ad bonas artes capessendas excitari atque inflammari possint 133 38 200 06; concertatione mutua haud parum animantur pueri 133; versibus et aliis compositionibus litterariis quoque 136; ope ludorum scenicorum 137; praelectio discipuli ut exercitatio 133 135 421; praemiorum distributio 137.

Institutio eorum, qui per biennium privato studio theologiam repetunt 443-45.

L

Latina lingua - usus — late patet in omnia Societatis ministeria 115; servetur usus latine loquendi 260 418; observanda in classibus — 131 199; turpe sibi putent, qui in scholis barbare loquuntur 245-46; non tolerandum, ut contemnantur, qui bene calleant — 246; usus notulae sive catenulae, qui vernacula l. utuntur in schola 131; in collegiis, quae seminaria sunt

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Societatis, domi latine loquendum 242; quae regula urgenda 245 370; — adhibenda in commercio epistolari nostrorum 246; etiam domi in recreatione 132.
Lectio spiritualis - commendanda discipulis 417.
Leges praemiorum 414-15.
Leges - scribendi ad examen promovendorum 263-64 413-14.
Leges - petitur a provinciis, ut proponant leges communes et particulares scholarum 159.
Libertas opinandi - catalogi propositionum definitarum et liberarum 315-29; conformitas doctrinae inculcata in Constitutionibus 314; — coercenda certis legibus 3 6 21-26; sectarum quaedam semina denunciantur ob nimiam — 22; invigilandum ut professores defendant opiniones praescriptas 77; v. *Censura opinionum, Doctrina S. I., Retractatio* etc.
Libri scholastici - tractatus: De libris 221-22; ab inhonestis abstinendum 364; quorundam auctorum classicorum libri expurgandi 139 222; praef. stud. constituat, quibus qui libri concedendi 139 221 371; idem curat, ut — delectus et copia sit 377; tempestive acquirendi a pueris 199 289; bibliothecarius constituendus 222; aliquis reditus annuus assignandus ad bibliothecam amplificandam 139 248; varia — genera conficienda ad usum scholarum 222; v. *Auctores classici, Bibliotheca, Expurgatio* — .
Lingua v. *Graeca, Hebraea, Latina.*
Lingua vernacula - non id agunt nostri in scholis, ut vernaculam linguam condiscant 136; admonendi pueri si — utuntur in scholis 199; usus — permittendus nostris, quia necessaria pro ministeriis 132; usus — in classibus gramm. et hum. litt. 144 145 147 149 432.
Litaniae B. Mariae V. - recitandae a pueris sabbatho ad vesperas 227 294 417.
Litterae humaniores v. *Humaniores litterae.*
Ludi scenici - optimum incitamentum 205; usus et ratio — 137; quae cavenda in praeparandis — 206; raro fiant 137 371 405; sed non intermittendi aequo diutius 241; substitui possunt simplicioribus exercitationibus litt. 137-38 405; iuvandus professor cl. hum., quia praeparatio laboriosa 241 248 405; mulieres non admittendi, nec indumenta muliebria adhibenda 241 248.

M

Magisterium v. *Gradus academici.*
Magistri - regulae communes — inf. classium 416-24; Appendix ad regulas prof. gram., hum. et rhet. 337-38; *Humanitatis doctores quos et quales esse oporteat* 115-20 181-86; — ex instituto pertinent ad collegia, confessores etc. ex concessione quadam 112; quomodo praeparandi ad munus docendi 120 185 238-39 256-57 261; academia ad instituendos — 186 364 370; — perpetui praeparandi 118-19 184 238 363; magisterii tempus 118 183 239 257 364; initium magisterii a qua schola 119 183 185 239 257 364; potius absoluto philosophiae studio docendi munus aggrediantur 239; docere in scholis unum ex ordinariis Societatis ministeriis est 116; nullae exemptiones a docendi munere 115 181 239-40; etiam ex alia prov. missi ad munus docendi applicandi 240; consulatio — singulis aut alternis mensibus 113 179 247 371; qua ratione admonendi — 247; — iuvandi et defendendi 111 178 241; in conventibus publicis post professores phil. sedeant 112 247; si quid conspicuum in re litt. proferunt, laudandi 112 179 247; non onerandi muneribus domesticis 112 178 241 247; sua recreatione — non careant 112 179 241 258; alacritas — fovenda 113 180 241 247 371. — Exercitium officii: observant librum studiorum 366; retineant praedecessorum docendi morem 183 257; profectum discipulorum promoveant 200 423; disciplinam exigant in classe 227; iniussu praefecti neminem admittant aut dimittant 228 295; habeant catalogum puerorum 210-11 292; pauperum discipulorum peculiaris cura habenda 227 295 423; non permittant, ut pueri sumptum aliquem faciant pro schola 228; curant pietatem et disciplinam morum 224-28 266; orent pro discipulis 224 417; familiaritas et colloquia cum discipulis 224 423; agendum cum discipulorum parentibus 227 295 423; inter legendum arripiant occasiones discipulos iuvandi in spiritu 224; quae pietatis et virtutum exercitia inculcanda 224; non exhortent discipulos ad ingrediendum ordinem religiosum 227; v. *Classis rhet., hum., gram., Professores, Scholae* etc.
Mathematica - regulae professoris — 284; tract. de — 109-10 177; utilitas — studii 109; desunt, qui cum decore — docere possint 109; severe inhibendum, ne phil. professores res mathem. detrahant 236; Romae instituendus cursus — ad futuros professores praeparandos 109-10; P. Clavius Romae praeparat nonnullos 177; auditores, tempus et materia docenda 109 177 236 284 362; fiant etiam lectiones publicae de — 236 285; in eis adhibeatur Clavii curriculum mathematicum 285; repetitio materiae totius hebdomadis 177; semel in mense unus ex audi-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

toribus publice explicet illustre aliquod problema — 177; academia — instituatur 110 177 236 285; ubi legatur *Compendium* Clavii 110 285.
Ministerium docendi pueros - finis — 231 380 416; unum ex primariis S. I. ministeriis 116 231.
Missae sacrificium - discipuli quotidie intersint — 226 294 410; etiam auditores sup. fac. hortandi ad hoc 380.
Moralis philosophia et theologia v. *Philosophia moralis* et *Theologia moralis*.

N

Negligentiae scamnum 133.
Numerus oratorius - eius ratio habenda in praelectione textus auctoris 129

O

Opinandi libertas v. *Libertas opinandi*.
Opinionum delectus v. *Delectus opinionum*.
Opiniones v. *Doctrina, Libertas opinandi*.
Oratio v. *Preces*.
Oratio - illustris — in studiorum instauratione 136 248 260; v. *Renovatio studiorum*.
Ordines inferiorum classium v. *Classes*.
Ordo diurnus horarum - tractatus: *Generalis distributio horarum toto anno* 156-58; — constituendus a provinciali, in eoque constanter perseverandum 236; italis conandum, ut horarum frequentem mutationem redigant 157.

P

Paedagogi - domi pueris non faciant novas lectiones, sed auditas repetant 289.
Paradigma - petitur, ut provinciae praeparant — de modo explicandi praecepta et auctores 159; — exponendi auctores in cl. rhet. promittitur 308; — explicandi orationem Ciceronis pro P. Sextio 341-49; — explanationis textus historiae Q. Curtii 349-54.
Philosophia - regulae provincialis de — 234-35 359; regulae professoris — 245 279-83 397-401; tractatus: De studio — 95-108; finis studii — 100 397; cursus — est triennalis 95 279 359 397; quotannis unus cursus absolvendus, alter inchoandus 103 234; triennio in Lusitania aliquantum addi, in Germania tolli potest ex dispensatione 95; divisio materiae triennio tradendae 105-06 279-80 397-98; quaestionum delectus et ordo 399; logicae compendium non tradendum in classe rhetorices 96 234; qui maxime textus et quo modo interpretandi 399; professores — quales 359; quos oportet esse theologos 101 234; quotidie duas lectiones habeant 101; quoad delectus opinionum, sequantur normas theologis datas 106-07; etiam quoad usum dictandi idem servent 101; Aristoteles sequendus, sed quatenus 98 106-07 280 397 399; de S. Thoma honorifice loquantur 283 397; nulli sectae adhaereant 100 107 397; ratio praelegendi textus aristotelici 99 281; auctores male de christiana fide meritos magno cum delectu proferant 397; Summae logicae tempore quatenus disputandum 400; Averroes magna cum cautela proferenda 101 283 397; repetitio in scholis 102 399; disputationes 104 282 399; formae ratio in disputando 283 400; disputationes solemnes 400; ratio examinum 376-77; de examine logicorum 359-60; de actibus in — ad grad. ac. obtinendos 104-05 252-53 376; gradus magisterii in — 80; cursus — conscribendus, ut tollatur dictatio 100 173-74; cursus — a conimbricensibus conscribendus 100; quibus scholasticorum S. I. concedendum studium — v. *Scholastici S. I.*
Philosophia moralis - regulae professoris — 284 401-02; finis studii — 284 401; ubi et qua ratione legenda 102; tempus studii — 401; auditores, qui — per semestre tempus repetunt 284; legendi libri Ethicorum Aristotelis 235; repetitio lectionum 401; conclusiones in studio — 401.
Pietas - tract.: *De tuenda puerorum disciplina ac pietate* 141-43; maxima earum cura habeatur 366; ardens — cum praestanti doctrina iungenda 2; inter praelegendum magister arripiat occasionem adhortandi pueros ad — 142 286; quae pueris commendanda a magistro 293-94 417; v. *Confessio, Congr. Mariana, Lectio spiritualis, Litaniae, Missa, Oratio* etc.
Praeceptores v. *Humaniores litterae, Magistri, Professores*.
Praefectus academiae v. *Academia*.
Praefectus atrii - eius regulae 372; constituendus, si magnus discipulorum numerus id exigat 248; praeest scholarum atrio ad disciplinam moderandam 357.
Praefectus studiorum inferiorum - regulae — 256-66 403-12; finis huius officii 256 357 403; subordinatio praefecto generali 403; vices agat praef. st. sup., si necesse 410; nil novi maioris momenti introducat inscio rectore 267; gradum scholae quinque classium observet 404; curet,

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ut academiae hum. litt. instituantur 260; quales quaerendi informandique professores 256; peculiarem curam habeat magistrorum perpetuorum 257; observet, an magistri in penso annuo regulariter procedant 258 403; die quintodecimo quoque singulos magistros palam et clam audiat 258; unam docendi rationem observari curet 403; non permittat, ut discipulorum opera utantur magistri 410; ratio admonendi magistros, si necesse 258-59; declamationes publicae a gen. praefecto approbandae 403; gradus cuiusque classis observandus 417; feriati dies et horum mutatio 403; admissio novorum discipulorum 259 405-06; designet scamna et consessores singulis discipulis 408; visitet scholas 403; conficiat catalogum librorum explicandorum ante instaurationem studiorum 258 407; statuat, qui quibus libri a bibliothecario dandi ad privata studia 249; agat cum bibliopolis, ut copia librorum necessariorum non deficiat 408; nonnunquam videat discipulorum libellos exceptorios 128; determinat tempus privato studio applicandum 259 408; adsit ingredientibus exeuntibusque pueris 410; nullum dispenset ab aliquo genere exercitationum, nisi gravi de causa 408; ratio et modus examinis promovendorum ad superiorem classem 406; leges recitandae ante examen 406; distributionis praemiorum ratio 261; cura pietatis et disciplinae morum 266 410; atrii quies servanda 410; vigilantia circa missam audiendam et confessionem discipulorum 224-25 410; syndicum seu censorem habeat in unaquaque classe 409.

Praefectus studiorum superiorum - regulae — 249-56 374-79; munus — 141 237 246 249 357 374; — et cancellarii discrimen 374; habeat familiarem librum studiorum, quem observari curet 374; non dispenset aut immutet in eo statuta 374; praescribat auditoribus rationem studendi 255-56 377; audiendi et observandi professores 251 271 376; invigilet, ut professores materiam assignatam absolvant 249 374; ratio moderandi disputationes 250 374; recognoscat quae publice recitantur aut exponuntur 77 271 377; qui libri quibus distribuendi, statuat 377; regulae — de actibus ad grad. ac. obtinendos 252-53 375; munus eius in actibus theol. celebrandis 250-51 275 375; regulae de actibus in philosophia 376-77; conclusiones recognoscendi 376; conclusionum numerus 375; quibus actibus qui intersint 375 377; qui ad argumentandum mittendi, cum nostri vocantur ad disputandum ab externis 377.

Praelectio - in classe rhet. 129 426, in hum. 432, in supr. gram. 435, in med. gr. 438, in inf. 440 441; ratio — rudim. gramm. et syntaxis 129 192-93; — auctorum classicorum 129 196-97; ratio praelegendi textum historicum 198; praeceptor praelegendo intra suae se scholae fines contineat 129; discipuli textum in schola explicandum domi describant 128; severe interdicatur, ne unam quidem litteram scribant pueri, nisi iussi 129; pauca et lectissima quaeque dictentur 130; paedagogi domi non nisi repetant audata in scholis 130; petitur a provinciis paradigma de modo explicandi praecepta gram. et auctores 159; v. *Classes, Paradigma* etc.

Praemia - leges praemiorum 261-62 414-15; numerus — 205 261 414; publica et privata 248 408; scriptionis dies et tempus 414; iudices scriptionum ad praemia obtinenda 415; distributio — in scholis 248 371; apparatus distributionis solemnis 137 415; benefactores honeste quaerendi pro — distribuendis 137 205; petitur, ut provinciae rationem — distribuendorum proponant 159.

Praepositus provincialis v. *Provincialis.*

Praxis et ordo studiorum (1586) 41-42.

Preces - recitandae ante praelectionem 380 416.

Professio fidei - professor S. Scripturae ineundo magisterium faciat — 165; formula — in conferendis grad. ac. 83.

Professores - regulae communes omnibus — superiorum facultatum 380-83; finis ministerii docendi 279 380; — diligenter seligendi et praeparandi, ut docti, assidui, profectus audientium desiderosi evadant 357; praefecto stud. obtemperent 380; novitatem opinionum fugiant 77 380; in auctoritatibus parcitas et fidelitas 381; in alienis confutandis suisque probandis modestia et brevitas 380 381; de dictando 381; post lectionem per aliquot tempus maneat in schola, ut interrogari possit 69; auditores quando ad auctores reiiciendi 381; repetitiones in schola et domi 381; repetitiones generales 381; disputationes 381-82; auditores ad pietatem iuvandi 380; ante lectionem orandum 380; cura profectus audientium pauperum aeque ac divitum 382-83; v. *Delectus opinionum, Doctrina, Libertas opinandi, Philosophia, S. Thomas, Theologia* etc.

Promotio ad superiorem classem - tempus, quo pueri promovendi ad sup. cl. 138; promovendi severe examinandi 138; ratio examinandi promovendos 139; in examine tres examinatores 139; v. *Classes, Examen, Magistri* etc.

Propositiones definitae et liberae v. *Catalogus ... . Doctrina, Libertas opinandi* etc.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Provincialis - regulae — 231-42 357-68; contendat, ut scholarum fructus fini propositi abunde respondeant 231; professores quomodo comparandae 357.

R

Ratio studiorum - in Constitutionibus promissa 2 41; dudum expetita 2; «locis, temporibus et personis» accommodanda 2 41 366; Rat. st. Borgiana 48 et passim; — Rat. st. 1586/A: Acta congregationis de — conscribenda 2-5; Romae conficitur a sex patribus a P. Generali deputatis 1 4 6 41; patres commissionis recipiuntur a Pontifice 4; domicilia commissionis 4; quotidie tres horas in communi consultatione transigunt 4; modus procedendi in consultationibus 4-5; acta et constituta ab illis 160; tractatus duplex: De opinionum delectu et De scholarum administratione 5; quaestiones disputatae in tres partes divisae: theologia, philosophia, humaniora 41; ineunte dec. 1584 labor inceptus, et sub finem aug. 1585 finitus 5; textus conscriptus relegitur, emendatur, approbatur; et primum datur professoribus Collegii Romani, ut examinent 5; P. Generalis una cum assistentibus non potuit ante exitum anni librum diiudicare 5; typis excusus ea solum fine, ut in provinciis examinatoribus exempla suppetant 1; mittitur, ut in provinciis diiudicetur 1 5; quomodo instituenda in provinciis commissio ad hunc finem 160-61; patres commissionis nulli externo librum ostendant 162; observationes provinciarum Romam mittendae; quae Romae a patribus commissionis recognoscuntur, dein a P. Generali et assistentibus perpenduntur 355; animadversiones provinciarum in vol. VI Mon. Paed. lucem videbunt 5; textus in provinciis examinatus et Romae recognitus dissecatur in multiplices regulas officiorum 41; PP. Tucci, Azor et Gonzales manent Romae etiam congregatione de Rat. st. soluta 5; — recognita Romae et in novam formam redacta mittetur in provincias, ut per aliquod tempus probetur in collegiis 355.

Ratio studiorum 1586/A retractata, hoc est: Rat. st. 86/B - textus Rat. st. 86/B 163-228; quae retractatio non solum a tribus commissionis patriibus, sed etiam a praecipuis Collegii Romani patribus facta est 230.

Ratio studiorum 1591 - textus — 229-313; introductio et brevis eius historia 230; epistola P. Generalis, qua mittitur — 314; est «ordo et praxis studiorum», sed in regulas diversorum officiorum scholarum redacta 230; hac — abrogantur omnia, quae unquam constituta fuerant de studiis 230; mittitur, typis expressa, ut per omnem Societatem in mores inducatur 230; per tres circiter annos in provinciis experimento subiaceat 230; patres ad congr. gen. V coadunati afferunt observationes et suggerimenta de — 355-56; scriptum: Nonnulla, quae in libro studiorum habentur repraesentanda R.P. Generali pro studiis superiorum facultatum, et pro studiis inferioribus 330-33; pleraeque omnes provinciae maiorem brevitatem petunt in — 330; Appendices adiunctae — 330-54. — Pars speculativa — textus 314-29; anno 1591 non, solum anno 1592 mitti potuit 230-31; catalogus lib. prop. non inseritur in ordine propositionum; illud tamen apud se habeant rectores, praef. stud. et professores 320.

Ratio studiorum 1599 - textus 355-454; epist. comm. P. Generalis, qua mittitur — 454; redactionis vicissitudines — a P. Domenichi, secr. recoluntur 355; P. Generali maxime cordi est, ut — ab omnibus alacriter et efficaciter servetur 356; missa —, omnes aliae Rat. st. posthabendae sunt 356.

Recitatio lectionum - initio scholarum memoriter recitatur praeterita lectio 131.

Rector - regulae — 243-49 369-74; studiorum cura — cordi sit 369; auctoritatem praefecti tueatur 369; consultatio magistrorum singulis aut alternis mensibus 371; alacritas magistrorum fovenda 371; intersit exercitationibus litt. 243 369; occupationes domesticas scholasticis Societatis praecidat 369; consulat provincialem de vacationibus, gradibus etc. 372.

Regulae - provincialis 231-42 357-68; — rectoris 243-49 369-74; — praefecti studiorum 374-79; — communes omnibus professoribus superiorum facultatum 380-83; — prof. S. Scripturae 267-69 383-85; — prof. linguae hebraeae 278 385; — prof. theologiae schol. 269-76 386-88; — prof. casuum conscientiae 277-78 395-96; — prof. philosophiae 279-83 397-401; — prof. philosophiae moralis 284 401-02; — prof. mathematicae 284 402; — praefecti studiorum inferiorum 403-12; — communes prof. classium inferiorum 416-24; — prof. rhetoricae 308-11 424-29; — prof. classis humanitatis 303-07 430-33; — prof. supr. cl. gram. 299-302 434-36; — prof. mediae cl. gram. 296-98 437-39; — prof. gram. cl. infimae 286-96 439-42.

Regulae scholasticorum S. I. 313 442-43.

Regulae bidelli, seu adiutoris magistri 445-46.

Regulae externorum auditorum S. I. 446-47.

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Regulae academiae 448-49; — praefecti academiae 449; — academiae theologorum et philosophorum 450—51; — academiae rhetorum et humanistarum 452-53; — academiae grammaticorum 453-54.

Regulae italis propriae (1591) 33-34; — gallis propriae 334; — lusitanis propriae 335; — germanis propriae 335; — ultramontanis propriae 336-37.

Regulae de opinionum delectu 316.

Regula latine loquendi in scholis v. *Latine loquendi regula in scholis.*

Renovatio studiorum - petitur a provinciis, ut proponant rationem et modum — 159; oratio in — recitanda 136 371.

Repetentes philosophiam et theologiam - provinciae proponant rationem huius instituti 159; v. scriptum: *Institutio eorum ... theologiam* 443-45.

Repetitio - commendatur — lectionum, ut memoria exerceatur 130 418.

Repetitiones in schola et domi 70 130 158 196-97 381; in schola theologiae 69-71 272-73; omnium lectionum eiusdem hebdomadae 130; — nostrorum philosophorum et theologorum tempore vacationum annualium 243; absoluto aliquo libro, totus repetatur 197; — generales 381.

Rerum novarum studium - vitandum ob periculum haeresis 3 6.

Rhetorica classis - regulae professoris — 308-11 424-29; gradus classis: ad perfectam eloquentiam informare 192 308 424; finis: ut adolescentes «ad Tullianam eloquentiam elimentur» 192; professor — debet esse phil. doctor, propter maximam cum dialectica cognationem 118; utrum duo professores in — 154 238; biennio retinendi adolescentes in — ; externi audiant — per annum antequam philosophiam aggrediantur 370; divisio temporis diurni in — 154 219-20 310-11 425; docetur mane binis horis, totidem a prandio 310 418; graeca docenda in classe — 424; auctores in — explicandi 198 308-09; graeca tradenda in — 427; praelectio in — 426; comprehendit: praecepta, stylum et eruditionem 424; interpretatio oratoris vel poetae 426; praeceptorum interpretatio 426; modus praelegendi auctores promittitur 308; paradigma explicationis orationis Ciceronis pro P. Sextio 341-49; paradigma explanationis textus historiae Q. Curtii 349-54; appendix de explicatione orationis in — 338-41; praelectio die vacationis 427; memoriae exercitatio 425; repetitio lectionis 308; concertatio in — 309 427; declamatio privata et publica 429; argumentum scribendae orationis et carminis 309 427; scriptionis corrigendae ratio 309 425; graeci thematis ratio 427; carmina publice affigenda 428; privatae scenae 428; in unum vol. conferenda essent, quae de numero, concinnitate, de affectibus, de periodis, de generibus dicendi etc. 207.

Romanus Pontifex - eius auctoritas in definienda Ecclesiae doctrina 16.

S

Sabbatum - ordo scholarum diebus sabbati v. *Classes, Horarum ordo, Ordo diurnus etc.*

Scholae - finis ministerii docendi pueros 416; — S. I. expectationi externorum respondere debent 2; promovendae, ne ab adversariis vinci videamur 3; quinque classium gradus observandus 404; ordo — pauciorum classium 220-21 311-12 404-05; ordo, quo quidque loco faciendum sit, pro regionum diversitate diversus esse potest 216; regulae discipulorum palam collocandae in — 410; consuetudines constanter servandae 365; pietatis et disciplinae morum maxima cura 366; doctrina christiana docetur 416; missae et conciones sacrae 416; exhortationes ad discipulos 371-72; vacatio hebdomadaria scholarum inferiorum 371; dies festi et vacationes 403; ante lectionem preces recitandae 416; latine loquendi usus servetur 418; agendum cum discipulorum parentibus 422; disciplinae cura 422; silentii et modestiae observatio 422; a libris inhonestis abstinendum 364; atrii quies servanda 410; praef. stud. inf. scholarum tempore, sed et ingredientibus exeuntibusque pueris invigilet 410; nullus a discipulis pro schola sumptus permittendus 423; praemiorum distributio 371; leges praemiorum 414-15; puniendi ratio 422; corrector constituendus 409; removendi a schola qui incorregibiles, seu offendiculo sunt ceteris 409; dimissis a scholis reditus non pateat 409; quando inchoantur et finiuntur — in diversis regionibus 157; rhetorici mane duas horas; humanisti et grammatici per duas et mediam; a prandio totidem manent in schola 418; v. *Abecedarii, Classes, Magistri, Praefectus stud., Rector, Vacationes* etc.

Scholastici externi v. *Auditores, Discipuli.*

Scholastici S. I. - regulae — 313 442-43; studiorum privilegium humilibus concedatur 361; virtutis ratio habenda in applicandis — ad studia phil. et theol. 360; naturae propensio attendenda in studiis 445; non admittendi ad studia superio-

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

ra, nisi iactis solidis in humanioribus fundamentis 98 235; animi puritas et recta intentio in studiis habenda 442; solidarum virtutum cum studiis coniunctio 442; diligentia in studiis 442; ex superiorum praescripto studendum 442; qui extra Societatem studuerunt, examinandi 361; — in classe rhetorices peculiariter exercendi 428; rethores domi privatim exerceantur 370; privati studii tempus et ratio 132 443; non temere concedendi — libri 78-79 222; disputationibus publicis et privatis adsint 442; latinae linguae usus 132 443; promoveri possunt ad grad. acad., si docturi sunt 233; qui in ipso cursu a studiis amovendi 361; institutio eorum, qui biennium privato studio theologiam repetunt 44345; de examine logicorum 359-60; finis et modus examinis logicorum 235 360; qui casibus, qui philosophiae destinandi 235 360; quibus biennium, triennium aut quadriennium concedendum 360-61; de talentis ad studia superiora necessariis quomodo iudicandum 97 362; descriptio mediocritatis, quae in — requiritur, ut in studiis superioribus progredi possint 96 235 362; transalpinis indulgendum in diiudicanda mediocritate ingenii 97; qui magnam prae se ferunt indolem gubernandi vel concionandi, possunt studio phil. et theol. incumbi, etiamsi mediocres sint ingenio 96.

Scopa latinitatis 332.

Scribendi ad examen leges 413-14.

Scripturae Sacrae - regulae provincialis de — 231 357; regulae professoris — 267-69 383-85; tractatus de — 43-47 163-66; studium — maxime alit pietatem 163; studium — necessarium pro concionatoribus 44 163; apud s. patres floruit studium — 163; sine studio — formantur mutili theologi 163; necessarium praesertim propter haereticos 43 163; studium — parum viget in Societate 43 163; a provincialibus promovendum 231; professor theol. argumenta ex — cum dignitate proferat 164; bene loquendum de interpretibus — 243; incitamenta studiorum — 164-65; quam plurimi ex nostris studio — incumbant 164 231; promovendi aliquas etiam e — quaestiones defendant 164 243 269; novitii ediscant partes selectas — 165 231; professores — iuvandi, quia vastissima eruditione egeant 164 231; futuri multo antea praeparandi 164 231; professionem fidei faciant 165; nonnulla, quae iuvare possunt professorem in docendis — 44-47; professor ordinarie habet 4 lectiones in hebdomada 164; catalogus propositionum de Scripturis canonicis 13-15 326-27; novum et vetus testamentum alternis annis explicandum 384; quaestiones scholastico modo non tractandae 164 268 384; professoris munus: germanum sensum — pie, docte, graviterque explicare 267; praecipua cura sensus litt. et Vulgatae editionis 165 383; si de sensu aliquo inter doctores non conveniat, sequantur communiorem 268; variis versionibus quomodo utendum 383; explicent diligentius, quae ab haereticis controvertuntur 165 268; pontificum et conciliorum expositiones tuendae 383; patrum vestigiis insistendum 165 268 384; fidei dogmata — confirmanda 384; rabbinis auctoritas non concilianda 45 165 268 384; in rebus aut erroribus rabbinorum non laborandum 384; non admodum punctis fidendum 384; allegoriis et moralibus non immorandum 384; brevitatis studium in exponendo 384; quotannis novus liber praelegendus 384; repetitiones et lectiones domesticae 164 243 269 385; praelectiones publicae 385; scribendi introductiones, enarrationes etc. in — 165; epist. Patris Generalis (1575) de studio — 44; de eodem — v. scripta PP. Brochaei, Ferrer, Maldonado, Perera.

Seminaria latinitatis - ad futuros magistros praeparandos 239; v. *Academia.*

Seminaria nostrorum scholasticorum - singulae provinciae habeant proprium — 113; *Separandane sint humaniorum et superiorum facultatum* — 114-15; vix certe hoc constitui potest 237.

Sex capita - quae extra librum Rat. stud. 1586/A ad provincias missa sunt 159; earum historia 162.

Silentium in scholis - observandum, ut fructuosius exercitationes fiant 199.

Societas Iesu v. *Consensio animorum, Doctrina, Delectus opinionum; Libertas opinandi, Ratio studiorum, Rerum novarum studium, Scholae, Scholastici S. I.* etc.

Studia in S. I. - eorum finis 357 369.

Studia superiora v. *Scripturae S., Theologia scholastica, Controversiae, Casus conscientiae, Lingua hebraea, Philosophia, Mathematica.*

Studia inferiora v. *Rhetorica, Humaniora, Grammatica.*

T

Theatrum scholasticum v. *Ludi scenici.*

Thema scribendum v. *Compositiones.*

Theologia - Societas Iesu cupit theologiam necessitati temporum accommodare 43 87 163.

Theologia scholastica - regulae professoris — 269-76 386-88; regulae provincialis de — 231-33 358;

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

regulae rectoris de — 243-44; finis docendi — 269 386; tractatus de — 48-85 166-74; catalogus liberarum et definitarum propositionum ex Summa S. Thomae 7-13 317-29 389-94; catalogus quaestionum, quae a professore tractandae non sunt; si tractandae, non nisi certo quodam loco, nec repetendae 59-69; cursus et professores 50-52 166-69 231 358; Biennium ad — repetendam 358; *Institutio eorum, qui per biennium privato studio theologiam repetunt* 443-45; in docenda fidei et pietatis cura 269 386; de tempore, quo — curriculum perdiscendum 48-52; quadriennio cursus — absolvendus 48-49 49-50 52-55 231 386; cuiusque anni quaestiones absolvendae 270 387; professor curet auditores bene affici S. Thomae 270; S. Thomas sequendus cum aliqua exceptione 386; etiam in quaestionibus disputatis nostri sententiam S. Thomae defendere conentur 13; solum eius conclusionibus sunt nostri astricti, non opinionibus de S. Scriptura, philosophicis etc. 316; aut defendendus S. Thomas, aut quaestio omittenda 388; probatos auctores sequantuur in iis, quae a S. Thoma non tractantur 13; quaestiones ab antecessore tractatas non inconsiderate immutandae 6; defendant opiniones a Societate definitas 271; in dubiis utramque partem sequi licet 386; abstinendum a quaestionibus S. Scripturae propriis, a controversiis, a philosophicis, a casibus conscientiae 387-88; opiniones, quae catholicos offendunt, non asserendae 316 386; non exagitet plus quam par est aliorum sententias liberas 13 316; a quibus quaestionibus abstinendum 56 271 275-76 387; de doctrinae puritate professorum vigilandum 244 271; quaestionum divisio, si duo fuerint — professores vel tres 269-70 387; tractatus F. Pérez: Ratio explicandi S. Thomam ... 53; argumenta pro et contra usum dictandi in praelectione — 56-58; mos dictandi non introducatur, ubi non est 56; primis temporibus inauditus fuit 57; quaedam solutio proponitur de dictatione 170-73; ita praelegendum, ut a plerisque commode scribi possint necessaria 170; si professor citra dictationem ita praelegi potest, ut auditores commode necessaria notare possint, non dictet 271; non omnia, sed solum selecta dictanda et breviter ac presse 271; cursus — conscribendi, ut tollatur dictatio 173-74; quotidie 4 lectiones, 3 theol. schol., 1 S. Scriptura 231; ratio praelegendi — 55 58 388; longiores tractatus non instituendi 388; eadem non iteranda 270 388; lectiones statim repetendae 272; disputationes menstruae et hebdomadariae 376 388; promotio ad gradus academicos 80-85 358; actus ad gradus obtinendos peculiares et generales 273-74 375; theses defendendae a praefecto stud. recognoscendae 271; regulae academiae theologorum 450-51; in Germania nullus omnino scholasticus Societatis, qui quartum studii annum exegit 50; v. *Disputationes, Doctrina, Libertas opinandi, Professores, Repetentes, Repetitiones, Rerum novarum studium, S. Thomas* etc.

Theologia moralis seu casus conscientiae - si professores schol. theologiae casuum conscientiae materias explicare non valeant, constituendus — professor 232; una pars auditorum studeat per biennium —, altera S. Scripturam 232.

Theologia positiva - complectitur studium S. Scripturae, conciliorum, cntroversiarum et canonum 444.

Traditio - valor eius in doctrina Ecclesiae 16.

Tragaediae v. *Ludi scenici.*

U

Ultramontani - regulae — propriae 336-37.

Universitates S. I. - proponant provinciae rationem de insignibus rectoralibus, de immatriculatione etc. 159.

V

Vacationes - ubi non sunt, non introducendae, nisi moderatae 141 241; constitutae constanter servandae 223 241 365; dies festi potius minuendi, non augendi 236; catalogus — conficiendus 223 236; diversitas pro ratione classium 365; ordo — generalium 223-24 237 241 365; — hebdomadariae 223 237 365; remissio studiorum a prandio propter nimios calores 236-37; — in phil. et theol. facultate 79-80; hebdomadaria — scholarum inferiorum 141 223-24 241-42 371; aliquid pensi pueris vacantibus imponendum per anniversarias — 266.

Vernacula lingua v. *Lingua vernacula.*

Vocabularium - desideratur — cuiusque linguae 222.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

A

ACQUAVIVA, Claudius, praep. gen. S. I. - eius decretum de professorum opinandi libertate cohibenda (1582) 19 21 315; Constitutiones et regulas officiorum edi curat ; convocat congr. ad Rat. stud. Romae conscribendam 1 2; eius ep. comm. (21 IV 1586) de deputandis patribus in singulis provinciis, qui Rat. st. examinent 160-62; epist. com. qua missa est Pars speculativa Rat. st. 1591 314; epist. comm. qua mittitur Rat. st. 1599 454; et passim.

ACRON, Helenius, grammaticus 135.

AEGIDIUS COLUMNA, OSA, theologus 18 et passim.

AESOPUS - eius Fabulae in scholis 199 434.

AGAPETUS 434.

AGRICOLA, Rodulphus - eius scripta non legenda in schola rhet. 154 198.

ALBERTUS MAGNUS, S., O. Pr., theologus 18 et passim.

ÁLVARES, Emmanuel, S. I. - grammatica latina — adhibenda 238 363; ; — gram. in tres libros dividenda et tribus classibus gram. attribuenda ad docendum 404; gram. laudatur, sed etiam crisi subiicitur ab auctoribus Rat. st. 121-24 187-88; in ordinem italicum reducitur et typis editur Romae 187 206 328 286; decernant provinciae, malintne auctoris, an romanum ordinem sequi 258.

ANSELMUS, S., OSB, theologus 18 et passim.

APHTONIUS, scriptor graecus - eius Progymnasmata 152.

ARISTOPHANES 153 199.

ARISTOTELES - eius textus explicandus in philosophia 106 280; Societas non bene audit, quod — textu posthabito, professores potius in suis cogitationibus et inventis pene evanescunt 98; expediret, ut quidam interpretaret — ex graeco in latinum sermonem 99; eius Rhetorica 154 198 308.

ASCONIUS PEDIANUS, scriptor 135.

AUREOLUS, Petrus, OFM, theologus 18 et passim.

AUSONIUS, D. M., scriptor 135.

AVERROES, philosophus arabus - magna cum cautela tractetur a professore 100 101 283 397.

AZOR, Ioannes, S. I. - membrum congregationis de Rat. st. constituenda 3; Romae retinetur etiam soluta hac congregatione 5 230.

B

BAIUS (De Bay), Michael, theol. lovan. - eius propositiones damnantur 34-40.

BASILIUS, S. 432.

BELLARMINO, Robertus, S. I. - eius grammatica hebraea docetur 94 176 278.

BOETHIUS SEVERINUS A. 18 et passim.

BONAVENTURA, S., OFM, theologus 18 et passim.

BORJA, Franciscus de, S., praep. gen. S. I. - eius decretum (1565) de opinionibus in phil. et theol. tenendis 18; v. *Ratio Borgiana.*

BROCHAEUS, Gulielmus, S. I. - scriptum de studio S. Scripturae 44.

BUSAEUS, Petrus, S. I. - membrum congr. de Rat. st. 1586 3.

C

CAESAR, C. I., *Commentarii* ... 131 149 153 197 303 430.

CAIETANUS (Thomas de Vio), theologus 18 et passim.

CANISIUS. Petrus, S., S. I. - catechismus — in nostris scholis docetur 142 242 293.

CAPREOLUS, Ioannes, O. Pr., theologus 18 et passim.

CARDULO, Fulvius, S. I. — non approbat correctionem grammaticae latinae Alvari Romae factam 123

CASSIANUS, Ioannes 18.

CATULLUS, C. Valerius 434.

CHRYSOSTOMUS, Ioannes, S. - *De orando Deum* legendus in scholis 199 432 434.

CICERO, M. Tullius, auctor praecipue praelegendus in scholis 131 et passim; solus fere ad stylum proponendus 424; Epistolae familiares, ad Atticum, Ad Quintum fratrem 434; orationes pro Archia, pro lege Manilia, pro Marcello 430; de Amicitia, de Senectute 434, de Finibus 303, Paradoxa 303 434, Officia, Tusculanae quaestiones 303, de Oratore 308, De claris oratori-

Digitized by Google

Original from INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

bus; de Inventione; Partitiones 308; varia 149 153 154 197 198.
CLAUDIANUS MAMERTUS, Godicius 303.
CLAVIUS, Christophorus, S. I. - curriculum mathematicum a — constituendum 236; compendium mathem. a — conficiendum 110 177 236.
CLENARDUS (Kleynaerts), N. — grammatica linguae hebr. — 94 176 189.
COEMANS, A., S. I., scriptor 5 et passim.
COUDRET, Hannibal du, S. I. — egregie versatus in hum. litt. 117.
CRINITUS (Riccio), Petrus, scriptor 135.
CURTIUS R. Q., historiographus antiquus 153 197 303 430.
CYPRIANUS v. SOARES.

D

DEMOSTHENES 156 199 308.
DENZINGER, H., scriptor 34 et passim.
DESPAUTERIUS (De Spauter, Van Pauteren) - grammatica lat. — ab auctoribus Rat. st. crisi subiicitur 187-88.
DIOMEDES, grammaticus 187.
DOMENICHI, Iacobus, secretarius S. I. - eius introductio in Rat. st. 1599 355-56.
DUHR, B., S. I., scriptor 3 et passim.
DURANDUS, Gulielmus, theologus 18 et passim.

E

ERASMUS Roterodamus, Desiderius - eius grammatica latina 187.
EUCLIDES - Elementa ... docentur in cursu philosophiae 177.
EURIPIDES - 156 199 308.

F

FAUSTUS de Riez, gallus 18.
FERRARIENSIS, Silvester Franciscus, O. Pr., theologus 18 et passim.
FERRER, Ioannes B., S. I. - de studio S. Scripturae 44.
FONSECA, Petrus de, S. I. - *Institutiones dialecticae* 100.

G

GABRIEL de Biel, O. Pr., theologus 18 et passim.
Gallia - Regulae gallis propriae 334; in — nulla Scripturae lectio publica in nostris collegiis 165.
GELLIUS, Aulus, scriptor 134.
Germania - regulae germanis propriae 335; quomodo instituenda in — lectio controversiarum 87.
GONZALES, Casparus, S. I. - membrum congregationis de Rat. st. 3; Romae mant etiam soluta congregatione 5 230.
GRANVELLE, Antonius de, card. 39.
GREGORIUS Ariminensis, OSA, theologus 18 et passim.
GREGORIUS Nazianzenus S. 432.
GUISANUS (Ghuse), Antonius, S. I. - membrum congregationis de Rat. st. 4.
GULIK, Gulielmus van, OMConv., scriptor 39.

H

HAERVAEUS, Natalis, O. Pr., theologus 18 et passim.
HENRICUS Gandaviensis, OSA, theologus 18 et passim.
HOMERUS 156 199 308.
HORATIUS F. Q. 131 153 197 303 430.

I

ISOCRATES 153 432.
Italia - regulae italis propriae 33-34.
IUSTINIUS Frontinus 149 153 197 303.

K

KROESS, A., S. I., scriptor 87.

L

LAÍNEZ, Iacobus, S. I. - eius tractatus de studio philosophiae 73.
LAMBIN, Dionysius, scriptor gallus 99.
LEDESMA, Iacobus, S. I. - defendit decretum Patris Borja, gen. de opinionibus a nostris in phil. et theol. tenendis 19 22.
LILIUS, Gulielmus, scriptor 135.
LIVIUS, Titus 131 153 197 303 430.
LUCIANUS Samosatensis 153 199.
Lusitania - regulae lusitanis propriae 335.

M

MALDONADO, Ioannes, S. I. - De studio S. Scripturae 44.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

MANUTIUS, Aldus, scriptor hum. litt. 125.
MARSILIUS de Inghen, theologus 18 et passim.
MARTIALIS, M. Valerius 149 197.
MURETUS, M. Antonius, cultor hum. litt. 125.

N

NEBRISENSIS (de Nebrija seu Lebrija), Aelius A., grammaticus 187.
NIZOLIUS, Marius, lexicographus 130 222.

O

OCKAM, Gulielmus, OFM, theologus 18 et passim.
OLAVE, Martinus, S. I. - lector controversiarum in Coll. Rom. (1556) 51.
OVIDIUS Naso, Publius 434; Fasti 153 197 303, De Ponto, De Tristibus 149 197; epistolae Heroidum 148.

P

PACHTLER, G. M., S. I., scriptor 19 et passim.
PALUDANUS, Petrus, O. Pr., theologus 18 et passim.
PASTOR, Ludovicus de, scriptor 5.
PAUSANIAS 135.
PERERA, Benedictus, S. I. - de studio S. Scripturae 44.
PÉREZ, Ferdinandus, S. I. - Ratio explicandi S. Thomam 53.
PHOCA, grammaticus 187.
PHOCYLIDES 432.
PINDARUS 156 199 308.
PLATO - epistolae — in classe hum. 432.
PLAUTUS, M. Accius 140.
PLINIUS - epistolae 152.
PLUTARCHUS 432.
PONTANUS, I., S. I. - Progymnasmata 222.
PORPHYRIUS - Isagoge — a nostris scholis ablegandum esse iudicatur 100.
Praga - quomodo — instituenda sit lectio controversiarum 87.
PRISCIANUS Caesariensis, grammaticus 187.
PROPERTIUS, S. A. 149 197 434.

Q

QUINTILIANUS, M. Fabius - *Institutiones* ... 126 154 198 308.

R

RICHARDUS a S. Victore, OSA, theologus 18 et passim.
RICHARDUS de Medio Villa, OFM, theologus 18 et passim.

S

SACCHINUS, F., S. I., scriptor 5.
SALLUSTIUS, C. C. 131 153 197 303 430.
SALMERÓN, Alfonsus, S. I. - eius parum favorabile iudicium de decreto Patris Borja, gen. de opinionibus in Societate de phil. et theol. tenendis 18.
SAVELLI, Iacobus, card., vic. Romae, - laudat propositum stabiliendi in S. I. opiniones defendendas et liberas 24.
SCADUTO, M., S. I., scriptor 3 et passim.
SCALIGER, Iulius C., scriptor 134.
SCOPPA, L. Ioannis, *Spicilegium* 332.
SCOTUS (Duns), Ioannes, OFM, theologus 18 et passim.
SENECA, L. Annius 153 197 303.
SERVIUS Honoratus, grammaticus 135.
SIGONIUS, Carolus, hum. litt. cultor 125.
SOARES, Cyprianus, S. I. - *De arte rhetorica* 138 191 430 et passim.
SOMMERVOGEL, C., S.I., scriptor 3 et passim.
SONCINUS, Paulus Barbus, O. Pr., theologus 18 et passim.
SOPHOCLES 156 199 308.
STATIUS, Publius P., *Silvae* 153 197 303.
SYNESIUS scriptor graecus 432.
Synopsis historiae S. I. 5 et passim.

T

TACITUS, Cornelius 153 197 303.
TERENTIUS Afer, P. - aliquae scenae praelegi possunt 131 140 147.
THEOCRITUS, graecus poeta 153 199.
THEOGNIS, graecus poeta 432.
THOMAS de Aquino, S. - eius doctrinam magni facit Ecclesia 55; professor frequenter commendet lectionem — auditoribus 55; professor phil. honorifice loquatur de — 283; aut defendendus —, aut quaestio omittenda 388; eius doctrina in Societate sequenda, ut maxime tuta ac solida 55 315; nostri sequantur — , sed non «iurati in verba magistri» 19; aliquando possunt a doctrina — discedere 19 315; etiam in quaestionibus disputatis nostri sententiam —

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

defendere conentur 13; non nisi magnis de causis — a nostris deseratur 21; catalogus propositionum definitarum et liberarum ex Summa — 7-13.
THOMAS de Argentina, OSA, theologus 18 et passim.
THUCYDIDES 156 199 308.
TIBULLUS 149 197 434.
TIRIUS (Tyrie), Iacobus, S. I. - membrum congregationis de Rat. stud. 3.
TUCCI, Stephanus, S. I. - membrum congregationis de Rat. stud. 4 et passim; praeses eorum, qui Romae Rat. stud. 1586 retractant 230; scriptum — de opinionum delectu in Scripturas 13.

V

VERREPAEUS (Verypen), Simon, scriptor latinitatis 222.
VICTORIUS (Vettori), Petrus, hum. litt. cultor 125.
VILLOSLADA, G. R., S. I., scriptor 3 et passim.
VIRGILIUS M., Publius - 131 148 153 197 303 430 434.
VITELLESCHI, Mutius, praep. gen. S. I. - Societatem ope collegiorum obtinuisse extraordinariam diffusionem atque fructus copiosos declarat 111.

X

XENOPHON 155 199 309.

A. M. D. G.

Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

FINITO DI STAMPARE
NEL MESE DI FEBBRAIO 1986
DALLA
TIPOGRAFIA POLIGLOTTA
DELLA PONTIFICIA UNIVERSITÀ GREGORIANA

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0
Digitized by Google
Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0

Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

3 0000 053 307 736



DO NOT REMOVE
SLIP FROM POCKET



Digitized by Google

Original from
INDIANA UNIVERSITY

Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0



Digitized by Google
Original from INDIANA UNIVERSITY
Generated on 2016-08-04 19:03 GMT / http://hdl.handle.net/2027/inu.30000053307736
Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives / http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0